11. 2. 140

~~12 K 6~~
11. I. 5.

ANTHOLOGIA GRAECA.

TOM. IX.

COMMENTARIUS.

VOLUMINIS SECUNDI PARS SECUNDA.

Digitized by Google

FRIDERICI JACOBS

ANIMADVERSIONES

IN

EPIGRAMMATA ANTHOLOGIAE GRAECAE

SECUNDUM ORDINEM ANALECTORUM

BRUNCKII.

VOLUMINIS SECUNDI

PARS SECUNDA.

LIPSIAE

IN BIBLIOPOLIO DYCKIO

MDCCC.

PRAEFATIO.

Quod in praefatione ad primum hujus commentarii volumen teſtatus ſum, laboris a me ſuscepti onus nulla fere re magis ſublevari, quam cogitatione ſummae doctiſſimorum virorum erga me benevolentiae, quae mihi in praeſidiis ad longum iter parandis contigerat plane eximia, id non ſolum ad grati animi ſenſum ſignificandum valuit, verum etiam boni fauſtique vim ominis habuiſſe videtur. Nam poſt illud tempus Anthologiae illuſtrandae exornandaeque ſtudium communisque bonarum literarum amor conciliavit mihi amicitiam viri doctiſſimi et humaniſſimi, *Hieronymi de Boſch*, qui, cum antea poëticae facultatis laude inter Bataviae ſuae lumina conſpicuus eſſet, nunc priſtinam illam gloriam ſplendida Planudeae collectionis editione vehementer auxit et cumulavit. Qui

vir, cum me ad eundem fere, quem ipſe petebat, finem totis viribus tendere intellexiſſet, tantum abfuit, ut, quod plerique in his literarum certaminibus facere inſtituunt, ſtudium meum invidia et malevolentia frangeret, ut potius, ſingulari humanitatis exemplo, currentem exhortaretur atque incenderet, curſus impedimenta ſubmoveret, omnia denique, quae mihi prodeſſe poſſe cerneret, ſumma cum liberalitate ſuppeditaret. Contra enim atque alii faciunt, omnia communi literarum utilitati, nihil ſuae ipſius tribuebat gloriae. Erant autem huic viro, quibus me ſublevaret, praeſidia et plurima et praeſtantiſſima. Quum enim inde ab eo tempore, quo primum animum ad Anthologiam edendam applicuit, neque curae neque ſumtibus ad comparandam criticam ſuppellectilem pepercisſet, tantam hujus generis ſubſidiorum nactus eſt copiam, ut, ſi a *Dorvillio* discesſeris, vix alius quisquam hujus aetatis criticus plura et meliora habuiſſe videatur. Hos omnes theſauros mihi ultro recluſit, ſimulque permiſit, ut quidquid in rem meam eſſe arbitrarer, inde excerperem. Quum igitur jam in hoc novo commentarii noſtri volumine apographa quaedam Anthologiae paſſim commemorentur, et doctorum quorundam virorum modo emendationes modo explicationes pro-

ferantur, quorum in prioribus voluminibus nulla facta eſt mentio, jam recenſum omnium, quos *Boſchius* mecum communicavit, librorum inſtituam; unde lectores ſimul de nova illa rerum acceſſione, ſimul de clariſſimi viri liberalitate exiſtimare poterunt.

Initium faciamus ab editis. Inter hos exoptatiſſima mihi venit editio perrara Anthologiae Planudeae, quae prodiit Venetiis an. 1550. ap. Petrum et Jo. Mariam Nicolinos Sabienſes. De hac editione, cujus uberiorem notitiam nemo, quod ſciam, eruditorum dedit, quid ſtatuendum ſit, quasque dotes habeat, eo ipſo tempore, quo Prolegomena noſtra prodibant, primus docuit Vir doctiſſimus *Chardon de la Rochette* *), qui cum vaſta rariorum librorum et univerſae literarum hiſtoriae exquiſita cognitione eximiam graecae eruditionis conjungit ſcientiam. Sed doctiſſimi hujus viri de Sabienſium editione et de quibusdam aliis ad Anthologiam pertinentibus rebus ſententiam, omne illud, quod ſupereſt, iter emenſi, Addendis inſertam cum eruditis lectoribus communicabimus. Ceterum cl. *Boſchius* rariſſimae huic

)(2

*) Magaſin Encycloped. 1798. T. IV. nr. 6. p. 215. ſqq.

Planudeae editioni addiderat librum, nec ipſum frequenter obvium, Epigrammata ex Planudea collectione *Henrici Stephani* ſtudio ſelecta, quibus me aegre caruiſſe intellexerat ex Prolegg. p. CXXIX. ejusque libri me dono mactavit. — Manuſcriptorum ut major copia, ita inſignior praeſtantia atque utilitas. In duobus quidem Wechelianae exemplaribus, quorum alteri multae verſiones metricae, alteri doctorum virorum lectiones et emendationes ex libris editis adſcriptae erant, vix quidquam reperi, quod ad rem meam faceret, quodve non antea cognitum habuerim. Hos igitur libros longe multumque utilitate ſuperabant bina apographa Anthologiae ineditae, quorum alterum *Guyeti*, alterum *Ruhnkenii* *) nomine inſignivimus. Utrumque profluxit ex communi fonte celeberrimi, multorumque manibus ſtudioſe tractati *Guyetani* codicis, de quo diximus in Prolegg. p. CXLII. ſq. In utriusque margine multa leguntur notata, conjecturae inprimis illae, quas *Albertus*, *Dorvillius*, *Brunckius* modo ſub *Guyeti*, modo ſub *Salmaſii* nomine laudant. At illas, maximam

*) Ruhnkenianum appello, non quod Ruhnkenii manu ſcriptum ſit, ſed quod ex doctiſſimi hujus viri, qui illud in itinere gallico comparaverat, libraria ſuppellectile in Boſchii bibliothecam venit.

quidem partem, ad *Salmaſium* referendas eſſe, jam olim multis argumentis commovebar ut crederem, et nunc etiam magis perſuadet nomen *Salmaſii*, in Ruhnkeniano Apographo multis animadverſionibus additum, quae in altero ſine auctoris nomine proſtant. Nec tamen negaverim, Salmaſianis illis notulis quasdam etiam admiſtas eſſe *Guyeti*, cujus nomen uni certe conjecturae in Ep. Meleagri XVI. fortaſſe etiam aliis appictum eſt. Ceterum Ruhnkenianus liber, quanquam in multis cum altero conſpirat, nonnullis tamen gaudet dotibus propriis ipſi et peculiaribus, aliunde quam ex communi *Salmaſii* et *Guyeti* fonte derivatis. Habet enim notatas recentiorum quorundam criticorum, *Kuſteri*, *Berkelii*, *Rigaltii*, aliorum, emendationes; latinas graecorum Epigrammatum verſiones ad verbum factas, easque totas ad *Salmaſii* conjecturas attemperatas, multas etiam gallico ſermone compoſitas. Latinae quidem illae horrido orationis genere, ut plurimae ad verbum factae graecorum poëtarum verſiones, conſcriptae ſunt, quaedam prorſus ineptae, in quibus auctorem graecae linguae imperitia in joculares errores induxit. Inde a p. 365 — 400. ſequuntur Epigrammata, quae *Salmaſius* Planudeae adſcripſerat, cum notis latinis et gallicis, ſed gallicis pluribus. Sepulcralia car-

mina, quae leguntur inde a p. 400. omnia deſcripta ſunt ex ſchedis *Salmaſii*, ut intelligitur ex verbis paſſim occurrentibus: *Dans le Manuſcrit de Mr. Saumaiſe on trouve* etc. *A la marge de la main de Saumaiſe* etc. et ſimilibus. Multa hîc carmina bis terve leguntur ſine varietate et cum iisdem animadverſionibus. Ceterum in utroque hoc apographo textus membranarum multis in locis interpolatus eſt, *Salmaſii* emendationibus admiſſis, ſed in Ruhnkeniano ſaepius quam in altero. Eſt haec communis fere omnium Anthologiae apographorum conditio, quorum pauciſſima genuinum Palatini codicis repraeſentant textum.

Haec bina apographa mox ſequebatur tertium, idque illis etiam praeſtantius. Hic liber, quem *Lennepianum* appello, quanti faciendus ſit, intelligetur quodammodo ex indice in fronte libri, quem hîc transſcribimus.

Hoc Volumine continentur:

I. Epigrammata ex Anthologia inedita Voſſii, quae in Cod. Scaligeri non reperiuntur.

II. Scholia graeca inedita ad Simmiae ovum et aram ex cod. Voſſiano.

III. Anthologia inedita, in qua Στρατωνος παιδικὴ Μοῦσα, Ἐπιγράμματα διαφόρων μέτρων, Ἐρωτικά, ἀναθηματικά, ἐπιτύμβια, Παύλου Σιλεντιαρίου ἔκφρασις τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τῆς ἁγίας Σοφίας et nonnulla alia.

Cl. Salmaſii

IV. ~~Boivini~~ (ſic) Notae ineditae ad Anthologiae graecae editionem Aldinam.

V. Epigrammata ex Anthologia edita, a Planude mutilata, ſed ex vetuſtiſſimis codd. Mſſ. in integrum reſtituta.

VI. Lud. Caſp. Valckenarii Lectiones publicae in Lyſidis Pythagorei Epiſtolam ad Hipparchum.

Huic indici adſcripta nota manu *Petri Fonteinii*, ex cujus bibliotheca hic liber transiit ad *Boſchium*: *Cuncta haec, exceptis nonnullis notulis marginalibus, ſcripta ſunt manu V. C. Joannis Danielis a Lennep, graecae linguae, dum fuit, Profeſſoris; teſte Catalogo Codd. Mſſ. Bibliothecae Schraderianae nr.* 15. 17. 18. *ex cujus auctione ad me pervenerunt.*

In his nihil animum meum advertit magis, quam notae illae ineditae, quas indicis auctor primum *Boïvino*, deinde mutata ſententia *Salmaſio* tribuit. Quod quam recte fecerit, primo loco quaerendum eſt. Et primum hujus ſententiae gravem

habemus auctorem *Davidem Ruhnkenium*, qui illas notas ad *Salmaſium* referendas eſſe minime dubitabat in literis ad cl. *Boſchium*, in quibus ſe hoc apogr. apud *Lennepium* vidiſſe narrat *), nec nos dubitare patitur cum ſcribendi genus, cui Salmaſiani ingenii notae impreſſae ſunt ita perſpicuae, ut, ſi vel nulla alia argumenta accederent, his ſolis res confecta videri poſſet; tum vero alia veſtigia, ita manifeſta, ut nihil praeter ea ad *Ruhnkenii* ſententiam ſtabiliendam requiri videatur. Utriusque generis plurima egregie animadvertit cl. *Boſchius*, ex cujus literis ad me datis ea hîc adſcribam, quae ad rem faciant: „Cur ego illas annotationes potiſſimum „Salmaſii eſſe arbitror, primum illud eſt, quod ubique, quae ipſius erat, ut omnes, qui cum eo vixe„runt, teſtantur eruditi, non toleranda in litteris „humanioribus docendis arrogantia, ſolemni qua„dam ſua dicendi formula utatur: *haec alias doce„bimus; haec nos alibi pluribus oſtendemus; ſed haec „alias pluribus declarabimus, explicabimus, expende„mus vel plana faciemus;* quae verba in quavis pa„gina occurrunt. His adde ea, modeſti ſane animi

*) Ex hoc apogr. transſcriptae videntur *Salmaſii* notae in *Callimachi* Epigrammata, quas *Ruhnkenius* cum *Erneſto* communicaverat, cum Lennepianis illis ad verbum conſpirantes.

»ſigna: *ita omnino legendum; inepta lectio eſt, quam* »*viri docti dum emendare conantur, id recte facere* »*non potuerunt; jam pridem*, aut etiam, *jam pueri* »*ita legebamus*, (nam admodum puerum ſe Antho»logiam emendaſſe fatetur ad L. III. tit. 23. ep. 20.) »*poſtea in membranis ita exſtare comperimus;* quae »omnia Salmaſii, ut nobis depingitur, ingenio »digniſſima ſunt. Deinde quis non ejusdem viri »inſolentiam agnoſcat in eo quo Planudem tractat »modo, cum ait: Planudes ingenioſe fecit, et nos »illi pro hac emendatione decem plagas remitti»mus, quas aliis locis propter *inſignia decem pec*»*cata mereri debuiſſet.* (ad L. I. tit. 54. ep. 2.) His »vero non contentus vocat Planudem, cui Antho»logia graeca, ſi tempora ſpectes, quibus vixit, mul»tum ſane debet, quoties in ipſius nomen incurrit, »*audaculum*, *ineptum*, *inſulſum*, *imperitiſſimum mona*»*chum;* neque aliter invehitur in Palladam, cujus »tamen elegantiſſima, ni fallor, ſuperſunt epigram»mata, ut L. I. tit. 80. ep. 6. 7. et alibi. Undique »mihi hujus viri arrogantia, cum ſumma feſtina»tione et audacia conjuncta, eluceſcere videtur. — »Sed ſi alia habere velis, quae meam ſententiam »confirment, conferas velim quae disputat ad L. I. »tit. 5. ep. 17. ſeu 20. cum iis, quae habent Ber»kelius et Holſtenius ad Stephanum v. Μαχύνεια,

„et quae leguntur ad tit. 78. ep. 4. cum Brunckii „Lect. p. 220. quaeque afferuntur ad L. II. tit. 43. „ep. 7. cum Salmaſii notis ad Hiſt. Aug. Script. T. II. „p. 361. Sic ab eodem Salmaſio has annotationes „profectas eſſe, apparebit, ſi, quae proferuntur ad „L. II. tit. 52. ep. 11. compares cum iis, quae af„fert Salmaſius ad Ael. Lamprid. in vita Anton. „Heliogabali c. 21. T. II. p. 840. Conſule et Tuas „animadverſiones Vol. I. p. 142. et quae hîc dicta „ſunt ad L. III. tit. 6. ep. 17. tum p. 408. ad ea verba: „*Hinc conjectura enata eſt neſcio cui, qui codicem „tractavit et in margine notavit* etc. hunc hominem, „qui Tibi erat incognitus, Salmaſium eſſe agnoſces, „ſi ea, quae ad L. III. tit. 23. ep. 26. ſeu 27. ſcripta „ſunt, attento animo conſiderare velis. Quae „Brunckius de Macedonia, Pauli aut Macedonii „filia, commemorat Lect. p. 250. plane conve„niunt cum iis, quae in his annotationibus repe„riuntur, ad L. III. tit. 23. ep. 9. Videtur ſane vir „ille doctus in Wechelianae editionis exemplo, „quod e Bibliotheca Claudii Gros de Boze, ut ipſe „ait praefationis p. XXVII. utendum acceperit, „mutilam quandam harum annotationum partem „habuiſſe, unde ſaepius, auctore non nominato, hîc „apud illum novae enatae ſunt lectiones. Denique „ad Doſiadae aram, quam primus in lucem dedit

»Salmaſius, provocat L. VI. tit. 15. ep. 26.« Hactenus vir doctiſſimus; cujus argumentis, etiamſi per ſe ſatis valeant ad rem, quam voluit, in clariſſima luce collocandam, nonnulla tamen adjiciamus, quae ipſi, notas illas diligenter excutientes, ad eandem ſententiam confirmandam idonea reperimus. Libro primo Anth. Plan. T. 38. Ep. 4. quod eſt Leonidae Tarentini XXIX. *Caſaubonus* poſt quartum verſum aliquid deeſſe putans, integrum diſtichon de ſuo interpoſuerat. Hunc deſignat auctor ineditarum notarum, dum ſcribit: *Viri docti aliquid deeſſe putant, et diſtichon de ſuo reponunt; Epigramma integrum eſſe alias docebimus.* Fidem datam exſolvit *Salmaſius* ad Scr. Hiſt. Aug. T. I. p. 311. (conf. Animadv. T. I. P. II. p. 89.) Quam autem in eodem Commentario T. II. p. 741. expromſit emendationem lemmatis ad Ep. Agathiae L. I. T. 2. ep. 61. ea reperitur etiam in notis ineditis. Unum addam, prioribus illis gravius. In Ep. Meleagri L. III. 6. 17. (Anal. CXXVII.) μελητείοις perperam emendavit in notis ineditis; eandem lectionem profert in Exercitatt. ad Solin. p. 607. B. ubi olim eum hunc locum cum alio ſimili confudiſſe arbitrabar (Animadverſſ. T. I. P. I. p. 142.), at ipſius notis mſctis inſpectis, ſuſpicionem meam minus veram eſſe intellexi.

Quod Brunckium excerpta ex his notis habuiſſe ſuſpicatur cl. *Boſchius*, id et eo loco evincitur, quem ipſe laudavit, et aliis quibusdam, ubi *Salmaſii* verba profert ita concepta, ut in notis habentur ineditis. v. c. ad *Antip. Theſſ.* Ep. XLVI. (Animadv. T. II. P. I. p. 327.) ad *Lollii Baſſi* Ep. VIII. coll. Lect. Br. p. 167. ad *Antipatr. Sid.* Ep. LXXIII. (Animadv. T. II. P. I. p. 68.) — Sunt autem hae *Salmaſii* annotationes modo copioſiores, modo contractiores; breviorum tamen longe major numerus. Nihil ita expolitum et inſtructum, ut id *Salmaſius* hoc habitu in lucem videatur emiſſurus fuiſſe. Longe plurimae verſantur in membranarum Pal. varietate indicanda et dijudicanda, id quod paucis plerumque verbis conficitur; in aliis conjectura expromitur; aliae denique interpretationem continent. In poſteriori hoc genere ſaepenumero illam animi fluctuationem deprehendimus, cui vehementer obnoxium fuiſſe virum doctiſſimum, omnia ejus opera, quae quidem critici argumenti ſunt, abunde docent. In iis autem notis, in quibus elegans et vera membranarum lectio exhibetur, ſe jamdudum ita emendaſſe ſaepius addit, ut nunc in membranis invenerit. Haec omnia ejusmodi ſunt, primum ut *Salmaſii* has notas eſſe evincant, deinde, ut eas juvenili potius calore et

impetu effuſas, quam maturo judicio elimatas et expolitas eſſe doceant.

Trium horum codicum uſus, quos in novo hoc commentarii noſtri volumine paſſim laudatos reperies, unde et ad priorum voluminum notas haud contemnenda fiet in Addendis acceſſio, plurimum mihi profuit ad textus Brunckiani rationem et veluti hiſtoriam accuratius et cognoſcendam et dijudicandam. Plurimarum enim lectionum, quas *Brunckius* in textu exhibuit, fontes atque originem non aliunde cognovi, quam ex his apographis, quorum ſimilia habebat vir doctiſſimus, *Salmaſii* conjecturis interpolata. Nec tamen his finibus omnis illorum librorum circumſcribebatur utilitas. Offerebant illi praeterea nonnullas ab aliis editoribus nondum uſurpatas animadverſiones, quibus edendis me apud eruditos lectores gratiam initurum eſſe ſpero.

Ad hos autem codices accedebat etiam apographum *Cornelii de Pauw*, cujus mentionem fecit cl. *Boſchius* ad Praefat. Vol. II. Anthol. Plan. p. IX. Hic liber, ex *Guyeti* codice deſcriptus, praeter illas notas, quae in archetypi margine leguntur, immenſa fere inſtructus eſt Pavonis notarum farra-

gine, quibus, ut *Boſchii* verbis utar, *hunc librum adeo referſit et opplevit, ut in longis et ſat largis foliis vix locus appareat, quo manum imponas.* Ex hoc igitur apographo illae petitae ſunt cum conjecturae tum explicationes, quas in notis noſtris paſſim ſub *Pauwii* nomine deprehendes commemoratas. Ex plurimis, mira et moleſta loquacitate ab auctore expoſitis, eas excerpſi, quae bonae frugis eſſe viderentur, multo plures omittens, in quibus aut dura erat et contorta emendatio, aut futilis et inepta interpretatio. Habebat enim hoc vir ille, alioqui nec ſagacitate deſtitutus, nec graeci ſermonis imperitus, ut miro quodam ingenii errore difficilia ſectaretur prae facilibus, ut obſcura perſpicuis, contorta et longe petita planis et liquidis anteponeret; in hac quidem parte *Reiskii* non diſſimilis, cui tamen et univerſae eruditionis copia, et graeci quoque ſermonis per omnes partes fuſa ſcientia, ut mihi quidem videtur, multum cedebat.

Praeter has copias, quas debeo humanitati cl. *Boſchii*, cui pro ſumma hac erga me benevolentia publicas gratias ago, obvenit mihi Apographum Epigrammatum graecorum ex cod. Bibliothecae Dresdenſis deſcriptorum, quod inter κειμήλια

Biblioth. Gottingenſis aſſervatur. Continet illud Epigrammata CXXX, ex Muſa puerili *Stratonis* omnia, quorum partem *Klotzius* ex ſchedis Vinarienſibus edidit, quas ex eodem Voſſiani libri, unde Dresdenſe apogr. derivatum eſt, fonte fluxiſſe conſtat. Gottingenſem illum librum pro ſingulari ſua erga me amicitia mecum communicavit Vir illuſtris *Heynius*, de cujus in me meritis cum loquor, minus mihi verendum eſt, ne ipſi parum dixiſſe videar, quam ne nimis. Magis enim mihi conſiderandum eſt, quid aures praeſtantiſſimi viri pati poſſint, quam quid ejus virtutibus debeatur.

Antequam praefandi finem facio, non poſſum quin gratias agam *Godofredo Henrico Schäfero*, AA. LL. M. viro graece doctiſſimo, qui et ſpeciminibus typographicis accurate corrigendis, et notis quibusdam, quae diligentiam meam effugerant, humaniſſime communicandis, inſtitutum meum egregie adjuvit. Hujus viri accuratam eruditionem, civibus ſuis probe cognitam, in poſterum etiam exteri admirabuntur, cum Herodotus curis

ejus emendatus et expolitus in lucem prodierit. Ad hunc aliosque quos parat labores ut ei et otium et bona valetudo suppetat, cum ipsius doctissimi viri, tum bonarum literarum causa vehementer opto.

Scribebam Gothae, mense Majo 1800.

BIANO-

BIANORIS BITHYNI
EPIGRAMMATA.

¶. 154.] *I.* Anth. Plan. p. 348. St. 488. W. In ſtatuam Arionis cum delphino, eam fortaſſe, quam ad Taenarum poſitam memorat *Pauſan.* L. III. 25. p. 275. Sed tum fallitur *Bianor*, qui eam a Periandro dedicatam ait. Vide *Weſſeling.* ad *Herodot.* L. I. 24. Vide Cl. *Heynium* in Comment. T. X. p. 101. et quae notavimus ad *Arionis* Ep. II. Vol. I. P. I. p. 181.

II. Vat. Cod. p. 393. Edidit *Jenſ.* nr. 121. Anth. *Reisk.* nr. 772. p. 163. Hiſtoria de piſcatore, qui polypum in leporis luſtrum jaculatus, illum in litore dormientem cepit. Comparandum Ep. *Antiphili* XXIII. et *Iſidori Aegeat.* Ep. I. — V. 1. *ἀκταίην ϑῖνα.* in litoris arena. — V. 2. *ἰχϑύα.* Vat. Cod. *Reisk.* quae lectio ob formam rariorem ſervanda. — V. 4. *ἄγρης δεσμόν.* argute! *ne a captivo caperetur.* — V. 6. „*πτωκὶ παχυσχοίνῳ.* „Haec eſt Cod. ſcriptura; ſed corrupta. Reiskio gratiam „ſuae emendationis facio, reponenti *παχυσκυλίῳ.* Non „felicior fuit Salmaſius, qui conjiciebat *παχυσκίνῳ*, repo„ſita voce, quae graeca non eſt, cujus compoſitio ab„ſurda, et quae, ſi boni eſſet commatis, verſus modulo „hic repugnaret. Nam in *σκίναξ* prima corripitur. „Quod ipſe conjeci in textum inferre nolui, quia nimis „a corruptae lectionis veſtigiis discedit; at hic propo„nam. Scribendum itaque cenſeo: *πτωκὶ δασυκνήμῳ.* „Leporibus frequenter tribuuntur epitheta *δασύπους*,

„δασύκνημος, λασιόκνημος.“ *Br.* Putabam olim ſcribendum eſſe: πτωκί· βαθυσχοίνῳ κεῖτο γὰρ αἰγιαλῷ. Hoc *Schneidero* displicuit, cujus judicio tantum tribuo, quantum fere nemini. Apud *Antiphilum* lepus ἐν θάμνῳ in litore jacet; quod aptius naturae leporum luſtrum quam σχοῖνος; quamvis nec in noſtra lectione lepus neceſſario in juncis delituiſſe putandus eſt, voce βαθύσχοινος ornatus cauſa τῷ αἰγιαλῷ adpoſita. Ulterius tamen inquirenti ex comparatione *Antiphili* — ἐς οἰκία δειλὰ λαγωοῦ Εἰληδὸν ΤΑΧΙΝΟΥ πτωκὸς ἴδησε πόδας — ſic ap. noſtrum corrigi poſſe viſum eſt:

κατακαίριος ἵμπεσε δειλῷ
πτωκὶ ΤΑΧΥΣΚΑΡΘΜΩι· κεῖτο γὰρ ὑπναλέος.

Ex voce ταχυσκάρθμῳ, ſyllaba αρ forte omiſſa, facile fieri potuit ταχυσχοίνῳ. Epitheton lepori accommodatiſſimum. Εὐσκάρθμοιο λαγωοῦ eſt ap. *Nicandr.* in Alexiph. 325. quam vocem de equis uſurpavit *Strabo* L. XII. p. 537. εὐσκάρθμους ἵππους λέγεσθαι διὰ τὸ τάχος, ex *Homero* Il ε. 31. — Ad Myrinam Amazonem hoc transtulit *Homer.* Il. β. 814. πολύσκαρθμος Μύρινα — quam pedum pernicitate valuiſſe probabile eſt: ἡνιοχικὴ καὶ πολυκίνητος. *Euſtath.* p. 266. 26. — τὸν ταχύπουν οὐατόεντα λαγών dixit *Meleag.* Ep. CXX. πόδας ταχὺς πτώξ. *Homer.* Il. ρ. 676. Ob celeritatem Spartani leporem non, ut caeteri Graeci, λαγῶ, ſed ταχίναν vocare ſolebant. Vid. *Heſych.* v. ταχίνης. *Aelian.* H. A. VII. 47. — V. 7. ἐπ' ἄγρην. ex ing. *Reisk.* — *Antiphilus:* οὐ δ' ἄελπτον ἔχεις γέρας ἀμφοτέρωθεν Ἄγρης· χερσαίης, πρέσβυ, καὶ εἰναλίης.

III. Cod. Vat. p. 401. Edidit *Jenſ.* nr. 14. Anth. *Reisk.* nr. 665. p. 117. — Criton, auceps, poſtquam cicadam arundinibus ceperat, impietatis poenas luit, infelix ab eo inde tempore exercens aucupium. Comp. *Apollonid.* Ep. XXV. — V. 2. ἀηγλάϊσεν quo ſenſu dictum ſit, non exputo. Minime enim probanda inter-

pretatio *Reiskii*, cui nec ipſe auctor ſatis fidebat, *δίγλωσσον στόμα* cicadae tribui, quod ſimul ex ore, ſimul ex podice ſonum ederet. Vix dubito, corrigendum eſſe:

φθέγξατ' ἐν ἀγλώσσῳ μελπόμενος στόματι.

Aelian. H. A. I. 20. p. 25. *τὰ μὲν ἄλλα τῶν Ἰνδικῶν ὀρνίων εἰστομεῖ καὶ τῇ γλώττῃ φθέγγεται, δίκην ἀνθρώπου· οἱ δὲ τέττιγες κατὰ τὴν ἰξύν εἰσι λαλίστατοι.* Etiam ea, quae ap. *Aelianum* ſequuntur, praeclare faciunt ad hoc diſtichon illuſtrandum. Sed illud *ἀγλώσσῳ στόματι*, quod reponendum cenſemus, maxime confirmat Ep. *Simmiae*, quod *Br.* edidit in Notis ad Aeſchyl. p. 346. (Ed. Lipſ. Anth. T. I. p. 138.) ubi de cicada:

ἔφρα μοι εὐεργεῖ καναχὰν δόμῳ ἔνδοθι θείη,
τερπνὰ δ' ἀγλώσσου φθεγγομένα στόματος.

Echo ap. *Satyr. Thyill.* Ep. II. *ἄγλωσσος ἀν' ἐρεμάδα μέλπεται.* *Antiphil.* Ep. XVII. horologium *τριοσάκις ἀγλώσσῳ φθεγγόμενον στόματι.* Scripſimus autem *ἐν ἀγλ.* ob vitandum hiatum, quamvis etiam ferri poſſit, *φθέγξατο ἀγλώσσῳ* —. Praepoſitio *ἐν* tamen in talibus ſaepe eleganter abundat. — V. 3. 4. Hoc diſtichon edidit *Salmaſ.* in Exercit. Plin. p. 83. A. ubi de arundinibus agit. Vide not. ad *Apollonid.* l. c. — V. 4. *ἐξοβελῶν* Vat. Cod. *ἐξοβόλων* *Jenſ.* et *R.* Noſtrum ap. *Salmaſium* habetur. — Quum Crito auceps cicadae inſidias ſtrueret, exercebat *μελέτην οὐκ ἰδίην*, opus, artem non ſuam. Docte igitur poëta locutus eſt, pro *οὐ τὴν ἰδίην ἄγρην μελετῶν.* — ¶. 155.] V. 6. *πήξατο.* Proprie arundines *figuntur*, *ſtruuntur*; hoc ad ipſam capturam, *ἄγρην*, translatum eſt.

IV. Cod. Vat. p. 401. Edidit *Jenſ.* nr. 138. Anth. *Reisk.* nr. 789. p. 170. *Corvi ſiticuloſi* (Luſ. in Pr. LXII. 12.) artificium narratur. *Plin.* L. X. 60. p. 568. *Tradendum putavere memoriae quidam, viſum per ſitim lapides congerentem in ſitulam monimenti, in qua pluvia aqua durabat, ſed quae attingi non poſſet: ita deſcendere*

paventem expressisse tali congerie, quantum posuro sufficeret. ubi *Harduinus* laudat *Plutarch.* T. II. p. 967. A. et *Aelian.* H. A. II. 48. Versibus rem enarravit *Avianus* Fab. XXVII. — In coelibum tumulis ponebatur λουτροφόρος· τοῦτο δὲ ἦν παῖς ὑδρίαν ἔχων. ut tradit *Harpocration* v. λουτροφόρος p. 233. et *Pollux* VIII. 66. τῶν δὲ ἀγάμων λουτροφόρος τῷ μνήματι ἐφίστατο κόρη, ἀγγεῖον ἔχουσα ὑδροφόρον ἢ ὑδρίαν ἢ πρόχουν ἢ κρατῆρα ἢ κάλπιν. — V. 1. καρφαλ. δίψει. ex *Alcaei Mess.* Ep. XVIII. δίψει καρφαλέον φάρυγα. — V. 2. ὀμβροδόκην. Cod. Vat. et *R.* — V. 3. κλάγξεν. In hydriae margine sedens crocitabat, fundum, ubi aqua collecta, frustra studens attingere. — V. 4. »Verbum καιρομανέω in Lexicis non occurrit. Si since»rum est, ad ejus vim declarandam periphrasi opus est. »Eo hîc significatur, divino furore afflatam avem, Apol»linis inspiratione artem excogitasse opportunam: *Tu* »*autem ad excogitandam opportunam artem instinctu tuo* »*juvisti.*« *Br.* Ed. Jensii ἐκαιρονόμευς exhibet, unde *R.* fecit ἐκληρονόμευς; jungens ὄρνιν εἰς τέχνην. Tu, Phoebe, monstrasti, te ingeniosam avem forte tulisse.« — Haec emendatio non magis probanda est, quam *Br.* interpretatio. Nam verba hujus originis neutra vi gaudent, non transitiva; ut ἱππομανεῖν, *nimio equorum flagrare studio*, μουσομανεῖν, *Musarum amore teneri*; in nonnullis abundantiae videtur esse significatio. φυλλομανεῖν, *foliis abundare*; ὑλομανεῖν, pr. *ligno abundare*, tum, *luxuriare.* Hinc apparet, καιρομανεῖν huic loco non convenire. Non definio, quid legendum sit; sed Jensiana lectio ἐκαιρονόμευς bonum sensum facit: *Tu avem opportune ad artificium direxisti.* — V. 5. 6. Vehementer hoc distichon depravatum est in Vat. Cod. ubi sic legitur; χερμάδα δὲ ψαλμῶν σφαῖρον ποτον ἔρχαγι χείλει Ἔφθανε μαιμάσσων λαστὶ ταυτον ὕδωρ. *Salmasii* emendationem exhibuit *Br.* Sed minori fortasse mutatione res profliganda est. Scripserim:

χερμάδας ἐκ ψάμμων σφαιρῶν, ποτὸν ἅρπαγι χείλει
ἔφθακ', ἀνιμάσσων λαστίνακτον ὕδωρ.

lapillos ex arena conglobans et congeſtans, potum nactus eſt, aquâ lapidibus elevatâ et in ſuperiores vaſis partes adductâ. *Br.* comparavit *Plutarch.* l. c. — τὸ τῶν ἐν Λιβύῃ κοράκων, οἳ ποτοῦ δεόμενοι, λίθους ἐμβάλλουσιν ἀναπλήρουντες, καὶ ἀνάγοντες τὸ ὕδωρ, μέχρις ἂν ἐν ἐφίκτῳ γένηται. *Reiske* ſic dedit: χερμάδα δ' ἐμβάλλων σφαιρᾶν, ποτὸν ἅ. χ. ἔφθακε μαιμάσσων πουλυλίλακτον ὕδωρ. *globoſum enim ſaxum immittens corvus in aquam, rapaci roſtro valde deſideratum ad humorem pertigit.*

V. Cod. Vat. p. 402. Plan. p. 105. St. 155. W. Puer quidam, cum ciſtam, paterna oſſa continentem, undis videret abripi, illam quidem ſervavit, ſed ipſe in torrente periit. — V. 1. πατρῴαν in Vat. Cod. correctum. — V. 4. πικρήν. opem, ipſi perniciosam. — In Ed. pr. hoc Epigr. ἄδηλον eſt. *Bianoris* nomen *Aldus* invenit in Cod. In fine carminis *Joſ. Scaliger* ἐφθίνετο conjecit. Nihil mutandum.

VI. Cod. Vat. p. 557. *Bianori* vindicat diſtichon, quod in Plan. p. 107. St. 157. W. ſine auctoris nomine proſtat in Capite εἰς πτωχούς. Senſus obſcurus. Vulgo ἐρᾶτο legitur, interrogandi ſigno in utriusque verſus fine poſito. *Scaliger* in not. mſt. οὗτος ἐρᾶτο; Ἐστί τινος ψ. interpretatione non addita, non magis quam ap. *Huet.* p. 13. In Vat. Cod. λειτὸς et ἐρᾶτε. Hoc recepit *Br.*, diſtinctione immutata; ſed quo ſenſu verba acceperit, non dixit. Luſum continent, riſus captandi cauſa propoſitum. Agitur de homine infimi loci, egeno et ſerviente. Qui cum nihil haberet proprium, jocoſe poëta quaerit, num animam habere putandus eſſet. Tum ſibi ipſe reſpondet: animam quidem, verum, ut reliqua omnia, non ſuam, ſed alienam et mutuo ſumtam.

VII. Cod. Vat. p. 399. Plan. p. 19. St. 30. W. In puerum, qui inter ruinas domus ſervatus eſt. —

Similem casum, qui Antiochiae in terrae motu ann. U. C. 868. contigit, narrat *Dio Cass.* LXVIII. 25. p. 1140. — V. 2. Ζεφύρου. Domus in puerum corruens, *levior Zephyro*, dubito an imaginem satis aptam faciat. Vix tamen putaverim, depravatum esse vocabulum. — V. 3. φόσατο. Ald. sec. — V. 4. ὠδῖνων. h. l. pro caritate, qua matres amplectuntur liberos. *Grotius* vertit, *O gloria matrum, Concedit quarum partubus ipse lapis.*

¶. 156] *VIII.* Cod. Vat. p. 408. Plan. p. 62. St. 89. W. Historia de Arione. — V. 1. δίνῃ h. l. pro ipso mari. — V. 2. ἀκάτου ὑπερβόδιον. Docte pro ὑπὲρ τοῦ ἀκάτου ἤλκαν, ἔβαλον ἐς τὸν βυθόν. — V. 4. σύνθρονον. eum ad lyrae sonum canentem statim delphinus excepit. Hoc *Br.* recepit ex duobus Plan. codd. pro vulgato σύνθρονον, quod etiam in Vat. Cod. habetur. — Paulo ante λιγυηχεῖ est in Plan. — νηχετ' ἰλ. Vat. Cod. — V. 5. Κορίνθιον ἄρα θ. Vat. Cod.

IX. Cod. Vat. p. 540. Plan. p. 166. St. 241. W. De navi, quae, cum in litore pice induceretur, flammis consumta est. — V. 3. ἐπὶ ζυγά. usque ad transtra constructam et finitam. Transtra enim, reliquis omnibus perfectis, addita esse puta. — V. 4. πεύκης νοτίδι. Picem δάκρυα πεύκης appellat *Nicand.* Alexiph. v. 544. unde ap. *Hesych.* πεύκινον δάκρυ. πίσσαν. ut optime emendavit *Arnaldus* in Lect. gr. p. 114. quem vide. — V. 5. Pix, vehementi calore incensa, navem, quam in fluctibus fidam esse voluerant, in terra minus fidam esse monstravit; hoc sensu, ni fallor: navem in continente gravioribus etiam malis expositam esse, quam in undis.

X. Cod. Vat. p. 392. Plan. p. 29. St. 44. W. Expressum videtur ex *Apollonida* Ep. XXI. qui eandem historiam narrat. — V. 1. γὰρ Ed. Fl. Ald. pr. Junt. πὰρ emendavit Aldus. — V. 3. ἐντετύναντο Vulgo. — V. 5. ἴλαθεν νόμος. Vulgo. Nostrum est in Vat. Cod. —

Non *solus* latuit Justitiam, quae omnes assequitur; quod non valde commode dictum. Arbitrabar olim, scribendum esse:

Ζηνὸς δ' οὔτι δίκην ἔλαθε· τρόχος ἵμπεσεν ὄρνις
ἀνδρί — — —

τρόχος ὄρνις. *avis Jovis nuntia. Eustath.* ad Od. δ. 199. 2. τρόχος κατὰ τοὺς παλαιοὺς ὁ ἄγγελος. ἔτι δὲ καὶ ὁ ἀρίμος. Eodem sensu τρόχις ap. veteres usurpabatur. *Aeschyl.* Prom. 940. τόνδε τὸν Διὸς τρόχιν. Dubitatur tamen, num hoc sensu scribendum sit τρόχος, an τροχός. Illud *Eustathius*, hoc *Etym. M.* p. 686. 10. praecipit. Vide ap. *Valcken.* ad Ammon. p. 216.

XI. Cod. Vat. p. 405. Plan. p. 45. St. 66. W. In equum animosum, qui navem recusabat conscendere. — V. 1. τῶν. Ed. pr. Asc. Steph. τὸν correxit Aldus. — ¶. 157.] V. 3. μὴ δάμβει. ne mireris. — V. 4. δεσμὰ βιαζόμενον. luctantem contra vincula, quibus constrictus in navem transfertur. — V. 5. οὐ γὰρ ἐπ' ἄλλοις. Non vult aliis imponi, ab aliis ferri, cum ipse sit celerrimus.

XII. Cod. Vat. p. 430. Plan. p. 101. St. 150. W. In Sardes, terrae motu eversas fluctibusque submersas. *Tacit.* Annal. L. II. 47. res anni U. C. 770. enarrans: *Eodem anno duodecim celebres Asiae urbes conlapsae nocturno motu terrae, quo improvisior graviorque pestis fuit. Neque solitum in tali casu effugium subveniebat, in aperta prorumpendi, quia diductis terris hauriebantur. Sedisse immensos montes: visa in arduo, quae plana fuerint: effulsisse inter ruinam ignes memorabant. Asperrima in Sardianos lues plurimum in eosdem misericordiae traxit.* Qui praeterea hujus calamitatis mentionem fecerunt, vide ap. *Schneiderum* in Anal. crit. p. 17. — V. 1. τὰ πάλαι. Vat. — τόγε mallet *Jos. Scaliger.* Sic *Archiloch.* Fr. X. *Alexander Aet.* Ep. III. — V. 2. „Editi ἃ βασιλεῖ. Vat. αἰ. Emendavi αἷς βασίλει. Quibus Persarum

»in Asia stabat imperium, quibus Persae in Asia regna»bant, quae caput erant Persici in Asia imperii. βασίλεια »est imperfectum omisso augmento.« *Br.* : Huic et emendationi et interpretationi vix accesseris. Lectionis Vat. Cod. hic esse videtur sensus: Sardes, quae urbs magno regi quasi altera fuit Persis in Asia minori; fere tanta, quam Persia; urbs regni ad instar. Sic *Grotius:*

Gygiacae Sardes, Halyattae regia, quondam
Persarum dominis altera Persis eras.

Pro Ἀσιάδι Vat. Cod. ἀσίδι. — V. 3. Vulgo ἐκ Κροίσου. quam pessimam lectionem judicat *Br.* χρυσῷ Vat. Cod. a pr. m. Superscriptum οι. Haec saepissime inter se permutantur. Cf. *Piersun.* Verisim. p. 47. Pactolus ψῆγμα χρυσοῦ καταφορέων ἐκ τοῦ Τμώλου, medium urbis forum interfluebat. *Herodot.* V. 101. p. 428. ubi laudant Intrpp. *Dion. Chrys.* Or. LXXXIII. p. 659. A. Hunc amnem διὰ μέσων ἀφικνούμενον Σάρδεων ἕτοιμα χρήματα κομίζειν, dixit *Strabo* L. XIII. p. 430. Hinc Sardium aedes lateribus, non ex limo, sed auro coctis, exstructas esse *Bianor* gloriatur, pro poëtarum more rem in miraculum augens. Obversabantur ei, ni fallor, aurei illi lateres, a Croeso Apollini missi. Cf. *Herodot.* L. I. 50. p. 23. *Lucian.* Contempl. 11. T. III. p. 45. ed. Bip. — V. 6. ἐξ ἀφανοῦς Vat. Cod. — In profundum cecidistis, ingenti terrae hiatu exorto. — ἀχανὲς χάσμα. *vastus et late patens hiatus.* ut ἀχανὲς πέλαγος ap. *Hesych.* in ἀ. ἀχανὲς βάθος ap. *Suidam* v. ἀνέχειν. — ἀπιοῦσα εἰς βάθος ἀχανὲς ἀνακαγχάσα *Lucian.* T. I. p. 313. ed. *Reitz.* — V. 7. »In »Plaudea Βοῦρα καὶ εἰς Ἑλίκην κεκλωσμένα. In Vat. Cod. »κεκλωσμένα. Βοῦρα accusativus pluralis esset a Βοῦρον. Sed »auctores omnes urbem hanc Βοῦραν vocant. Stephanus: »Βοῦρα, πόλις Ἀχαΐας Ἰηλυκῶς. Harum Achaïcarum ur»bium subversionem narrat Diodor. Sic. ad Ol. CL. 4. »T. II. p. 39. ubi videndus doctissimus Wesseling.

»Fluctibus fuerunt obrutae. At Sardes terrae motu »quassatae, et magnis hiatibus absorptae. — Ex ob»servatis variis lectionibus scribendum censui: Βοῦρα τ' »ἴσ' Ἑλίκῃ κεκλασμένα. *Simile fatum, quo olim evanuere »Bura et Helice, tibi destinatum erat, quaeque mediterranea eras urbs, eundem exitum habuisti, quem illae »quae maritimae erant.*« *Br.* κεκλασμένα est vett. edd. lectio, usque ad Ascens. quae κεκλωσμένα legit. Hoc recepit *Steph. Jos. Scaliger* margini adscripserat κεκλασμένα, δυϊκόν. Duali numero accipienda etiam correctio *Huetii* p. 13. κεκλυσμένα. In Vat. Cod. κεκλασμένα habetur; reliqua, ut in Plan. Mihi in syllabis καὶ εἰς tertiae cujusdam urbis nomen latere videtur, quod suppeditat poëta, nescio quis, ap. *Philonem* T. II. p. 514. κατὰ Πελοπόννησόν φασι τρεῖς πόλεις,

Αἴγειραν Βοῦράν τε καὶ ὑψηλὴν Ἑλικείαν,

εὐδαίμονας τὰ πάλαι γενομένας, πολλῇ τοῦ πελάγους ἐπικλυσθῆναι φορᾷ. Hinc legendum puto:

Βοῦρ', Αἴγειρ', Ἑλίκῃ τε κεκλυσμένοις.

Quantillum interfit inter αιγειρ et καὶ εἰς, in oculos incurrit. Idem nomen restituere conati sumus *Crinagorae* Ep. XX. αὐτίκα δ' Αἰγείρας χθαμαλωτέρη, εἶθε, Κόρινθε, Καύδου, καὶ Λιβυκῆς ψάμμου ἐρημοτέρη. Saepissime commemoratur clades urbium Burae et Helicae. *Phavorinus* ap. *Stob.* T. CIII. p. 562. 10. non homines tantum et familias, sed totas civitates funditus periisse dicens, alias aliis casibus, *al* δὲ, addit, τῆς θαλάσσης ἐπελθούσης. ποῦ μοι Ἑλίκη; κατεπόθη. ποῦ Βοῦρα; καὶ αὐτὴ κατεπόθη. δύο πόλεις Ἑλληνίδες ἀπώλοντο ὥσπερ πλέουσαι. *Ovid.* Metam. XV. 293. *Si quaeras Helicen et Burim, Achaiadas urbes, Invenies sub aquis.* Si plura cupis, adi *Spanh.* ad *Callim.* H. in Del. 100. p. 463. et *Gataker.* ad *M. Antonin.* L. IV. p. 131. — V. 8. ἐν βυθίαις Vat. et Plan. Sed recte emendatum ἐμβυθίαις.

XIII. Cod. Vat. p. 215. *Bianori* inſcribit. In Plan. p. 274. St. 395. W. ſine auctoris nomine proſtat. Euripidis in Macedonia ſepulcrum, fulmine percuſſum, et quicquid ei ineſſet mortalis materiae luſtratum eſſe narratur. Plurimum huc faciunt verba *Plutarchi* Vit. Lycurg. c. 31. Tom. I. p. 143. ed. Tubing. ubi Biographus κεραυνὸν εἰς τὸν τάφον κατασκῆψαι narrat. τοῦτο δὲ οὐ ῥᾳδίως ἑτέρῳ τινὶ τῶν ἀτυφανῶν, πλὴν Εὐριπίδῃ, συμπεσεῖν ὕστερον, τελευτήσαντι καὶ ταφέντι τῆς Μακεδονίας περὶ Ἀρέθουσαν· ὥστ' ἀπολόγημα καὶ μαρτύριον μέγα εἶναι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Εὐριπίδην, τὸ μόνῳ συμπεσεῖν αὐτῷ μετὰ τελευτὴν καὶ γενέσθαι, ἃ τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ δεισιδαίμονι πρότερον συνέπεσε. — V. 2. κεραυναίῳ. Ed. Flor. et Vat. Cod. κεραυνέῳ. Ald. pr. et tert. cum Aſc. Deinde omnes πᾶσαν ἀπημφίασας. Vat. Cod. παιαν ἀπ'ἠχθίασας. — „Scripſi ἀπημφιάσω, ita re„quirente linguae uſu. ἀπημφίασας activum eſt, ut in „*Dioscor.* XXI. *Philipp.* LXXX. et alibi paſſim. Hic „verbum debet eſſe reciprocum.“ *Br.* Si vera eſt *Br.* lectio, in eum ſenſum accipi debet, ut Euripides, terrena natura penitus abjecta, ad ſuperos abiiſſe dicatur. Sed aliud quiddam latere ſuſpicor. — γαῖαν ἀπημφίασας protulit *Dorville.* *Huesius* p. 26. ἀπημφίασας ſuſpicabatur. — V. 4. *Barneſius* in Vita Eurip. §. 32. tanquam diverſam lectionem profert σώματος. — ἱστορίην quo ſenſu h. l. ſit poſitum, non ſatis video. Sive enim *notitiam*, *cognitionem*, ſive *hiſtoriam* verteris, obſcurum eſt. Sed ἱστορία etiam eſt ἡ θέα, ut ἱστορῆσαι, θεάσασθαι. Fuerit igitur periphraſis. ἡ θνητὴ ἱστορίη σώματος, *id quod in hoc tumulo mortale eſſe videbamus, intelligebamus.* Vide *Alberti* ad Heſych. v. ἱστορεῖ. not. 28.

XIV. Cod. Vat. p. 264. Εἴς τινα Κλειτώνυμον τύραννον, οὐκ οἶδα ὅστις. Bis exſtat in Planud. p. 31. et 248. St. 47. et 360. W. Non in tyrannum Clitonymum, ſed in tyrannicidam hujus nominis ſcriptum carmen. Qui

cum in fluvium projectus esset, ut piscibus praeda fieret, litore tamen casu ruente sepultus est. — V. 1. ἰχθύσι καὶ ποταμῷ. ut undae eum abriperent, pisces comederent. Hoc ἐν ἰχθύσι ταφήνῃ dixit *Lucian.* T. I. p. 243. Similia collegit *Abresch.* anim. in Aesch. T. I. p. 154. — ἰχθὺς ὅμιλος. tyranni satellites, ut videtur. — V. 2. εἰς ἄκρην. Recte *Brodaeus* interpretatur de acropoli, ubi tyrannus habitabat. — V. 3. Δίκα. Vat. et Plan. loco pr. — ὄχθη. Ejusmodi quid ut Paeto contingat, precatur *Propertius* L. III. 5. 37. *Reddite corpus humo, positumque in margine ripae Paetum sponte sua vilis arena tegat.* ut eleganter h. l. emendavit *Marklandus.* Comparavit *Burmannus* et Epigr. nostrum et *Petron.* c. 114. *aut quod ultimum est, iratis etiam fluctibus, imprudens arena componet.* — V. 5. αἰδομένα. Vat. Cod. et Plan. loco pr. et sic vers. sq. γᾶ et ἴδῃς. — Clitonymus ἄνδρα ἐλευθερίης vocatur, quandoquidem in eo libertatis recuperandae spes erat posita. Terra hunc virum, libertatis suae strenuum defensorem, sepulcro condidit. Senatum Romanum *Cicero regum, populorum, nationum portum et refugium vocat,* Offic. II. §. 2. De Titinio Capitone *Plinius* L. VIII. Epist. 12. *colit studia, studiosos amat, provehit; multorumque, qui aliqua componunt, portus, sinus, praemium.*

¶. 158.] *XV.* Cod. Vat. p. 450. Plan. p. 54. St. 77. W. De puero apum stimulis confecto. Eandem historiam narrat *Antip. Thess.* Ep. LIII. — V. 3. κἠγνοίησεν ὁ δειλαίος. vulgo. quod in δειλὸς mutandum esse, praeclare vidit *Scaliger.* Et sic est in Vat. Cod. Deinde μελίσσαις omnes edd. veteres usque ad Asc. et Steph. — Ignorabat puer, se ad vos, ut ad apes, venire; eratis autem ipsi infestiores viperis. — Haec si sensum habent, hic esse debet: ignorabat naturam apium, nec qualibus telis instructae essent. Sed sic antithesis perit;

ex qua apparet, vocem μελίσσας ad mellificium reſpicere. Hoc ſenſu *Grotius:*

Se velut artifices ad apes miſer ille ferebat;
At vobis nec erat vipera deterior.

Noſtrum locum cum archetypo *Antipatri* comparantibus, τὸ βρέφος, κηρία μαιόμενον — fortaſſe probabile videbitur, ſic olim ſcriptum fuiſſe:

Ἦ μαίμησεν ὁ δειλὸς ἐς ὑμέας οἷα μελίσσας
ἐλθεῖν.

Idem μαίεσθαι et μαιμᾶσθαι. *Heſych.* μαιμᾷν. ἐρέγεσθαι. ἐπιθυμεῖσθαι. μαιμώμενος. ἐρεμῶν. ζητῶν. — V. 5. θείνης. mellis loco, quod ſe apud apes inventurum eſſe ſperaverat. — ἐναιμάξατε Vat. Cod. ἐσαμάξατε Plan. vulgo. Noſtrum *Br.* in tribus codd. invenit. — V. 6. ἀντίπαλοι, naturam muneri veſtro, melli, plane contrariam habentes.

XVI. Cod. Vat. p. 313. ἄδηλον. οἱ δὲ Βιάνορος. In Plan. p. 210. St. 306. W. ἄδηλον. De Attali immatura morte. Confer *Crinag.* Ep. XLII. 3. 4.

XVII. Cod. Vat. p. 309. Βιάνορος γραμματικοῦ εἰς τινα γυναῖκα Κλειαρίστην τὸν ἴδιον υἱὸν ὑβριζομένην καὶ διωλύγιον ἀνακράξασαν, (ὥστε) τὴν ψυχὴν ἀποβῆξαι. In Plan. p. 231. St. 335. W. λοίσθιον, οἱ δὲ Βιάνορος. Auctoris nomen acceſſit in Ed. Steph. Hinc ductum Ep. *Eutolmii* III. T. III. p. 8. — V. 3. ἐχάνδανε. Fortaſſe ſecundum locutionem Homericam Il. λ. 462. ὅσον κεφαλὴ χάδε φωτός. — Sequentia ſic expreſſit *Eutolmius:* οὐδ' ἔσχεν παλίνορσον ἀναπνεύσασα γοῆσαι. Hic memineris eorum, quae ex Satyro narrat Biogr. Sophoclis p. XI. 13. poëtam, Antigonam recitantem, καὶ ἐμπεσόντα περὶ τὰ τέλη νοήματι μακρῷ καὶ μέσην ἢ ὑποστιγμὴν πρὸς ἀνάπαυσιν οὐκ ἔχοντα, ἄγαν ἀποτείναντα τὴν φωνὴν, σὺν τῇ φωνῇ καὶ τὴν ψυχὴν ἀφεῖναι. — τόνοι πνεύματος. partes illae, quibus ſpiritus emittitur. Sunt enim

enim τόνοι ap. medicos, modo nervi, modo membranae, modo venae. Hoc loco per fiſtulam ſpiritalem, ubi animae meatus, optime explicaveris. — V. 6. εἰς omittit Vat. Cod.

XVIII. Cod. Vat. p. 265. Anth. Plan. p. 236. St. 343. W. De filiis Oedipi, ap. inferos etiam ſibi invicem infeſtis. *Auſonius* Epigr. CXXXIX.

Nec Stygiis lucis ineunt ſua foedera fratres
Oedipodionidae, de miſero ah miſeri!
Namque etiam ex uno ſurgentes aggere flammae
In diverſa ſui diſſiliunt cineris.
Infandos juvenes! quos nec discordia caſſos
Luce, nec in ſemes linquit atrox animus.
Atque utinam et Thebas quiſſent partirier ipſas,
Regnorum et metas, ut cinerum nebulas.

Conf. Anth. Lat. T. I. p. 100. CLXXXVII. — V. 2. „In Plan. αἰεὶ δάνεται δοράτων. errore librarii, cujus oculi „in ultimum verſum aberrarunt. In Vat. membr. recte „πολέμων.“ *Br.* ζώντων. bellum adhuc vigens. Vid. ad *Antip. Theſſ.* Ep. XXXVI. — V. 4. τάφος ἀντίπαλος. Res incredibiles accumulans *Ovidius* in Ibid. v. 35. *Et nova fraterno veniet concordia fumo; Quem vetus accenſa ſeparat ira pyra. Philoſtrat.* L. II. Icon. XXX. p. 855. de igne in Oedipodarum buſto: τὸ ἐντεῦθεν ἄλλην καὶ ἄλλην τρέπεται καὶ τὸ ἄμικτον δηλοῖ τοῦ τάφου. ubi vide *Olearium. Anſiphil.* Ep. XXXVI. quod totum comparandum: ἡνίδε πυρκαϊῆς ἄνισον φλόγα· δαιομένα γὰρ Ἐξ ἑνὸς εἰς δισσὰν δῆριν ἀποστρέφεται.

¶. 159.] *XIX.* Cod. Vat. p. 264. Plan. p. 261. St. 377. W. Continet hoc carmen querelas viri, ipſius, ni fallor, *Bianoris*, qui conjugem et, brevi poſt tempore, unum, quem habebat, filium morte amiſerat. — V. 1. Θεονόεις Vat. — ἠμῆς γάμων. In Vat. non minus quam in

Plan. Sed in illo Cod. ſupra emendatum γρ. μόρου. — V. 2. Senſus apertus: Spes, quam in filio collocabam ſuperſtite, efficiebat, ut dolorem de conjuge levius ferrem. In verbis haeremus. στένειν εἰς ὀδύνας pro ἐν ὀδύναις accipias. Ingemiſcebam in doloribus minus gravibus propter ſpem filii. At hoc quam contortum! — V. 3. Editus hic verſus ex Plan. In Vat. Cod. habetur: φθονερὴν ἀπ' ἐνόσφισε μοῖραν. — V. 4. „Videtur ſcribendum καὶ σέο λειπομένου. σέο emendatum ab ignota „manu in Scaligeri codice repererat Huetius.“ *Br.* — V. 5. Περσεφόνη τόδε — ἄκουσεν Vat. Cod. τόδε etiam Planud. — V. 6. ἀπ' οἰχομένης Vat. Cod.

GERMANICI CAESARIS EPIGRAMMA.

Cod. Vat. p. 360. Plan. p. 44. St. 64. W. — *Herodot.* L. III. 108. p. 251. ὁ λαγὸς ὑπὸ παντὸς θηρεύεται θηρίου καὶ ὄρνιθος καὶ ἀνθρώπου. Cf. *Athen.* IX. p. 400. E. Leporem *omnium praedae naſcentem* dixit *Plin.* L. VIII. 81. p. 483. Ex noſtro carmine ductum Ep. *Hadriani* III. quod Planud. etiam *Germanico* tribuit. *Auſon.* Ep. XIV.

Trinacrii quondam currentem in litoris ora
Ante canes leporem caeruleus rapuit.
At lepus: In me omnis terrae, pelagique rapina eſt,
Forſitan et coeli; ſi canis aſtra tenet.

LOLLII BASSI EPIGRAMMATA.

¶. 160.] *I.* Vat. Cod. p. 105. Plan. p. 482. St. 626. W. Jovem poëta ridet, quod, puellarum in gratiam, formam tam crebro mutaverit, cum ipse sine fraude dolove cum puella sua congrediatur. — V. 1. *Achill. Tat.* L. II. 37. p. 100. διὰ γυναῖκα Ζεὺς ἐμυκήσατο, διὰ γυναῖκά ποτε Σάτυρος ὠρχήσατο, καὶ χρυσὸν πεπολήκεν ἑαυτὸν ἄλλῃ γυναικί. Cf. *Lucian.* D. D. II. 1. T. II. p. 4. ed. Bip. — V. 2. ἄλλος χ' ὡ μελόθρους κ. ἐπ' ἠιόνος. Vat. Cod. et Plan. nisi quod Pl. μελόθρους habet et ἐπ' ἠιόνος. Recte sine dubio *Br.* emendavit ἐπηόνιος. Reliqua an item recte constituerit, non dixerim. — V. 4. καὐ πέτομαι. ad cygnum referendum. Frigidum acumen. *Antipater Sidon.* Ep. II. unde haec petita, melius:

Εὐαγόρας δ' ὢν χαλκὸς ἄτερ δόλου αὐτὸς ἐναργὴς
πάντας καὶ πάσας, οὐ μεταβαλλόμενος.

II. Cod. Vat. p. 518. Βάσσου Συμγυκλου. In Plan. p. 134. St. 194. W. *Nicarcho* hoc carmen tribuitur. — Poëta vetulae cujusdam longaevitatem cogitans, veretur, ne Pluto ipse obierit. — V. 1. Κυτωταρίς. Vat. Cod. Nostrum est in Plan. Hoc nomen ap. *Theocrit.* Eid. VI. 40. γραῖα Κοτυττορίς pro nomine proprio habendum esse negat *Warton*, veneficam, circa Cotyttus sacra operantem, significari existimans. Dicendum potius, nomen a Cotytto derivatum esse. Vide Interpp. *Hesychii* v. Κοτυττώ. — V. 3. ἔλαφος Vat. Cod. — *Quater egreditur cornicis secula cervus. Auson.* Eid. XVIII. secundum *Hesiodum* ap. *Plutarch.* T. II. p. 415. C. ἔλαφος τετρακόρωνος. Vetula ap. *Martial.* L. X. 67. *Pyrrhae filia, Nestoris noverca — Jam cornicibus omnibus superstes.* — ἡ χερὶ λαιῇ. Hunc locum *Brodaeus* ex *Bedae* commentario de digitorum opera explicat. Poëta vetulam Cotytta-

rim decem millia annorum impleviſſe ait. Laeva quidem manus numeros omnes citra centenarium indicabat, dextra centenos, ducentos, millenos et qui eos ſuperant, usque ad myriadem. Porro decem millia cum dicis, *Bedae* verba ſunt, laevam medio pectore ſupinam appones, digitis tantum ad collum erectis. Jam vero rurſum, δεύτερον, ſiniſtram adhibebat vetula noſtra. In eundem modum haec verba explicat *Sirmondus* ad *Sidon. Apollin.* p. 98. *Wouwer.* de Polymath. VII. p. 50. *Juvenalis* Sat. X. 248. de Neſtore:

qui tot per ſecula mortem
Diſtulit, atque ſuos jam dextra computat annos.

quem locum ex noſtro carmine expreſſum eſſe, vix recte ſtatuit *J. Rutgerſ.* Var. Lect. IV. p. 351. — V. 5. κλεπτουσα. Sic Vat. Cod. Fuit itaque καὶ βλέπουσα, quod ſenſus patitur, metrum reſpuit.

III. Hoc quoque carmen in Plan. p. 135. St. 195. W. *Nicarcho* tribuitur. *Baſſi* eſt in Vat. Cod. p. 518. ſq. Conqueritur de ancilla ſurda, cujus ridiculos errores enarrat. — V. 1. Oneſimus, Lollii noſtri fortaſſe patronus, eum domi ap. ſe habebat. — V. 3. „εἶποιμεν. Ed. Flor. „male. At ſcribendum credo: εἶπω μέν.“ *Br.* — V. 5. πήγανον. Rutam contra capitis dolores efficacem putabant. *Dioscorid.* L. III. 47. πήγανον σὺν ῥοδίνῳ τε καὶ ὄξει κεφαλαλγοῦσι βοηθεῖ. *Plinius* L. XX. 51. p. 208. — V. 6. τήγανον. idem quod τάγηνον. Eſt *ſartago*, *frixorium*, in quo carnes aliaque oleo infuſo friguntur. Vide *T. H.* ad *Polluc.* X. 98. p. 1273. — ¶. 161.] V. 7. ὀπόν. *Heſych.* ὀπός. πιτύων. βοτάνη τις, δι' οὗ πήγνυται τὸ γάλα, καὶ τὸ τῶν δένδρων δάκρυον. καὶ τὸ γαλακτῶδες, ἐκ τῆς συκῆς ἀνιέμενον. *Myrrham* hac voce ſignificavit *Oppian.* Hal. L. III. 409. ἧς ἀνιμείσγων θεῖον ὀπόν. quod notavit *Arnaldus* Lect. gr. p. 105. Inter condimenta numeratur

ap. *Athen.* L. III. p. 100. F. ubi laſeris ſuccum ſignificat. *Caſaubon.* p. 198. *Salmaſ.* ad Solin. p. 256. B. — Ingenioſe *Joſ. Scaliger* conjecit: ἦν πόκον αἰτήσω. quod melius reſpondet τῷ δοκόν. — V. 4. κινῶν. Vat. Cod. — λάσανον eo ſenſu accipe, quo uſurpavit *Eupolis* ap. *Moer.* p. 250. ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἔστ' οὐδὲ λάσανον, ὅπου χέσω. ubi *Pierſon* et noſtrum locum laudavit, et *Horat.* I. Serm. VI. 9. *pueri, laſanum portantes oenophorumque.* — V. 9. ἂν δὲ τόξον. Vat. Cod. — V. 10. ὅσλως ἅ. Vat. Cod. — V. 11. κήρυκα. me alta voce tanquam praeconem vociferari. Sic qui publice, alta voce loquuntur, κηρύσσειν dicuntur; cujus uſus exempla vide ap. *Wetſten.* in N. T. I. p. 255. — V. 12. μελετᾷν. non de oratoribus tantum, qui commentantur, ſed de omnibus, qui in aliqua arte exercentur. De hiſtrionibus, vocem exercentibus, *Ariſtotel.* Problem. XI. 22. Etiam athletae dicuntur μελετᾷν. Vide *Mercurial.* Art. Gymn. III. 7. p. 206. Praecones, in ludis gymnicis certaturos, vocem crebro exercuiſſe, veriſimile eſt. Eo fortaſſe reſpexit poëta. — Ceterum me lecturis gratum facturum eſſe ſpero, *Grotii* verſione, ſive imitationem malis dicere, hic appoſita:

Exige, per ſuperos obteſtor, Oneſime, ſurdam,
Quae mihi perpetui cauſa laboris, anum.
Caſeus ad menſam ſi forte petatur ab illa,
Neſcio quem caſum me timuiſſe putat.
Ruta petita caput fuerat mihi forte dolenti,
In corbis nobis attulit illa ruta.
Si ſuccis opus eſt aegro, fert anxia ſoccos,
Et mytilum cupiam ſi mihi, fert matulam.
Pro vino vannus; pro ſeta fertur accum.
In vanum, quicquid dixero, verba cadunt.
Ut mediterne foris totis ego noctibus, aequum eſt,
Quid loquar, et praeco nunc ero propter anum?

IV. Cod. Vat. p. 394. Plan. p. 98. St. 144. W. Trojae profuiſſe docet, quod expugnata et everſa fuerit. Hac enim calamitate factum eſſe, ut Aeneae progenies Romanum populum orbisque terrarum imperium conderet. — V. 1. ἄῤῥηκτοι ὅρκοι. immutabilia Parcarum conſilia. Inter res natura ſua firmiſſimas τὸν ὅρκον recenſet Ajax ap. *Sophocl.* in Trag. cognomine v. 648. κοὐκ ἔστ' ἄλυτον οὐδὲν, ἀλλ' ἁλίσκεται Χ'ὠ δεινὸς ὅρκος, χ'αἱ περισκελεῖς φρένες. Dii, quae ſecundum fatorum ordinem in homines ſtatuunt, jurejurando ſe obſtringere dicuntur. *Aeſchyl.* Agam. 1300. Ὀμώμοται γὰρ ὅρκος ἐκ θεῶν μέγας. poſt quem verſum nonnulla excidiſſe videntur. Hoc loco igitur ὅρκος idem eſt, quod alibi θεσμοὶ, *foedera.* — σφραγίζειν, ſtatuere, confirmare, ut in Epigr. XLII. T. III. p. 27. σοὶ κλέρος δῆμος ἐπισφρήγισσε θανόντι — V. 2. Πριάμου. Priamus ad aram Jovis Hercei immolatus. Vide quae notavimus ad *Tzetzae* Poëth. 732. p. 171. — V. 3. σό. Vat. Cod. et Ald. pr. — V. 4. ἴχεις. Ed. Fl. et Ald. pr. ἴχεν correxit Ald. quod receptum in Ald. ſec. et tert. ἔχει *Steph.* ex Aſcenſ. — φροίμιον. adventus Aeneae quaſi prooemium et initium Romani imperii. Simili, ſed minus audaci metaphora, Tragici paſſim φροίμια λόγων dixerunt, quod illuſtrat *Valcken.* ad Phoen. p. 452. — Clamores, caedem praecedentes, φροίμιον φόνου appellat *Eurip.* in Herc. Fur. 753. φροίμια πρόξενα πόνων *Aeſchyl.* in Suppl. 837. Longius progreſſi ſunt in translato hujus vocabuli uſu Sophiſtae, ex quibus exempla dedit *T H.* ad *Lucian.* T. I. p. 176. ed. Bip. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 443. — V. 5. ἡ γὰρ vulgo. ἦ correxit *Huet.* p. 12. — Junge πόλις ἐν ὅπλοις κόσμου ἄνασσα. urbs, quae armis ſibi orbis terrarum imperium paravit.

V. Cod. Vat. p. 404. Plan. p. 74. St. 108. W. De naufragio illo, quod Graecorum claſſis ad ſaxa Capharea fecit. — V. 1. Καφηρίδες, πέτραι ſcil. Vide *Lennep.*

ad *Phalar.* p. 50. qui noſtrum quoque carmen protulit. — *νόστου.* Vat. Cod. et edd. veteres omnes usque ad Aſcenſ. Num forte graeci poëtae verbum ἀλλύναι *privandi* ſenſu uſurparunt, ut νοσφίζειν? Tum ſcribendum foret, haud paulo elegantius:

— αἴ ποτε νόστου
ὠλέσαθ' Ἑλλήνων, φεῦ, στόλον Ἰλιόθεν.

— V. 3. ψεύστας Vat. Cod. — V. 4. σέλας idem. σέλα πυρὸς αἰθομένοιο *Heſiod.* Theog. 867. Cf. *Munker.* ad Anton. Lib. c. 41. p. 276. — πυρσὸς ψεύστης. De Nauplii face, ductum ex *Crinagorae* Ep. II. — V. 5. Ἴλιος. calamitas, decenni illo bello etiam gravior. *Propert.* L. III. 5. 54. *Saxa triumphales fregere Capharea puppes, Naufraga cum vaſto Graecia tracta ſolo eſt.* Vide *Broukhuſ.* ad L. IV. 1. 115. — V. 8. „πᾶν Ἑλλὰς ἴκλαυσε „δάκρυ. Sic libri omnes, quos ſequi ſatius eſſe credidi, „quam meis aut aliorum conjecturis indulgere. Notanda phraſis „κλαίειν δάκρυ, et quidem πᾶν. *propter te Graecia omnigenas lacrymas fudit.* Pater filium, uxor maritum, filius patrem luxit. " *Br.* Nihil hujus Epigrammatis exitu vidi ineptius, nec ad ſenſum, nec ad numeros. Fac ſcriptum fuiſſe:

Ναύπλιε· σὴν δ' ἀρετὰν Ἑλλὰς ἴκλαυσε μαχρόν.

et ſenſum habebis probabilem, et numeros ſatis elegantes. Ductus literarum in δαρεταν et ſαρεταν tam inter ſe ſimiles, ut hanc ſaltem emendationis partem veram praeſtare auſim. ἀρετὴ autem non ſolum de robore et fortitudine, ſed de quavis peritia, arte, facultate uſurpatur. Recte autem *Baſſus* hoc vocabulo in hoc contextu utitur. Graecia, quae Trojanorum exercitus fuderat, Trojanorum heroum virtutem ſuperaverat, tuae unius virtuti, o Nauplie, ſuccubuit. — μακρὸν κλαίειν dictum, ut μακρὸν ἄϋσεν ap. *Homer.* Il. γ. 81. ε. 101. *Theocrit.* Eid. IV, 37. Alta voce canentes Nymphae ἐπὶ

μακρὸν — Εἶπαν Ἐλειθυίης ἱερὸν μέλος ap. *Callim.* H. in Del. 256.

VI. Cod. Vat. p. 504. Plan. p. 69. St. 101. W. Mediocritatem in omni vitae conditione amico commendat. — V. 1. ἄγοι et γαλήνην ἀργήν. vulgo. Noſtrum membranae Vat. ſuppeditarunt, ubi praeterea legitur: τὴν πάλινηνεμίην. unde apparet, olim fuiſſe ſcriptum:

— οὐδὲ γαλήνης
ἀργῆς ἡσπασάμην τοὔμπαλι νηνεμίην.

In ſimili mediocritatis commendatione *Horatius* II. Carm. X. init.

Rectius vives, Licini, neque altum
Semper urgendo, neque, dum procellas
Cautus horreſcis, nimium premendo
Litus iniquum.

ad quem locum comparant *Senecae* Agam. 100. ſqq. *Salmaſius* in not. mſtis corrigit: οὐδὲ γαλήνης ἄγοις ἡ. τὴν πάλι νηνεμίην. non ſatis video, quo ſenſu. — V. 4. καὶ πάλαι. vitioſe Vat. Cod. — ¶. 162.] V. 6. θυέλλας. vitae conditionem puta, quae tempeſtatibus eſt expoſita. — ζέφυροι. vita tranquilla, nec tamen plane otioſa.

VII. Cod. Vat. p. 402. Plan. p. 9. St. 16. W. De trecentis illis Spartanis, qui cum Leonida ad Thermopylas occubuerunt. — V. 1. Αηθαίης ἀκάτοιο. *Tibull.* L. III. El. V. 23. *Elyſios olim liceat cognoſcere campos*
Lethaeamque ratem Cimmeriasque lacus. *Theocrit.* Eid. XVI. 40. εὐρεῖαν σχεδίαν στυγνοῦ Ἀχέροντος. — δεύτερον. T recenti Spartani occiſi etiam in pugna de agro Thyreatico. Cf. Ep. *Gaetul.* II. *Simonid.* Ep. XXVI. — Pro "σχ' Aldin. ſec. εἶχ', unde *Scalig.* εἶλχ' fecit. — V. 3. πρόσθια. *Dioscorid.* Ep. XXXIII. τραύματα δεξάμενος, δεικνὺς ἀντία πάντα. Vide not. p. 403. — V. 4. καὶ στ. Vat. Cod. — In pectore tantum pugnae apparent veſtigia. —

V. 5. εἰς ἐμὸν ἀμπαύεσθε ὕπνον, *in meum ſomnum requieſcite*, inſolenter dictum. Tu corrige:

καὶ αἴσιμον ἀμπαύεσθε ὕπνον.

Mutatio minima, et, ut mihi quidem videtur, certa. ὕπνος αἴσιμος, *ſomnus fatalis*, quem πότμον ὀφειλόμενον vocat *Leonid. Alex.* Ep. XXXVIII. αἴσιμον ἦμαρ *Homer.* Il. ϑ. 72. ἡ εἱμαρμένη ἡμέρα. *Schol.* — V. 6. ἀνικάτου. Vat. Cod.

VIII. Cod. Vat. p. 243. Plan. p. 204. St. 297. W. In tumulum eorundem trecentorum Spartanorum, Leonidae inprimis, cui leonis imago impoſita. *Herodot.* L. VII. 225. p. 611. ὁ δὲ κολωνός ἐστιν ἐν τῇ ἱππάδι ἔκτοσθε νῦν ὁ λίθινος λέων ἕστηκε ἐπὶ Λεωνίδῃ. Cf. Ep. *Simonid.* XXXV. *Antipatri Sid.* XCI. — V. 1. γάρ. vett. nonnullae edd. — V. 3. ἐμβλώναντες. qui primi fregerunt belli inter Perſas et Spartanos impetum. — Male haec acceperunt Interpp. — V. 4. Μῆδον καὶ Λακεδαιμονίαν. Vat. Cod. vitioſe pro Λακεδαιμόνιον. — V. 5. „In Planudea cor„rupte legitur: ἐπ' ἐμεῖο βόστρυχον εἰκόνα ϑήρης. In Vat. „βοόστρυχον εἰκόνα ϑηρός. ſarto ſic metro et paulo meliori „ſenſu. βοοστρύχου reponebat Salmaſius. Sed βοόστρυχος, „etiamſi Graecum eſſet, nihil aliud eſſet, quam βόστρυ„χος ſubſtantivum, et hìc epitheton requiritur, quod „vel ad εἰκόνα vel ad ϑηρὸς referatur. Emendationem „Toupii ad Suidam P. III. p. 462. recepi.“ *Br.* Hoc diſtichon protulit *Suidas* in ταγὸς T. III. p. 423. ſic ut in Plan. unde hoc ulcus inveteratum eſſe apparet. βοόστρυχον jam *Opſopoeus* conjecit. *Brodaeus* legebat ſic: ἐπ' ἐμοῦ· πυροβόστρυχον ſive διαβόστρυχον. in quo pracivit Schol. gr. *Leichius* in not. ad Carm. Sepulcr. p. 13. legit: — ἐπ' ἐμεῦ λῖν βόστρυχον, εἰκόνα ϑηρός. quod nihili eſt. *Bernardus* ad Reisk. in Epiſt. p. 326. — ἐπ' ἐμεῦ βλοσυρὸν λῖν εἰκόνα ϑήρης. ſimul laudans locum *Ptolemaei He-*

phaeſt. L. II. p. 309. ed. Gale. ubi docetur, cur olim lapidei leones tumulis ſint impoſiti. *Caſaubonus* in not. mſc. tentabat — ἐπ' ἐμεῖο τανύτειχος ε. θηρός. *Joſ. Scaliger* denique ſic plane, ut *Toupius*, hunc locum reſtituit.

IX. Cod. Vat. p. 263. Anth. *Reisk.* nr. 602. p. 87.— Niobe loquitur. — V. 1. ἀλλ' ἐγὼ ἡ. Vat. Cod. — τοσάκις λίθος. Frigida hyperbole. — V. 2. ἐκ μαστῶν .... ἔπηξα. Sic Vat. Cod. lacuna relicta, et *Reisk.* qui tamen ἔστηξα emendavit. In Latinis dedit *candidum lac*, quaſi λευκὸν γάλα in Cod. legeretur, quod non minus bonum, quam θερμὸν, quod *Br.* inſeruit ex conjectura *Salmaſii* in apogr. Guyeti, lectoribus ne monitis quidem. — V. 3. οἰδῖνος ἀριθμοὺς ἣν τέκον. Vat. Cod. et *R.* qui vertit; *Plutonis nunc eſt illa quondam uteri mei beata copia, cohortes liberorum enixi.* At ἀριθμοὶ non eſt *copia*, ſive *cohors*, ſed abſolute poſitum *paucitatem* ſignificat. — Optime haec emendavit *Br.* cui ἣν videtur deberi. ἀριθμὸς enim in marg. ap. Guyet. reperio. *Magnus ille liberorum numerus Plutonem ditat; Huic enim, non mihi peperi. Sophocl.* Oedip. T. 29. μέλας δ' Ἅιδης στεναγμοῖς καὶ γόοις πλουτίζεται.

X. Cod. Vat. p. 264. Edidit *Leichius* in Sepulcr. I. p. 2. Anth. *Reisk.* nr. 603. p. 88. In Germanici mortem, quem Pluto Diis, non inferis deberi, pronuntiat. „Germanicus Antiochiae ſupremum diem obiit A. U. 771. „veneno, ut multi crediderunt, a Piſone ei dato. In „ejus mortem factum hoc Epigr. cujus lemma in apogr. „Buheriano depravatum, ſic reformandum eſt: Εἰς Γερ„μανικὸν τὸν Καίσαρα ἀδελφιδοῦν Νέρωνος [In Vat. Cod. eſt: „εἰς Γ. τὸν Καίσαρος ἀδελφιδοῦν, τὸν πατέρα Νέρωνος] i. e. Ti„berii Neronis fratris filium. Tiberium autem ſimpli„citer Νέρωνα appellabant, ut ſupra in Crinagorae Epi„grammatis XVIII. lemmate εἰς εἰκόνα Νέρωνος.“ *Br.* Tiberius Neronis nomine appellatur etiam ap. *Horat.* I.

Epiſt. VIII. 2. IX. 4. Recte ſe habet lemma Vat. Cod. Erat enim Germanicus, Druſi filius, Tiberii Imperatoris ἀδελφιδοῦς, idemque Neronis pater, ejus, qui cum Druſo, Tiberio criminante, hoſtis judicatus eſt. *Sueton.* Vit. Calig. c. VII. Cf. *Reimar.* ad *Dion. Caſſ.* T. II. p. 866. 35. *Fabricius* p. 894. 79. — V. 1. Nexus ſententiarum in duobus his diſtichis non ſatis perſpicuus. *Reisk.* ita interpretatus eſſe videtur, ut Pluto Orci cuſtodes omnes portas claudere omnesque aditus obſtruere jubeat, ne Germanicus, aſtris debitus, in inferorum regnum penetret. Profecto niſi alia eſt hujus carminis expediendi ratio, fatendum eſt, poëtam nugas egiſſe. Longe aptius luſit *Julian. Aegypt.* Ep. LX. ubi Cerberum hortatur, ut Orci portas diligenter obſervet, ne defuncti, Archilochi rabiem timentes, aufugiant. Fortaſſe poſt v. 2. aliquid excidit. Fortaſſe etiam prius diſtichon ad aliud carmen pertinet. Certe poſterius pro integro Epigrammate haberi poteſt. — κλειδοῦχοι. qui Orci claves tenent. Aeacum κλειδοῦχον habemus in Ep. ἄδεσπ. DCXCIII. Idem ap. *Apollodorum* L. III. 12. p. 254. τὰς κλεῖς τοῦ ᾅδου φυλάττει. Haec attigit *Weſſeling.* in Obſſ. L. I. p. 10. Fuſius tractavit *T. H.* ad *Lucian.* T. II. p. 502. Bip. — V. 2. δέχοισθε Vat. Cod. δέχεσθε emendatum in apogr. Guy. et Ruhnk. στόμια foramina eſſe videntur, quibus clavis inſeritur. Comparavit *Leichius* Axiochum c. XIX. p. 112. ed. Cler. τὰ δὲ πρόπυλα τῆς εἰς Πλούτωνος ὁδοῦ σιδηρεοῖς κλεῖθροις καὶ κλεισὶν ὠχύρωται. *Propert.* L. IV. 11, 7. *ubi portitor aera recepit, Obſerat umbroſas lurida porta domos.* — V. 4. νῆα τόσην. tantam navem, quantam hujus viri magnitudo requirit. Frigidum acumen!

¶. 163.] *XI.* Cod. Vat. p. 261. Plan. p. 213. St. 310. W. Λουκλλίου. In Atymnium, qui Thebis profectus Tarenti diem obierat. Intelligendum eſſe oppidum Italiae, Thebam ſive Thebas dictum, monuit *Opſopoeus*;

idque probat *L. Holſten.* ad *Stephan.* p. 137. qui ex hoc ipſo carmine colligit, illam urbem non procul a Tarento fuiſſe ſitam. — V. 2. δαίμονες. Fallax et incerta ſpes hominum, mendax fortuna. — V. 4. ὑπ' ὠνίσατο. Vat. Cod. — V. 5. ἐπὶ παιδὶ λιπὼν βίον. obiit relicto filio, cui cuſtos et tutor eſſe debebat, eumque ideo oculis moriens privavit, illo, patre amiſſo, tanquam coeco errante. *Pauſan.* L. III. 19. p. 259. Polyxo, ait, Argivam Tlepolemo μετασχεῖν φυγῆς τῆς ἐς Ῥόδον καὶ τῆς νήσου ταυτησὶ ἄρχειν ὑπολειπομένην ἐπὶ ἐρφανῷ παιδί. *marito ſuperſtitem una cum pupillo filio.* Pluribus exemplis hunc uſum praepoſitionis ἐπὶ illuſtravit *T. H.* ad *Lucian.* T. II. p. 436. ed. Bip. Non igitur opus eſt emendatione *Caſauboni*, ἐρφανικὸν δ' ἐ. παῖδα — hoc ſine dubio ſenſu: orbum relinquens filium, hujus vitam privavit oculis. — Pro ὀφθαλμῶν Vat. Cod. ὀφθαλμὸν legit.

THALLI MILESII EPIGRAMMATA.

¶. 164.] *I.* Cod. Vat. p. 184. Edidit hoc carmen, quod ſcriptum videtur in natales Tiberii imperatoris, *Boivin dans les Mémoir. de l'Acad. des Inſcr.* T. II. p. 291. Anth. *Reisk.* nr. 484. p. 36. — V. 3. βωμούς. *Reisk.* male. — V. 5. παππώιος. Vat. Cod. Recte hoc emendatum in Apogr. Tu veſtigia in avitis veſtigiis poſuiſti. Hoc verba ſignificant; nihil amplius. Nam ἴχνος ἐρείδειν dicuntur, qui pedes aliquo ponunt, ſive ingredientes, ſive ſtantes. *Paul. Silent.* Ep. XXXVI. Εἰ καὶ τηλεπόρῳ Μερόπης τεὸν ἴχνος ἐρείσεις. *Zenodot.* Ep. II. T. II. p. 61. ὡς ἐπ' ἐμοὶ μηδ' ὄφρις ἐν εἴαρι κοῦφον ἐρείδοι Ἴχνος. *Meleager* Ep. XIX. τὸν ἐκ πελάγους ἐπὶ γαῖαν Ἄρτι με πρωτόπλουν ἴχνος ἐρειδόμενον. Jam vides, quid ſtatuendum ſit de *Boivinii* et interpretatione et conjectura. Sic enim vertit:

Puissiez-vous, affermissant vos pas sur le thrône de votre ayeul, demeurer avec nous un grand nombre d'années, comme nous le demandons par nos prières. Quum inter duodecim priores Caesares Tiberius et Caligula avis successerint, ad Tiberium potius pertinere censet τὸ ἐρείδειν ἴχνος, *qui avait d'autant plus besoin de s'affermir sur le thrône, que de son tems les Romains n'avaient pas encore entièrement perdu le goût de l'ancienne liberté.* Haec sponte concidunt, verbis recte expositis. De Tiberio tamen et ipse agi puto, qui juvenis avi Augusti virtutem referre videbatur. Sensus est, qui ap. *Theocritum* Eid. XVII. 121. de Ptolemaeo secundo: μοῦνος ἔδη πρότερον τοκέων ἔτι θερμὰ κοίτῃ Στειβόμενος καθύπερθε, ποδῶν ἐκμάσσετο ἴχνη. — V. 6. μέλοις Vat. Cod. a pr. man. Superscriptum γρ. μένοις. *Serus in coelum redeas diuque Laetus interfis populo Quirini. Horat.* I. Carm. II. 45.

II. Cod. Vat. p. 158. ἀνάθημα τῷ Ἄρει παρὰ τινῶν· Θάλου Μιλ. Edidit *Kuster.* ad Suid. T. I. p. 457. ubi v. βροτολοιγὸς vers. ult. a Lexicographo excitatur. Anth. *Reisk.* p. 4. nr. 404. — V. 3. Μελάντας. Vat. Cod. Μελάνθας est in apogr. Guy. et Ruhnk. — V. 6. δοὴς *Reisk.* δρὴς *Suid.* et Cod. Vat.

III. Cod. Vat. p. 170. Θυηλάου, quod aut in Θάλλου, aut in Θυίλλου mutandum esse judicabat *Br.* post *Reiskium* nr. 446. p. 18. qui etiam de Εὐήνου cogitabat. At hoc longius abest. Sine auctoris nomine edidit *Kuster* ad *Suid.* v. ἀμφιλαφὴς T. I. p. 152. Lucus describitur circa fontem, Pani sacer. — V. 1. ταννυμήκεες. Cod. lectio. τανυήκεες. apogr. Lipsi. — V. 2. legitur ap. *Suid.* l. c. qui ἢ δ' ἱερὰ recte dedit cum Vat. non, ut *R.*, ἡ δ' ἱερά. In marg. Guy. et Ruhnk. ἡ διερὰ, *humorem amans*, φιλυδρος. — Iterum Lexicographus v. ταννυμήκεες. αἱ μῆκος ἄπειρον ἔχουσαι. καὶ αἱ ταννυμήκεες αὗται ἰτέαι. T. III. p. 429. — ἀμφιλαφὴς πλάτανος. Solemne platani epitheton post

Platonem in Phaedr. p. 338. A. Vide *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 27. Pulchre illud vocabulum circumſcripſit *Ovidius* in Nuce v. 17. *At poſtquam platanis ſterilem praebentibus umbram Uberior quavis arbore venit honos; Nos quoque frugiferae, ſi nux modo ponor in illis, Coepimus in patulas luxuriare comas.* — V. 3. Hunc verſ., omiſſo Παν, *Suidas* laudat v. λιβάδα T. II. p. 444. Hinc idem ſumſit βοτηρικὰ κύπελλα T. I. p. 443. — V. 4. ἄγκειται. Vat. Cod.

¶. 165.] *IV.* Cod. Vat. p. 391. Θαλοῦ Μιλησίου. Edidit *Jenſius* nr. 118. *Reisk.* Anth. nr. 769. p. 162. In platanum, vitibus junctam, quae patulis ramis diffuſa amantium myſteria tegebat. — V. 1. φιλεύντων ἔργια. *Ariſtoph.* Lyſiſtr. 832. τοῖς τῆς Ἀφροδίτης ἐργίοις εἰλημμένος. Vide not. ad *Antip. Sid.* Ep. LXXIV. — Male ſeq. v. *Bernardus* Epiſt. ad Reisk. p. 507. conjicit: ἔργια γανυσῆν φ. τ. — V. 3. ἀμφὶ δ' ἄν. Vat. Cod. αὖ dedit *R.* ἄῤ eſt in marg. Guyet. — V. 5. φυλλὰς ἀπὸ σεῖο. i. e. ἡ σοῦ φυλλάς. *Scolion* XXII. 4. οἶνον ἀπ' ἀμπέλου. ubi vid. not. p. 308. — V. 6. τοὺς Παφίης ἑτάρους. Amantes *Paphiae ſodales* fuiſſe dictos, vix putem. Scribendum potius:

τοὺς Παφίης ὀάρους.

minima mutatione. Sunt autem οἱ ὄαροι Κύπριδος, dulces amantium ſermocinationes et amplexus. *Leontius* Ep. XIV. ὃς ποτὶ γῆρας Ἦλυθεν ἁγνὸς ἐὼν κυπριδίων ὀάρων. *Agathias* Ep. I. mulieribus κυπριδίους ὀάρους πότνα δέδωκε Κύπρις. Carm. Heroic. XXI. 16. πολλάκι δ' εὐναίων ὀάρων βεβιημένος ὁρμῇ. Epigr. ἀδέσπ. CCLIII. amorem τερπόμενον νυχίοις ἡδέων ὀάροις. *Callimach.* Fr. CXVIII. εὐναίους ὀαριεμούς.

V. Cod. Vat. p. 261. Θαλλοῦ Μιλησίου. Plan. p. 192. St. 280. W. In duos juvenes Mileſios, qui in Italia obierant. — V. 3. ἡλλάξω. Vat. Cod. — στεφάνων ſenſu translato pro *gloria, ornamentis*, quorum illi patriae ſuae

ſpem excitaverant, videtur poſitum. — V. 4. ἐν βαιῇ κάλπιδι. *Soph.* Electr. 1142. σμικρὸς προσήκεις ὄγκος ἐν σμικρᾷ κύτει.

CNEII LENTULI GAETULICI EPIGRAMMATA.

¶. 166.] *I.* Cod. Vat. p. 90. Γαιτουλλίου. Edidit *D. Heinſius* in Carm. gr. p. 149. junctim cum *Ruſini* Ep. I. Sic etiam *Reisk.* in Miſc. Lipſ. IX. p. 102. nr. 282. In Cod. Vat. tamen haec ſejuncta ſunt. Venerem marinam poëta, ad puellam profecturus, donis placare ſtudet. — V. 2. Hunc verſ. cum parte primi laudat *Suidas* T. III. p. 701. ψαιστά. ἅλφιτα ὑπὸ μύλης κατεψημένα. ut h. l. emendavit *Toup.* P. III. p. 577. Pauperiorum haec fuiſſe munera, docet *Kuſter* ad *Ariſtoph.* Plut. 138. et 660. et *Spanhem.* ibid. p. 249. — V. 4. ὑμετέρης. Cod. Vat. et *R.* ἡμετέρης dedit *Heinſius.* — V. 5. Et amanti et naviganti propitia appareas. — *Philodem.* Ep. XXIV. Κύπρι φιλομμείδειρα, φιλόεργε, σῶζέ με, Κύπρι, Ῥωμαϊκοὺς ἤδη, δεσπότι, πρὸς λιμένας. *Antip. Sid.* Ep. LIII. νοτερῆς δέσποτις ἠιόνος.

II. Vat. Cod. p. 243. ſq. Γαιτουλίκου. Plan. p. 204. St. 297. W. In trecentos Spartanos et Argivos de agro Thyreatico pugnantes. Conf. *Loll. Baſſ.* Ep. VII. — V. 1. βίσσα. Vat. Cod. — V. 2. Laudat h. v. cum parte praecedentis *Suidas* v. ζυγὸν T. II. p. 201. — μάχην ἐνάγγελον. unde nemo revertebatur. — V. 3. ἐπ' ἄλλῳ. Vat. Cod. a man. ſec. — V. 4. Θυρέα. Idem hemiſtichium habet *Chaeremon* T. II. p. 55.

III. Vat. Cod. p. 174. Γαιτουλλίκου. Plan. p. 420. St. 555. W. Γετουλίκου. Leonidas, a morbo ſanatus, ſacra

facit Veneri, ut ipsum a pauperie quoque liberet, precatus. Optime noster Leonidae dicendi genus imitatus est. Hinc expressum Epigr. *Longini* I. p. 200. — V. 1. 2. laudat *Suid.* T. I. p. 664. ubi αἶψα τάδε κλυτὰ legitur. κλυτοῦ Cod. Vat. Vix vera lectio ΑΙΨΑ. Legendum puto:

λιτὰ τάδε κλειτοῦ δῶρα Λεωνίδεω.

In Codd. ψ pingitur ut +; hinc error. Nihil aptius huic loco vocabulo λιτά. Noster Ep. I. σοὶ τάδε πέμπω ψιστία καὶ λιτῆς δῶρα θυηπολίης. *Leonid. Tar.* Ep. XV. εἰ δὲ τὸ δῶρον ῥωπικὸν, ἀ λιτὰ ταῦτα φέρει πενίη. *Antip. Sid.* Ep. LIII. λιτός τοι δόρος οὗτος. — Nolim audacior esse, sed ipsa Vat. Cod. et *Suidae* lectio eo ducit, ut praeterea corrigamus:

λιτὰ τάδ' ἐκ λιτοῦ δῶρα Λεωνίδεω.

Leniſſimam vides emendationem, unâ nimirum literâ mutatâ. λιτὸς est *pauper*, et de personis non minus ac de rebus usurpatur. *Callimach.* H. in Apoll. 10. Ὅς μιν ἴδῃ, μέγας οὗτος· ὃς οὐκ ἴδε, λιτὸς ἐκεῖνος. Ὀψόμεθ', ὦ Ἑκάεργε, καὶ ἐσσόμεθ' οὔποτε λιτοί. *Antiphil.* Ep. VI. λιτὸς ἐγὼ τὰ τύχης. Cf. ad *Leonid. Alex.* Ep. XXX. 7. Paupertatis suae mentionem feciſſe poëtam, colligas ex imitatione *Longini*:

Ἐκ πενίης, ὡς οἶσθα, ἀκηράσιφνέος, ἀλλὰ δικαίης,
Κύπρις ταῦτα δέχου δῶρα Λεωνίδεω.

Sed magis etiam ex ipso *Leonida Tar.* Ep. XIII. unde totum carmen expressum:

— ἐν πενίης ταύτην χάριν, ἔκ τε πενέστεω
καὶ ξ ἁλιγήσικύω δέξο Λεωνίδεω.

quae nostrae lectioni ad amussim respondent. — V. 5. ἁλινήκτειχαν. Olivae in aqua salsa asservabantur, unde ἁλμάδες. Vide *Athen.* L. II. p. 56. B. C. — Excitat h. v. *Suidas* T. I. p. 113. ἁλινήκτειχαν· τὴν ἐν ἁλὶ νηχομέ-

νην.

γην. et v. ἀπέτηλον T. I. p. 258. — V. 6. *Suidas* T. III. p. 74. vitiose: καὶ ψαιστῷ ὀλίγον δρᾶμα πενιχραλέον. Veram lectionem servavit in ψαιστὰ T. III. p. 701. — In Vat. Cod. a pr. m. ψεστῶν. — V. 7. *Suidas* v. σπονδή. — καὶ σπονδῆτις· καὶ σταγόνα σπονδῆτιν. T. III. p. 364. Idem σπονδῖτιν legit v. κύλιξ T. II. p. 393. ubi totum laudat distichon. Vat. Cod. σπονδίτην. et v. sq. τὴν κ. βαιῷ. Hoc *Suid.* quoque confirmat. Vulgo τῆς κύλικος βωμῷ. Incidebat *Brodaeus* in βωβῷ, quia ap. *Hesychium* reperitur: βωβός. πηρός. Βωπούς. πηρούς. χωλούς. quod nihili est. *Jos. Scaliger* conjecit in not. msc. βυθίῳ πυθμένι. — ¶. 167.] V. 10. »In membranis scriptum δάσει et supra »correctum γρ. δώσει. Utrumque mendose. At ex com»paratione aliorum carminum in idem argumentum, »scribendum censeo δόσω. Leonidas: δέξο χιμαιροθύτην. »Longinus: καὶ τότε βουθυτέοντά μ' ἐσόψεαι. Vide Phi»lippi X. α *Br.*

IV. Cod. Vat. p. 203. Γαιτουλίκου. Anth. Plan. p. 427. St. 562. W. Γαίτου. Historia de Alcone, qui, cum filium serpentis nodis constrictum videret, belluam, non sine gravi periculo filii (Phaleri), sagitta confecit. *Valerius Flaccus* L. I. 398. Phalerum narrat hunc casum in armis expressum gestasse: *vacua nam lapsus ab arbore parvum Ter quater ardenti tergo circumvenit anguis: Stat procul intendens dubium pater anxius arcum.* *Manilius* L. V. 304. eundem casum respexit:

Quin etiam ille pater tali de sidere cretus
Esse potest, qui serpentem super ora cubantem,
Infelix, nati, somnumque animamque bibentem,
Sustinuit misso petere ac prosternere telo.

Veterum loca de Alcone collegit *P. Leopardus* Emend. L. VI. 5. p. 148. sq. et *Sirmond.* ad *Sidon. Apollin.* p. 118. — V. 4. βαιὸν lineae superscriptum in Cod. Vat. Displicebat *Gilberto Wakefield* vulgata lectio, eamque sic

corrigebat, Silv. crit. IV. ἦιξ', ἀτρώτου βιοῦν. — V. 5. Idem bene corrigit παυσάμενος δὲ φόβοιο. *metu feliciter depoſito.* Vera videtur haec emendatio.

V. Cod. Vat. p. 258. Γαιτουλίχου. Plan. p. 219. St. 320. W. Γαιτουλίου. In tumulum filiorum Medéae. — V. 1. Μηδείης. Vat. Cod. Plan. — V. 2. Γλαύκης. *Schol. Eurip.* Med. 19. περὶ δὲ τῆς Κρέοντος θυγατρὸς οὐχ ὁμοφωνοῦσι τῷ Εὐριπίδῃ οἱ ξυγγραφεῖς. Κλειτόδημος μὲν γὰρ Κρέουσάν φησι καλεῖσθαι, γήμασθαι δὲ Κόρινθι· (confundens nimirum Erechthei filiam, Athenienſem, cum Creontis filia, Corinthia:) Ἀναξικράτης δὲ Γλαύκην. Vide inprimis *Munker,* ad *Hygin.* Fab. XXV. p. 64. *Weſſeling.* ad Diodor. L. IV. 34. — V. 4. μητρὸς ἀμειλίκτου. Plan. Medea ap. *Euripidem* v. 1378. pueros occiſos in Junonis lucum latura, γῇ δὲ τῇδε Σισύφου, ait, Σεμνὴν ἑορτὴν καὶ τέλη προσάψομαι Τολοιπὸν ἀντὶ τοῦδε δυσσεβοῦς φόνου. Annua his pueris ſacra ap. Corinthios fuiſſe facta, etiam *Pauſanias* narrat L. II. 3. p. 118. Conf. *Aeliani* V. H. L. V. 21.

VI. Cod. Vat. p. 218. Γαιτουλ. In Plan. p. 271. St. 391. W. ſine auctoris nomine proſtat. In Archilochi tumulum. Praetereuntes poëta hortatur, ut vel defuncti acres iambos caveant. — V. 1. »πικρήν. Cod. Vat. μι»κρήν. In Meleagri praefatione, ubi de Archilochi car»minibus — μικρὰς στράγγας ἀπ' ὠκεανοῦ, contra Hem»ſterhuſium, reponentem πικρὰς, recte tuetur Dorville »ad Char. p. 711. At hîc πικρὴν absque controverſia »verum eſt.« *Br.* Nec aliter judicavit *Dorvillius.* πικρὴ Μοῦσα, genus poëſeos irae et conviciis ſacrum, quod quia Archilochus praecipue excoluit, Muſam dicitur imbuiſſe *veneno vipereo,* quo nullum exitioſius. In Vat. autem Cod. πικρὴν ſuperſcriptum eſt. — V. 4. ἄμματα *ſuspendium* h. l. ſignificat. — V. 5. Ducta ſunt haec ex *Leonida Tar.* Ep. XCVII. de Hipponacte: μὴ τὸν ἐν ὕπνῳ Πικρὸν ἐγείρητε σφῆκ' ἀναπαυόμενον. Cf. *Philipp.* Ep. LXXXIII.

— V. 6. ἐφ' ἑζομένους. Vat. Cod. — κινήσεις. Ed. vett. usque ad Aſcenſ.

VII. Cod. Vat. p. 247. Γαιτούλλου. In Plan. p. 246. St. 357. W. Γαιταυλλικοῦ. ut Aldus invenit in Cod. ſuo. In Ed. pr. et Aſcenſ. Γετουλίου. In cenotaphium naufragi cujusdam Cretenſis. — V. 1. Πελοπόννησος. Plan. Πέλοπος νᾶσος. Vat. Cod. ſuperſcriptum γρ. πόννασις. — Voci δύσπλοος ſubſtantivi vim tribuit *Brodaeus*, quod ſine exemplo puto fieri. Fortaſſe in Κρῆτα ſubſtantivum latet, velut πόντος vel ſimile. Certe illa voce facile carebimus, cum v. 3. diſerte indicet, Aſtydamantem Cretenſem fuiſſe. — V. 2. Μαλέου. Erat proverbium ap. Graecos: Μαλέαν δὲ κάμψας, ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε. quod attigit *Weſſeling.* ad *Diod. Sic.* T. I. p. 592. 53. et *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 40. — Pro τυφλοὶ *Bernardus* ad *Theoph. Nonn.* XIX. Tom. I. p. 83. conjecit στυφλαὶ ex *Lycophrone* 737. Sed bene ſe habet vulgata. σπιλάδες ſunt ſaxa ſub undis latentia et proinde *coeca.* — V. 4. ἔπλησεν θηρῶν. Plan. et Vat. Cod. — ¶. 168.] V. 5. ψεύσταν. Ductum eſt hoc cum praecedentibus ex *Leonid. Tar.* Ep. XC. κἀγὼ μὲν πόντῳ δινεύμενος, ἰχθύσι κύρμα, Οἰχεῦμαι· ψεύστης δ' οὗτος ἔπεστι λίθος. Hoc cum acumine extulit noſter: Non mirum, fallax monimentum conſpici ap. Cretenſes, ubi ipſius Jovis monſtretur ſepulcrum. Praeclare huc facit *Callimach.* H. in Jov. 8. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται· καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο Κρῆτες ἐτεκτήναντο, σὺ δ' οὐ θάνες. *Lucanus* L. VIII. 871. *Atque erit Aegyptus populis fortaſſe nepotum Tam mendax Magni tumulo, quam Creta Tonantis.*

VIII. Cod. Vat. p. 244. τοῦ αὐτοῦ (Γαιτουλίκου). Plan. p. 200. St. 290. W. Γετουλλίου. Ed. Flor. Γετουλλίκου. Aldin. ſec. tert. γαιτουλίκου. *Aldus* invenit in Cod. Γετουλίου. *Steph.* *Brodaco* judice hoc carmen ſcriptum eſt in eos, qui pro Graeciae libertate ad Chaeroneam cum Macedonibus pugnantes occubuerunt. — V. 1. Χρόνε, Vat. et Plan. Κρόνε *Brodaeus* legit.

IX. Cod. Vat. p. 565. Γαιτουλικίου. Plan. p. 136. St. 196. W. Γαιτουλίου. De vetula vinosa. — V. 1. ἀμφορέως conjecit *Opsop.* male. — Sequentia ducta fortasse ex *Meleagr.* Ep. XCIV. εἴθ' ὑπ' ἐμοῖς νῦν χείλεσι χείλεα θεῖσα. — V. 2. Σηληνίς. Vat. Cod. et omnes veteres edd. usque ad *Steph.* — ἐξεφόρησε. Vat. et Plan. ἐξερόφησε emendavit *Huetius* p. 14. et *Jos. Scaliger* in not. msc. In idem inciderat *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* T. I. p. 617. qui tamen in vulgata nescio quam venustatem inesse putabat. — V. 4. οἵης πε. Vat. Cod. — V. 5. „Vat. Cod. „lectionem exhibui. Planudea ἀφειδὲς ἐς ἄγγος ἔχουσα. „Scribendum censeo ἀφειδὲς ἐς ἄ. ἐλοῦσα. Nam illud ἀφειδὲς „pro neutro ἀφειδὲς graecum esse non credo." *Br.* Nec sic hunc locum persanatum puto; nec certius quid habeo, quod afferam. Hoc tamen mihi intelligere videor, scribendum esse:

τοῖόν σε προὔπινεν ἀφειδέα — —

Alcaeus ap. *Athen.* X. p. 430. B. ἐν δὲ κίρναις οἶνον ἀφειδέως μελιχρόν.

ANTIPHILI BYZANTINI EPIGRAMMATA.

¶. 169.] *I.* Cod. Vat. p. 429. Εἰς ναῦν ἑταιρικὴν, ἣν ἡ πόρναι διεπέρων τὴν θάλασσαν. Edidit *Jensius* nr. 1. *Reisk.* Anth. nr. 652. p. 112. Lusus est in ambiguo. Graeca verba de navi et meretrice explicari possunt. Similis lusus est ap. *Meleagr.* Ep. LXXVII. et ap. *Philipp.* Ep. XXVIII. Cf. *Rigaltium* ad *Artemidor.* Onirocr. p. 26. Nos in interpretando hoc carmine *Reiskium* sequimur. — V. 1. σὺν ἔμποροις. Vat. Cod. κέρδους συνέμποροις, quaestus et lucri socia. Cymbam piscatoris noster Ep. XLII.

πιστὴν ἰχθυβολεῦντι συνέμπορον vocat. Idem quod συνεργὸς, συνέρι θος; nam hoc quoque vocabulum ſenſu translato uſurpant poëtae et ſophiſtae. Vide *Ruhnk.* ad *Timae.* p. 242. et *Valckenar.* in Fragm. Eleg. Callim. p. 207. ſq. — ναυτολογεῖν, quo verbo augenda ſunt Lexica, navis dominus ſive mercator dicitur, cum vectores quaerit. Hoc ad lenonem translatum, qui juvenes invitat in Veneris volgivagae (δημοτέρης) navigium. Caeterum Cod. Vat. ναυστολόγει habet. — V. 3. λεύσσει. Cod. Vat. et *R.* — Priora verba obſcuriora ſunt. In κεῖθεν fortaſſe latet νειόθι, *ſubtus, in inferiore parte.* Sed nec proxima mendae ſunt expertia. *Carinam compingere* ad obſcoenum ſenſum deflecti poteſt. — Venus, amantium et navigantium dea, et navem undas ſulcantem, et meretricem βεμβομένην, i. e. σαλευομένην, *ſubagitatam*, reſpicit. — V. 5. ἑταιρεῖος ἐμοί. omiſſo μὲν Vat. Cod. In marg. ἑταιρείους ἐμοί. et ſic *R.* Optime haec emendavit *Br.* ex marg. apogr. Guyetani. — στόλος h. l. non cum *Reiskio claſſem*, ſed *apparatum et ornatum* verterim, quam ſignificationem huic vocabulo vindicavit *Markland.* ad Suppl. 1055. — V. 6. κάρπασα. Vat. Cod. et *R.* κάρβασα et vela ſunt et tenues mulierum veſtes. In σανίδων aliquid obſcoeni latet, quod quid ſit, intelligitur ex *Ariſtoph.* Theſm. 1135. τῇ σανιδοτρήσας ὀξυκιαθοπρώκτισον. Jam quid φῦκος ſit, interpretatione non indiget. Proprie algam marinam, fucum, muſcum marinum ſignificat. Alii βρύον θαλάττιον vocant. Naſcitur ἐπὶ τῶν ὀστράκων καὶ τῶν λίθων. Vid. *Salmaſius* ad *Solin.* p. 805. *Bodaeus a Stapel* ad Theophr. L. IV. p. 411. Hoc loco autem ſimul ſignificat τὴν ἐπανθοῦσαν τρίχα ap. *Ariſtoph.* Eccl. 13. — V. 7. ἐπιβαίνετε. Simili luſu *Ariſtoph.* in Lyſiſtr. 59. ἐκεῖναί γ' οἶδ' ὅτι Ἐπὶ τῶν κελήτων διεβεβήκασ' ὄρθριαι. Cf. Eccleſ. 38. Hac imagine utebatur Julia, Auguſti filia, quae, *cum conſcii flagitiorum mirarentur, quomodo ſimi-*

les Agrippae filios pareret, quae tam vulgo poteſtatem ſui corporis faceret, ait: Nunquam enim niſi navi plena tollo vectorem, narrante *Macrobio* II. Saturn. c. V.

II. Cod. Vat. p. 103. Plan. p. 473. St. 615. W. — V. 3. τὸν μάντιν. *Propert.* L. III. El. VI. 17. *His ego tormentis animi ſum verus aruſpex: Has certas didici ſaepe in amore notas.* — ὃ χρόνος. Vat. Cod. et Plan. — V. 4. τραύματος. Quamvis in hujusmodi rebus non ſemper diligentiſſimi ſint poëtae, noſtrum tamen, in eadem metaphora manentem, ſcripſiſſe autumo:

καύματος ἡσθανόμην.

Ducta ſunt haec ex Epigr. *Philodemi* XV. quod in eodem argumento verſatur: μάντις ἐγὼ μεγάλης αὐτίκα πυρκαϊῆς.

III. Cod. Vat. p. 140. Plan. p. 470. St. 611. W. Tabula picta, in qua Leda cum cygno conſpiciebatur, huic carmini occaſionem videtur dediſſe. — V. 2. κρονίδης. Vat. Cod. a pr. m. — V. 3. κατέσθετε. Vat. Cod. κατέσθειν idem quod κατεσθίειν, ab antiqua forma ἔσθω. (Vide ad *Callim.* Ep. XXVI. 1. p. 279.) Sed recte *Planudes* καταθέτε. Amores poëta alloquitur. — Vos, qui me miſere amantem torquetis, num et me aviculam vultis fieri? — Quae ſequuntur, ſpectant ad proverbium κόρυδος κύκνου, quod attigi ad *Dioscorid.* Ep. XX. 6. Jovem imitaturus poëta, religioni tamen ſibi ducit, eandem cum deo ſpeciem induere. Si is cygnus eſt factus, me, mortalem, alaudae ſpeciem decebit ſumere.

¶. 170.] *IV.* Cod. Vat. p. 158. Primus edidit *Kuſter* ad *Suidam* T. II. p. 207. v. θρίναξ, et poſt eum *Alberti* ad *Heſych.* v. Δημὼ T. I. p. 936. Anth. *Reisk.* nr. 407. p. 5. Parmis, agricola, agriculturae inſtrumenta Cereri ponit. — V. 1. laudat *Suidas* T. II. p. 588. μόωψ. — ἡ μάστιξ τοῦ ἵππου, τὸ καλήριον, ὃ ἐπὶ τοῦ πόδος

φορεῦσι κεντοῦντες τοὺς ἵππους. Hoc loco virga esse videtur sive arundo, cui cuspis ferrea praefixa. — ἀπηλητῆρα. ap. Lipsium vitiose. — V. 2. μέτρον Vat. Cod. et *Suid.* in πήρα T. III. p. 111. μέτρου, ut *Salmasius* in describendo emendasse videtur, exhibet etiam apogr. Guyet. et Rulink. πήρα σιτοδόκος μέτρου σκορίμου doctius pro σπόρου σιτοδόκον, sive τὸν σῖτον δεχόμενον. ut Ep. VII. τὸν Ἀδριακοῦ νέκταρος οἰνοδόκον. — V. 3. *Suidas* in γαμψὸν T. I. p. 467. — V. 4. *Suidas* in θρίναξ T. II. p. 207. τὸ πτύον, ὄργανον γεωργικὸν ὀδοντικόν. καὶ παλιουροφόρου .... *Kusterus* et *Reisk.* παλιουροφόρον et θέρους. In apogr. Lipsii. πολιους. Illud est ex conjectura *Salmasii*, qui praeterea scribere conatus est: καὶ παλιουρόφορον φθειραθερῆ θε. *paliuro tectum perdens et dissipans aristas ventilabrum.* Non poterat infelicius. Nostra lectio debetur acumini *Toupii* Em. in Su. P. II. p. 197. Idem παλίνορος et παλίνουρος. Hinc παλινουροφόρος, *qui huc et illuc, rursum prorsum, jactatur. Philipp.* Ep. XIV. καὶ τρίναξας ξυλίνας, χεῖρας ἀερουροπόνων. Praeclare huc facit Scholion in *Homeri* Il. ν. 588. a *Valckenario* editum in Mantissa Dissert. ad Ursini Virgil. e. Gr. comp. p. 123. Τινὲς δὲ τὰ μὲν σιδηρᾶ, πτύα, τὰ δὲ ξύλινα, καὶ τρόπιν χειρὸς ἔχοντα, οἷς καὶ τοὺς στάχυας ἀναβρίπτουσι, θρίνακας καλοῦσιν. — θέρους. Vat. Cod. a man. sec. — V. 5. 6. *Suidas* T. III. p. 136. ποδεῶνες. εἶδος γεωργικόν. ubi *Kusterus* corrigit: εἶδος ὑποδήματος γεωργικοῦ. At haec correctio vix aliam auctoritatem habet. Pro *saccis* accepit *Reiske.* Est ποδεὼν proprie sive ima sive extrema pars uniuscujusque rei, ut orificium sacci propendens, substricto funiculo interceptum. Aegeus de prole suscipienda oraculum interrogans, responsum tulit: ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα πόδα, μέγα φέρτατε λαῶν, μὴ λύσῃς. ap. *Plutarch.* Vit. Thes. c. 3. Cf. *Apollodor.* L. III. 15. 6. quod explicans *Schol. Euripid* in Medea 679. πόδα δὲ τὸ μέσον, παρόσον ὡς ὁ ποδεὼν τοῦ ἀσκοῦ περέχει. Veterum loca, ubi ποδεὼν occurrit, collegit *P.*

Leopardus Em. VII. 13. p. 183. ſq. Ad noſtrum locum inprimis facit *Schol. Ariſtoph.* Veſp. 670. τοὺς ἀργελόφους. τὰ περιττὰ καὶ ἄχρηστα. ἀργέλοφοι γὰρ τῆς μηλωτῆς οἱ πόδες, οὓς ποδεῶνας καλοῦσι. Tenemus igitur propriam vim hujus vocabuli, qua extremitates pellis ovinae, qua paſtores amiciebantur, ſignificat, et quidem proprie pedes, quibus pellem ſibi ſub collo alligabant, ut Amycus leonis exuvias ap. *Theocritum* Eid. XXII. 51. ὑπὲρ νώτοιο καὶ αὐχένος ᾠωρεῖτο Ἀχαιῶν δέρμα λέοντος ἀφημμένον ἐκ ποδεώνων. Hanc igitur amictus partem, ſive totam μηλωτὴν Parmis Cereri dedicaſſe videtur. Pellibus autem humeros amicire agricolam jubet *Heſiodus* Ἔ. κ. Ἡ. 543. ſqq. — V. 6. Πάρνις. apogr. Lipſ.

V. Cod. Vat. p. 175. Edidit *Kuſter* ad *Suid.* T. II. p. 81. Anth. *Reisk.* nr. 454. p. 21. Antiphilus, ab itinere redux, Dianae in via collocatae pileum dedicat. — V. 1. Legitur hic verſus in πιλήσεσι ap. *Suid.* T. III. p. 115. ſed ad πῖλος pertinet. — Εἰνοδίη. proprie Hecate, viarum cuſtos. *Orphei* Fragm. XXXIV. p. 395. — φίλη Cod. Vat. quod verum puto. Elegans haec epitheti collocatio. — V. 2. πῖλον peregrinantes geſtare ſolebant, quod paſſim obſervatum. Vide *M. Solan.* ad *Lucian.* T. II. p. 330. ed. Bip. *Graev.* in Lect. Heſiod. XII. p. 60. ſqq. — V. 3. *Suidas* v. ἧσθα T. II. p. 81. ubi veteres edd. ἔνθα habent, ut eſt in Vat. Cod. Apographa ἔν τε. recte. — V. 6. συλᾷν. ne parva quidem impune rapere licet.

VI. Cod. Vat. p. 187. Edidit *Kuſter* ad *Suid.* T. II. p. 569. v. μνιαρὸν, ubi v. 3. et 4. ſine lectionis diverſitate leguntur. Anth. *Reisk.* nr. 492. p. 40. Generoſae cuidam mulieri munera poëta mittit. — V. 1. In Cod. ſcriptum, non, ut *Br.* ait, λιτὸς ἐγὼ τύχης, ſed ἐγὼ τὰτύχης. plane ut ap. *Suid.* in λιτὸς T. II. p. 452. Hinc *Kuſter* et *Toup.* Epiſt. crit. p. 128. ἔγωγ' ἀτυχής τ'; ὦ.

Salmaſius autem in marg. ap. Guy. λι ἐγὼ τέχνης. *Minervam videtur alloqui artium magiſtram.* Recte *Br. Reiskii* emendationem praetulit. — In apogr. Lipſ. δέσποτα. — V. 2. Parva ſunt mea munera, ut ex anguſta domo; at ſi voluntatem, unde proficiſcuntur, ſpectaveris, me multorum divitias ſuperare intelliges. In hoc quoque verſu conſtituendo *Br. Reiskium* ſibi praeëuntem habuit. Cod. Vat. enim et *Suid.* τὸν σὸν ἀπὸ κε. *Toup.* tentabat: πολλὰν δ. σ. τὰν σόν. *multa tua ſumtuoſa donaria*, i. e. *quae a multis donantur.* τόσσον ſuſpicabatur *Kuſterus.* — V. 3. Vocem μυιαρὸῖο *Kuſter.* in μαλακοῖο mutare conabatur. Deinde explicat: *muſci inſtar mollis.* χλιαρὸῖο dedit *Reisk.* Codicis ſcripturae patrocinatur *Toup.* Em. in Suid. P. II. p. 269. μυιαρὸν derivandum a μυοῦς. ἧριον. ἁπαλώτατον. *Heſych.* Vide ad *Philod.* Ep. X. 2. Videntur igitur eſſe tapetes villoſi, molli lana, vetuli muſco, obducti. Ejusmodi tapetes μαλλωτὰς appellabant, iisque opponuntur οἱ ψιλοί. *Euſtath.* ad Odyſſ. κ. p. 378. 39. — In βαθυβῆλοιο, ſic enim habet Vat. Cod. et ap. Lipſ., varia tentat *Reisk.* parum feliciter. βαθυβήνοιο *Kuſter.* habet ex *Suida.* Obſcura hujus vocabuli ſignificatio. βῆνες ſunt πρόβατα. ἄρνες. ap. *Heſych.* *Homeri* πολύβηνος in Od. λ. 256. per πολυθρέμμων explicatur ap. *Euſtath.* p. 430. 28. Puto igitur, tapetem ex ovium lana confectum, denſum, et cum ipſius ovis pelle comparandum ſignificari. τάπητος ἔνδυτον. Infra χιτὼν vocatur. — V. 4. ἐρυθρεῖ. Purpurae ἄνθος tribuitur, ut omnibus coloribus, ſed purpurae prae omnibus. — V. 4. εἰβόμενον *Reisk.* corrigit. — V. 5. 6. laudat *Suidas* v. νάρδος T. II. p. 597. et v. 6. *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 753. G. de unguento nardino agens; *Wetſten.* denique ad N. T. I. p. 515. ſed hic vitioſe. — ὑάλου. Succos in vitreis vaſis ſervabant veteres. Vid. *Bernard.* ad *Theoph. Non.* T. I. p. 21. — V. 7. ἔργα. In lana, quam miſit (v. 5.) poëta, mulier manuum dexteritatem poterit oſtendere. χεῖρες enim

pro peritia ponitur. Vide *Rigalt.* ad *Artemid.* p. 18. *Barth.* ad *Statium* T. I. p. 152. — V. 8. σὺ εἶδῃς ἃ. ἔχει. Vat. Cod. Noſtram lect. exhibet *Kuſterus.* Nec aliter apogr. Guy. et Ruhnk.

VII. Cod. Vat. p. 191. Totum hoc carmen dedit *Suid.* v. ἀμφιφορῆα T. I. p. 155. Anth. *Reisk.* nr. 506. p. 48. Amphora, vino deſtinata, conqueritur, quod frumento aſſervando ſit adhibita. — V. 2. ἀνδρικοῦ. *Suid.* Vinum Adriaticum pro Italico, quod ſupra mare Adriaticum ſive Ionium in Graeciam mittitur. De Ἀνδριακοῦ non cogitare debebat *Oudendorp.* ad *Thom. M.* p. 818. praeſertim cum meliorem Codicis lectionem non ignoraret. — νέκταρος οἰνοδόκον dictum, ut ſupra Ep. IV. πήρᾳ μέτρου σιτοδόκον σπορίμου. — ¶. 171.] V. 3. τίς ὁ φθ. Cur Bacchi mihi invidentur munera? anne tanta penuria vaſculorum, Cereri ſervandae proprie deſtinatorum? — V. 5. Laudat *Suid.* in συλῶ T. III. p. 394. — V. 6. „In Cod. et ap. Suid. male et contra Epigrammatis ſen„ſum ſcriptum οὐ δέχεται.“ *Br.* At ſi οὐ δέχεσθαι ſignificat *abhorrere, non ferre*, nihil eſt, quod in illa lectione reprehendas; quin longe gravior eſt ea, quam *Br.* in textum immiſit. Jam vero ſatis nota ſignificatio verbi δέχεσθαι, *in amicitiam recipere, admittere, probare*; unde apparet, οὐ δέχεται poſitum pro, *odio habet, ferre recuſat, improbat. Thucyd.* L. II. 72. δέχεσθε δὲ ἀμφοτέρους φίλους. *Polyb.* L. I. 45. 4. ἐπαινέσας καὶ δεξάμενος τὴν προθυμίαν. Vid. *Bud.* Comm. L. Gr. p. 1253. *Abreſch.* Anim. in Aeſch. T. I. p. 368. *Heſych.* Οὐκ ἐδέξατο. οὐ προσήκατο. *Aeſchyl. Eum.* 226. οὐκ ἂν δεχοίμην ὥστ' ἔχειν τιμὰς σέθεν. *Plato* Gorg. p. 415. E. οὐκ ἂν δεξαίμην. Ibid. p. 468. E. οὐκ ἂν δέξαιο ἐξεῖναί σοι ποιεῖν ὅ τι δοκεῖ σοι. Noſter Ep. XXXVIII. οὐ δέχομαι. In his omnibus locis *recuſare, nolle, improbare*, ſignificat. — Senſus eſt igitur: Et Bacchus jure ſuo privatur, et Ceres indignatur, quod ebrietatem in contubernio habeat.

VIII. Cod. Vat. p. 190. Plan. p. 28. St. 22. W. Nobili cuidam mulieri, fortaſſe Caeſaris conjugi, poëta hiberno tempore malum ex praeteriti anni proventu ſine macula ſervatum mittit. — V. 1. μῆλον στρούθειον. malum lanatum, mali cydonii ſpecies. *Galenus* de Sanit. tuend. c. ult. τῶν Κυδωνίων μήλων τὰ μείζω τε καὶ ἡδίω, καὶ ἧττον στρυφνὰ, ἃ στρούθια καλοῦσιν οἱ κατὰ τὴν ἡμετέραν Ἀσίαν Ἕλληνες. Noſtrum carmen laudat, ubi de hoc malorum genere diſputat, *Bod. a Stap.* ad *Theophr.* IV. p. 340. — στρούθιον. Vat. Cod. et *Suid.* T. I. p. 356. ἄσπιλος. ὁ μὴ ἔχων σπίλον τινά. ἐν ἐπιγρ. μῆλον ἐγὼ στρούθιον, ἄσπιλον, ἀῤῥυτίδωτον. Idem duo priora diſticha laudans T. II. p. 552. in μῆλον, στρουθίου ἀπὸ προτέρης, et T. III. p. 228. in ἐνιαυτὸς, στρούθιον ἀπὸ προτέρης habet. In Planud. στρούθειον ἀφ' ὁπλοτέρης. Hanc lectionem *Suidae* et Vaticani Cod. lectioni praefert *G. Wakefield* in Delect. Trag. T. I. p. 272. *a juniore, pubeſcente anno*, contra poëtae mentem. Idem ἔχω pro ἐγὼ corrigit, ut *Huet.* p. 6. ἄγω. Neutrum equidem vulgatae praetulerim. — V. 2. Ita ſervatum, ut tempeſtivo fructui ſimilis, cutem geram prorſus juvenilem, laevem, nullisque rugis maculisve dehoneſtatam. Cod. Vat. νιαρῷ a pr. manu. Suſpiceris φιαρῷ χρωτὶ. *cute ſplendida veſtitum.* Sed in vulgata acquieſcendum eſſe puto. — ἄσπιλον, ἀῤῥυτίδωτον. *Liban.* Or. VI. p. 205. B. τίνι σπίλος ἦν ἐν τῷ σώματι — ῥυτίδες ἐπὶ τῆς μορφῆς. — V. 3. ἰσόχνοον. χνοῦς hujusmodi malis tribuitur. Vide ad *Diodor. Zon.* Ep. III. De pueri lanugine *Martial.* L. X. Ep. 42. *Celantur ſimili ventura Cydonia lana, Pollice virgineo quae ſpoliata nitet.* — V. 4. ἐν πετάλοις εὐφυές. *Suid.* l. c. Idem tamen vulgatam lect. exhibet v. ἀκμὴ T. I. p. 86. — Haerebat illud malum adhuc in fronde viridante. — V. 5. 6. Profert *Suidas*, paucis omiſſis, in κρυμὸς T. II. p. 383. et in νιφετὸς T. II. p. 627. utroque loco ἄνασσα exhibens. In Plan. ἄνασσαν. — εἰς δέ σ' ἀ. Vat. Cod. In tuam, o regi-

na, gratiam etiam hiems fructus edit. Non proprio ſenſu accipiendum ὀπωροφορεῖ, ſponte apparet. Similis argumenti carmen eſt ap. *Crinag.* Ep. IX.

IX. Cod. Vat. p. 159. Plan. p. 443. St. 576. W. Alexandri, regis Macedonum, haſtam, in templo Dianae dedicatam, veneratur poëta. — V. 1. δούρατ' Α. Vat. Cod. — ἐκείνου. idem. — γράμμα. Eſt epigramma rei dedicatae additum. — V. 4. ἦκε κρ. Vat. Cod.

X. Cod. Vat. p. 381. Plan. p. 99. St. 146. W. — In equum Trojanum. — V. 1. δεκέτης λόχος. Non poteſt eſſé exercitus, qui decem per annos urbem oppugnaverit, ſed ipſe eſt equus ille inſidioſus. Sic apparet, epitheton δεκέτη parum eſſe commodum. Vertit *Grotius*: *Annorum meditata decem*; nimirum λόχος, inſidiae, quibus ſtruendis decem annos impenderunt Graeci. At hoc et durum et falſum. δεκέτη fortaſſe ex Ep. *Agathiae* LXIII. quod ex noſtro derivatum eſt, in contextum venit. Fortaſſe fuit: ξύλινον λόχον. Vel etiam, quod mihi maxime arridet:

Δουρατέου Τροίας δέκου λόχον — —

Agathias l. c. αἶψα δ' Ἐπειὸς κάτθανε, πρὶν τεῦξαι δουρατέαν παγίδα. *Euripid.* Troad. 14. δούρειος ἵππος, κρυπτὸν ἁμπίσχων δόρυ. *Homer.* Od. δ. 492. ἵππου κόσμον ἄεισον Δουρατέου, τὸν Ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ, Ὅν ποτ' ἐς ἀκρόπολιν, δόλον, ἤγαγε δῖος Ὀδυσσεύς. Quod ſi tamen mutationem admittere nolis, λόχον accipe de Graecis, intra receſſus equi in inſidiis collocatis, decennique bello firmatis. — V. 2. ἔγκυον. Ductum ex *Eurip.* Troad. 11. Ἔγκυμον' ἵππον τευχέων ξυναρμόσας, Πύργων ἔπεμψεν ἐντὸς, ὀλέθριον βάρος. Hoc *Ennius* expreſſerat ap. *Macrob* Sat. VI. 2. *nam maximo Saltu ſuperavit gravidus armateis equus.* et hinc *Virgil.* Aen. II. 237. *Scandit fatalis machina muros Feta armis.* *Petronius* in Trojae Hal. v. 8. ubi ſcribendum videtur: *Huc decenni*

proelio Firmata virtus abditur: ſtipant graves Equi receſſus Danai. Macrob. Saturn. II. 9. *Cincius in ſuaſione legis Fanniae objecit ſeculo ſuo, quod porcum Trojanum menſis inferant: quem illi ideo ſic vocabant, quaſi aliis incluſis animalibus gravidum: ut ille Trojanus equus gravidus armatis fuit.* — „εὔοπλον ἡσυχίης. Sic libri omnes, „et recte Opſopoeus: *ſilentibus Graecis probe armatis* „*plenum.* Ita ut emendationem, minime tamen con„temnendam, *Jac. Philipp. de Medenbach* [in Amoen. „liter. p. 44.] reponentis ἡλικίης, admittere neceſſe non „ſit.“ *Br.* — V. 4. ὑπὲρ νώτου. Vat. Cod. et Plan. inepte. — V. 5. ἦ ῥα. Temere profecto tantus exercitus periit, ſi ad Martem, i. e. ad bellum conficiendum, dolus Atridis efficacior fuit pugna. πόλεμος oppoſitus τῷ δόλῳ, *apertam vim* ſignificare debet.

¶. 172.] *XI.* Cod. Vat. p. 387. Plan. p. 91. St. 133. W. Iliadis et Odyſſeae argumentum indicatur, cum inſigni Homeri laude. — V. 1. „τίνες ἐστέ. Sic „Vat. Cod. At Planudeae lectio praeſtat et reponenda „eſt, τίνος ἐστέ. Huic enim quaeſtioni congrua reſponſio, „θυγατέρες Μαιονίδεω.“ *Br.* Etiam in Sched. Krohnianis τίνες a pr. man. — V. 2. Μαιονίδου. Plan. et Vat. Cod. Ad ſenſum conf. Ep. κὐδεσπ. CDLI. Homeri filiae vocantur ipſius carmina, ut Sapphus poëmata ap. *Dioscorid.* Ep. XXV. θεοῖς ἴσας γὰρ ἀοιδὰς Ἀθανάτας ἔχομεν σὰς ἔτι θυγατέρας. ubi vide notas. — V. 3. Ἀχίλλεως Sch. Krohn. a pr. m. — χειρὸς Ἑκτορέαις. Plan. χειρῶν Ἑκτορέαις Vat. Cod. miro librarii errore. Ἑκτορέαις ortum ex Ἑκτορέας. Quare haec ipſa lectio confirmare videtur lectionem χειρός. — δεκέτους. vulgo. — V. 5. Ὀδύσσεως. Sched. Krohn. a pr. man. — V. 7. Poſt duo haec carmina edita non novem, ſed undecim Muſae exſtant, Homeri filiabus illarum numero additis. — V. 8. αἰών. *Tempora dicunt, ſe habere* — ferri fortaſſe poteſt; melius tamen ſcripſeris :

εἶπεν ἔχειν Ἑλικὼν ἔνδεκα Πιερίδας.

Tale quid certe, ut Ἑλικών, οὐρανός, Ὄλυμπος, exſpectabatur. Id, quod poſuimus, a vulgatae lectionis ductibus proxime abeſt. Haud aliter novem poëtrias in Helicone collocat *Antip. Theſſ.* Ep. XXIII. Τάςδε θεσγλώσσους Ἑλικὼν ἔθρεψε γυναῖκας Ὑμνοις, καὶ Μακεδὼν Πιερίας σκόπελος.

XII. Cod. Vat. p. 368. Plan. p. 26. St. 40. W. Poëta in umbra quercus caloris refugium quaerit. — V. 2. ἄκρητον καῦμα. non temperatum, vehemens. — V. 3. κεράμων στεγανώτεροι. *ipſis tectis denſiores.* De loco umbroſo *Propert.* IV. 4. 5. *Silvani ramoſa domus, quo dulcis ab aeſtu Fiſtula poturas ire jubebat oves. Tibull.* I. El. IV. 1. *umbroſa tecta* vocat. Facit huc, quod Themiſtocles ſolebat dicere, cum quercubus ſeſe comparans, ὅτι ἐκείνας ὑπέχοντας οἱ ἄνθρωποι καὶ δέοντας αὐτῶν, ὅταν ὑῇ, στέγην ἐκ τῶν κλάδων ποθοῦντες. ut haec ſcribenda videntur ex VV. DD. emendatione ap. *Aelian.* V. H. IX. 18. Cf. *Plutarch.* in Vit. Themiſt. c. 18. T. I. p. 300. ed. Tubing. — „οἰκία φωτῶν. arboris ramos, „quibus inſidunt cicadae, quorum οἰκία dicuntur, homi„num etiam habitationem appellari, ineptum mihi vide„tur, unde hunc verſum in mendo cubare exiſtimo. „Pro φωτῶν aviculae nomen deſidero.“ *Br.* Una litera mutata ſcribe

οἰκία φαττῶν.

Coaleſcentibus literis αττ factum eſt ω. *Horat.* I. Carm. II. 9. *Piſcium et ſummâ genus haeſit ulmo, Nota quae ſedes fuerat palumbis. Virgil.* I. Ecl. 52. *Hic inter flumina nota Et fontes ſacros frigus captabis opacum — Nec tamen interea raucae, tua cura, palumbes, Nec gemere aëria ceſſabit turtur ab ulmo.* — οἰκία paſſim de animalium luſtris nidisque. Ep. XXIII. οἰκία δοιλὰ λαγωοῦ. Vide *Burmann.* ad *Phaedr.* Fab. I. 3. p. 22. — V. 5. τὴν ὑμετέροισιν ὑ. νόμαισιν. Vat. Cod. καὶ τὸν ὑμε-

νέφεσι — κόμησι. Plan. — V. 6. βόσασ' quaedam edd. vett. — φυγάδων. Vat. Cod. a pr. man.

XIII. Anth. Plan. p. 319. St. 459. W. Opus, quod hoc carmine describitur, sive anaglyphum fuerit, sive tabula picta, Andromedam exhibebat rupi affixam, et Perseum cum bellua marina pugnantem. Jejunum carmen. Conf. *Arabii* Ep. IV. T. III. p. 110. Notavit *Heynius* in Comment. T. X. p. 111., inter Niciae picturas commemorari Andromedam ap. *Plin.* L. XXXV. 39. 28. — V. 3. λιθοδεγκέος. quae adspicientes in saxa mutabat. — ἄθλον. Andromedam, sua virtute servatam, sibi pactus erat Perseus ante certamen initum. Est igitur pugna cum illa bellua ἄθλον ἔρωτος, certamen ab amore propositum. Cf. *Huetium* p. 31. — V. 4. ἀ λάλος. — *Immeritam maternae pendere linguae Andromedam poenas immitis jusserat Ammon. Ovid.* IV. Metam. 669. Hinc apparet, nihil esse, quod cum *Huetio* p. 31. statuamus, Cassiopam a poëta nostro cum Niobe esse confusam. At hoc male nos habet, quod epitheton λάλος non Cassiopae, sed ejus proli, (εὐτεκνία pro καλῇ παιδὶ) tribuitur. *Brodaei* conjecturâ ἄλαλος non valde juvamur. Videant alii. — V. 5. »In Planud. legitur: χαλᾷ πόδας »ἠϑάδι ναρκᾷ νωϑρόν. ubi non prava est *Brodaei* emendatio »δέμας ἠ. ναρκᾷ ν. At Vat. Cod. lectionem exhibui; in »qua notanda vox σηπὰς, qua carent Lexica; *torpore* »*putredinem inducente.*" *Br. Heynius* V. Cl. loco laudato sibi fingit Andromedam jam liberatam et de scopulo descendentem. Accipit itaque verba: πόδα σηπάδι νάρκᾳ ν. de tardo incessu ex constrictis ad rupem et torpentibus membris. σηπάδι malit deducere idem a σήψ, *vipera*, quae morsu torporem inducit. — V. 6. ὁ μναστὴρ. *Protinus Andromedam et tanti praemia facti Indotata rapit: taedas Hymenaeus Amorque praecutiunt. Ovid.* l. c. 756. — νυμφοκομεῖ. in matrimonium ducit. *Schol. Eu-*

ripid. Med. 985. νυμφοκομήσει δέ ἐστι τὸ τὴν νύμφην κοσμῆσαι. ἀντὶ τοῦ νυμφευθήσεται.

¶. 173.] *XIV.* Anth. Plan. p. 381. St. 519. W. Junctum cum subsequente carmine in Cod. Constantini Lascaris ap. Iriarten. — Narratur historia de Diogene, qui, quamvis satis curta instructus supellectili, tamen, cum rusticum quendam manu aquam haurientem videret, se aliqua ejus parte carere posse intelligebat. Idem narrat *Diogen. Laërt.* VI. 37. p. 533. et alii, quos laudat *Menagius* p. 238. Vertit *Ausonius* Ep. LIII.

Pera, polenta, tribon, baculus, scyphus, arcta supellex.
Ista fuit Cynici: sed putat hanc nimiam.
Namque cavis manibus cernens potare bubulcum,
Cur, scyphe, te, dixit, gesto supervacuum.

— V. 1. »πιληθεῖσα. Significatio verbi πιλέω locum vix »hîc habere potest. Scribendum credo φυραθεῖσα.« *Br.* — V. 3. μέτρα βίοιο ἄρκια. Haec Cynico ad victum cultumque videbantur sufficere. — V. 5. βοώτης, rusticus, ut βούτης. Hinc βωτεῖν. ἀροῦν. Λάκωνες. *Suid.* βωτεῖν. ἀροτριᾶν, ὅτε ὁ Ὠρίων δύνῃ. Λάκωνες. *Hesych. Hesiodus* Ἔ. κ. Ἡ. 391. γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βωτεῖν. — ὄστρακον. δέπας ὀστράκινον.

XV. Anth. Plan. p. 381. St. 519. W. Totum hoc carmen profert *Suidas* in Φιλίσκος Αἰγινήτης T. III. p. 603. et *Diog. Laërt.* in Vit. Diog. L. VI. p. 351. qui statuae, Diogeni a civibus positae, insculptum fuisse narrat: ὕστερον δὲ καὶ οἱ πολῖται αὐτοῦ χαλκαῖς εἰκόσιν ἐτίμησαν αὐτὸν καὶ ἐπέγραψαν οὕτω· Γηράσκει . . . . — V. 1. χαλκός. nec aeneae statuae vetustati resistunt. *Horatius* Carm. III. 30. 1. carminibus editis *Exegi monimentum aere perennius.* — V. 3. μοῦνος. tu praecipue. nemo te melius. Sic saepe μόνος. Vide *Wetsten.* ad N. T. I. p. 942. — δόξαν αὐταρκέα. i. e. αὐταρκείας. philosophiam fruga-

frugalitatis et continentiae. ἕκτισας αὐτάρκειαν. *Zenodotus* Ep. T. II. p. 78. δόξα, ut Latinorum poëtarum *ratio*, de praeceptis philoſophorum uſurpatur. Vide *Bud.* Comm. L. Gr. p. 506. 30. et 507. 28. — Ceterum v. 1. Ald. in Cod. invenit γηράσει. — V. 3. μοῦνος γὰρ β. Plan.

XVI. Cod. Vat. p. 262. Εἰς τὴν ἐν Δικαιαρχίᾳ θάλασσαν καὶ εἰς τὰ ἐκεῖ ϕ νεώρια καὶ τοὺς λιμένας. Edidit *L. Holſten.* ad *Stephan.* p. 99. Anthol. *Reisk.* nr. 599. p. 86. Celeberrimi *Dicaearchi ſinus*, quos cum laude commemorat *Statius* II. Sylv. II. 110. ſive portus Julius, quem M. Agrippa condidit A. U. 717. Vide *Dion. Caſſ.* XLVIII. 50. ſ. p. 565. ubi vide not. Hujus portus commoda deſcribit *Strabo* L. V. p. 245. *Pauſan.* L. VIII. 7. p. 611. Conf. *Sueton.* in Aug. c. 16. Calig. c. 19. et *Philippi* Ep. LXXIV. in eandem molem. — V. 1. Mare loquitur. Δικαιαρχία. Vat. Cod. — γενόμενον πελάγους. moles, quae usque in medium mare producitur. Sic de promontorio Rhegio auctor Ep. ἀδέσπ. DXXVIII. αἰεὶ Θρινακίου γενομένην ὕδατος. — V. 3. Κυκλώπων χ. Ductum ex *Antip. Sidon.* Ep. LI. Τίς τόδε μουνόγληνος ἅπαν δαμήσατο Κύκλωψ — χῶμα. *Statius* V. Sylv. III. 48. *aëriamque educere molem, Cyclopum ſcopulos ultra, atque audacia ſaxa Pyramidum.* — V. 4. βιαζόμενα. Sic Vat. Cod. unde apparet, cur alii βιαζόμενα, alii βιαζόμεθα dederint. „Neptunus ſeu mare Terram alloquitur. Hinc intelligendus „hic verſus, qui recte in Buheriano cod. ſcriptus: μέχρι „πόσου, γαῖα, βιαζόμεθα. Male *Holſtenius* βιαζόμενα.“ *Br.* Huc facit *Horat.* III. Carm. I. 33. *Contracta piſces aequora ſentiunt Factis in altum molibus. Seneca* Declam. V. 6. *maria projectis molibus ſubmoventur.* i. e. βιάζονται. — V. 6. Reſpondet urbs ſive portus: Factus ſum ad recipiendam claſſem populi, quo orbis terrarum regitur. Quodſi Romae vicinae magnitudinem et potentiam con-

ſideraveris, me non nimis magnum eſſe fateberis. — Hoc voluiſſe poëtam, ſponte apparet. Sed in verbis haeremus. Legitur enim in Cod. ἐπ' αὐτῆς μέτρον, (non, ut *Br.* ait, εἶπ' αὐτῇ μέτρον, quae lectio eſt in apogr. Guyet. et Ruhnk.) plane ut *L. Holſtenius* exhibuit. εἴτ' *Br.* recepit ex conjectura *Reiskii*, (qui etiam tentat εἰ ταύτης μέτρον ἔχω λ.) μικρὸν ex Salmaſiana, quam veram putat. Mihi ſecus videtur. Fortaſſe ſcribendum:

εἰ ταύτῃ σύμμετρός ἐστι λιμήν.

σύμμετρον in talibus idem quod ἀνάλογον. Conf. *Bud.* Comm. L. Gr. p. 232. *Eurip.* Electr. 532. σὺ δ' εἰς ἴχνος βᾶσ', ἀρβύλης σκέψαι βάσιν, εἰ σύμμετρος σῷ ποδὶ γενήσεται.

XVII. Cod. Vat. p. 308. cum nota: Ζήτει τὴν τοῦ ἐπιγράμματος ἔννοιαν, ὅτι δύσληπτον. Adſcripſit manus rec. Εἰς ὡρολόγειον ἀρμόζει τὸ Ἐπίγρ. Plan. p. 382. St. 520. W. ubi ἄδηλον. — „Illuſtrat Salmaſ. in Plin. p. 449. De „Athenaeo Mechanico Fabricius Bibl. Gr. T. II. p. 587. „[T. IV. p. 223. ed. Harl.) Epigramma hoc tanquam „ineditum protulit Dufresne in CP. Chriſt. P. II. p. 192.“ *Br.* Agitur de horologio aquario. *Plin.* L. VII. 60. p. 420. poſtquam de ſolario dixit: *Etiam tum tamen nubilo incertae fuere horae usque ad proximum luſtrum. Tunc Scipio Naſica, Collega Laenatis, primus aqua diviſit horas aeque noctium ac dierum.* De clepſydris vide *Vitruv.* L. IX. 9. In Athenaei horologio aër aquae violentiâ anguſto canali expreſſus, ter ſonum edebat, quo ſignificabantur horae. Conf. Ep. *Pauli Silent.* LVI. — V. 1. δυωδεκαμ. quia diei noctisque tempora ap. veteres in duodecim partes distributa erant. — ἀφεγγὲς ἦ. coelo nubibus obducto, cum nullus eſt aliorum horologiorum uſus. — V. 2. τρισσάκις. Non ſatis apparet, cur *ter* ſignum ediderit horologium noſtrum; nec utrum ter per totum diem, an *ter* quavis hora. Fortaſſe fuit

τεσσάκις

i. e. *duodecies.* — ἀγλώσσῳ στόματι. Vide ad Ep. *Bianoris* III. 2. — φθεγγόμενος. Vat. Cod. — V. 3. quando aër, aquâ in tenui fiſtula compreſſâ, ſonum reddit. ἀνὴρ habet Plan. Quod in ἠὴρ mutavit *Salmaſius* et *Huetius* p. 37. — ὕδατος ἄκρον exhibet *Ducange* et apogr. Guyet. et Ruhnk. — Idem αὐλός. — ¶. 174.] V. 5. De Athenaeo quaedam dedit *Reisk.* in Not. Poët. p. 192. — ἀναφγής. ut ſol conſpiciatur, appareat, vel nubibus eum celantibus. ἠέλιος igitur pro tempore, quod ſol indicat.

XVIII. Cod. Vat. p. 399. Plan. p. 70. St. 103. W. Divinationis genus, quo Eubule hoc carmine uſa eſſe narratur, explicuit *H. Valeſius* Emend. II. 5. p. 53. ubi *Antiphili* ope emendavit *Dion. Chryſ.* Or. XIII. p. 419. ed. *Reisk.* quì locus unice huc facit: Ὁποῖόν λεγόμενόν ἐστι περὶ τὴν μαντείαν τὴν τῶν γυναικῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς· ἐκείνῃ γὰρ βαρύν τινα ἢ λίθον ἐπαίρουσιν, σκοποῦσιν ἐν τούτῳ περὶ τοῦ πράγματος, οὗ πυνθάνονται· καὶ δὴ ταῖς μὲν αὐτῶν φασι γίγνεσθαι κοῦφον, ταῖς δὲ βαρύν, ὡς μηδὲ κινεῖσθαι δύνασθαι ῥᾳδίως. Hac igitur divinatione uſa Eubule noſtra ſi quid nollet, lapis ei gravis erat; ſin cuperet quidquam, vel folio levior. — V. 1. γναῦς vitioſe in Anal. pro γραῦς. — V. 3. πειρίζουσα. Vat. Cod. — καὶ εἰ β idem. — V. 5. „ἦν ποθ' ἁμάρτῃ. Sic Planudeae Codd. quatuor. In editis „(et in Vat. Cod.) ſoloece ἁμάρτοι.“ *Br.* — τὰς ἀνίσους χεῖρας. manuum errorem, quibus idem modo leve modo grave videbatur, imputabat Apollini.

XIX. Cod. Vat. p. 385. Plan. p. 82. St. 119. W. Rhodus inſula beneficium ſibi a Nerone Caeſare tributum jactat. Carminis argumentum non ſatis certum. Si Nero eſt Tiberius, (vide ad *Lollii Baſſi* Ep. X.) dixeris, agi de hujus in hac inſula commoratione. Quatuor autem annos Tiberium Rhodi degiſſe, ſatis conſtat. Vide ad *Apollonid.* Ep. XIV. Ad hanc igitur rem Epigr. no-

ſtrum retulit *Salmaſius* ad *Tertull.* de Pall. p. 152. ſq. Majus tamen quoddam beneficium, quodque magis ad Rhodiorum felicitatem faceret, ab *Antiphilo* celebrari videtur. Quare pronior ſum in *Brodaei* ſententiam, qui de Claudio Nerone agi non ſine magna probabilitate ſuſpicatus eſt. Eandem *Lipſius* amplectitur ad *Taciti* Ann. XII. 58. ubi Nero narratur, *ut ſtudiis honeſtis et eloquentiae gloria niteſceret*, effeciſſe, ut Rhodiis libertas redderetur, *ademta ſaepe aut firmata, prout bellis externis meruerant, aut domi ſeditione deliquerant.* Cf. *Sueton.* in Vit. Ner. c. VII. *Dio Caſſ.* T. II. p. 961. *Triſtan.* T. I. p. 225. — V. 1. Ἀελίου. *clara Sole Rhodos. Lucan.* L. VIII. 248. — V. 3. Priſtino meo ſplendore fere extincto novus me fulgor illuſtravit. σβέννυσθαι ſic paſſim ſenſu translato. *Agathiae* Ep. XXXIX. οὕνεκα τοίην, ἃ μέγα νηλειὴς, ἔσβεσεν ἀγλαίην. *Paul. Silent.* Ep. XXXV. σβέσσαν ἀγλωσσίην. — Pro με νέα Vat. Cod. γενεὰν legit. — V. 5. Hic, Sol, me ex undis protraxit, hic, Nero, me iterum deſidentem ſervavit. *Pindar.* Ol. VII. 127. βλάστε μὲν ἐξ ἁλὸς ὑγρᾶς Νᾶσος· ἔχει δέ μιν ὀξειᾶν ὁ γενέθλιος ἀκτίνων πατήρ. De Rhodo Soli ſacra veterum loca collegit *Fabric.* ad *Dion. Caſſ.* T. I. p. 514.

XX. Anthol. Plan. p. 317. St. 457. W. In Medeam Timomachi. Vertit hoc Epigr. *Auſonius* Ep. CXXIX.

Medeam vellet cum pingere Timomachi mens,
Volventem in natos crudum animo facinus;
Immanem exhauſit rerum in diverſa laborem,
Fingeret affectum matris ut ambiguum.
Ira ſubeſt lacrymis, miſeratio non caret ira.
Alterutrum videat, ut ſit in alterutro.
Cunctantem ſatis eſt. Nam digna eſt ſanguine mater
Natorum; tua non dextera, Timomache.

Multi hanc tabulam deſcripſerunt, Timomachi peritiam et intelligentiam admirati. Cf. *Philipp.* Ep. XLII. In-

cert. CCCI. Medeam, diverſis affectibus distractam, deſcripſit etiam *Calliſtrat.* Stat. XIII. p. 905. quem ex noſtro Epigrammate paſſim emendavimus in Exercitt. crit. T. II. p. 59. ſqq. Ex *Neophronis* Medea illam Colchidis εἰς οἶκτον καὶ μανίας ἔνδειξιν διηγημένης imaginem ductam eſſe, ſuſpicatur *Nic. Loenſis* Miſc. Epiphyll. L. IV. 17. Quaedam huc pertinentia nuper monuit *Boettiger in den Vaſengemälden* T. I. Faſc. II. p. 188. not. — V. 3. ἤθεα διφά. *Alcinoi* Isagog. in Platon. Doctr. c. XXIV. Ὁρᾶται δέ γε ἐπὶ μὲν τῆς Μηδείας ὁ θυμὸς λογισμῷ μαχόμενος, λέγει οὖν·

Καὶ μανθάνω μὲν, οἷα δρᾶν μέλλω κακὰ,
Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

In re diverſa, ſed ſimiliter dubitantem Medeam deſcripſit *Philoſtrat.* Jun. VII. p. 871. — V. 7. αἷμα. Si Medeae furorem decebat liberos obtruncare, non tamen Timomachi intelligentiae conſentaneum erat, nefandum hoc ſcelus repraeſentare. Similem pictoris prudentiam *Lucianus* laudat in tabula Clytaemneſtrae caedem exhibente, T. III. p. 204. σεμνὸν δέ τι ὁ γραφεὺς ἐπενόησε, τὸ μὲν ἀσεβὲς τῆς ἐπιχειρήσεως δείξας μόνον, καὶ ὡς ἤδη πεπραγμένον παραδραμών.

¶. 175.] *XXI.* Cod. Vat. p. 407. Plan. p. 46. St. 67. W. De muſculo, qui auro corroſo periit. Egregie huc facit locus *Plutarchi* T. II. p. 526. B. ubi de avaris agit, qui liberis ſuis divitias congerunt: ὥσπερ τῶν μυῶν τῶν ἐν τοῖς μετάλλοις τὴν χρυσῖτιν ἐσθιόντων, οὐκ ἔστι τοῦ χρυσίου μεταλαβεῖν, εἰ μὴ νεκρῶν γενομένων καὶ διατμηθέντων. *Plin.* H. N. VIII. 82. p. 484. de muribus agens: *Aurariis quidem in metallis ob hoc alvos eorum excidi, ſemperque furtum id deprehendi; tantam eſſe dulcedinem furandi.* Conf. *Beckmann.* ad *Ariſtot.* Mir. Auſc. c. 24. p. 56. ad *Autig. Caryſt.* c. 21. p. 32. — V. 1. »In Plan. ψῆγμα, πυρὸν, et hoc *Brodaeus* pro πυρῖτιν poſitum ait. ἄπυρον e

„Scaligeri cod. notavit Huetius. Scribendum videtur πλπύρου.“ *Br.* In membranis junctim ψηγμαπυρόν. — ὀδόντων. limae morsu. — V. 2. ψαμμάθου. Ed. pr. et Ald. pr. — V. 3. πᾶσα, Venter gravi depressus cibo muris incessum reddidit tardissimum. Hinc factum, ut deprehenderetur. — V. 5. δ' om. Vat. Cod. — V. 6. Aurum, quod inter homines omnium malorum fons et origo est, bestiolam quoque magno mactavit malo.

XXII. Cod. Vat. p. 370. Plan. p. 46. St. 66. W. Item in murem, ab ostrea tanquam in muscipula captum. — V. 1. ἑρπυστής. edd. vett. usque ad Ascens. Vide *Antip. Thess.* Ep. LIII. — λυχνοβόρος etiam ex Ascens. in contextum venit. Vett. edd. et Vat. Cod. λιχνοβόρος. φιλόλιχνον murem vocat *Leonid. Alex.* XXX. — δέμα. Cod. Vat. — V. 3. διερισῶ. Vat. Cod. Idem νώθην. — Conchae carnem *spuriam* vocat, quae revera caro, non est. Sic Atys ap. *Catullum* LXIII. 27. *notha mulier*, et Luna ap. eundem XXXIV. 15. *notho lumine* splendere dicitur. — V. 5. ἀμέσθη. Plan. et Vat. Cod. — ὀστρακόεις δόμος. conchae, quibus inclusum animal. *Oppian.* Hal. II. 192. ὃ δ' οὐ φρονέουσαν ὑμεύξας δήγματι κορδαλέῳ πίννην ἕλον· ἡ δ' ἐδύσατο Ὀστρέα συμπλατάγωσα. ubi vide *Schneiderum.* — V. 6. τύμβον ἐπ. Vat. Cod. Ed. Fl. et Ald. pr. *Stephan.* secutus est lectionem ab *Aldo* e Cod. erutam πότμον. — Duriuscule dictum αὐτόφωνον τύμβον ἐπισπάσατο, pro *ipsa sibi comparavit sepulcrum.* Similiter locutus est *Philostrat.* II. Icon. IX. p. 824. Πινδίκα – Κύρου οὐχ ἡττᾶτο καὶ Ἀβραδάτᾳ ἐβούλετο κοινὸν γῆν ἐπέσεσθαι. quod sollicitandum esse non puto. *Antip. Thess.* Ep. LII. ἣν δὲ μελαίνῃ Φοιτίδι τὴν Ἑλλὰς μοῖραν ἐπισπάσατο.

XXIII. Cod. Vat. p. 360. Anth. Plan. p. 61. St. 88. W. Historia de lepore polypodis cirris irretito. Conf. *Bianor.* Ep. II. p. 154. — V. 1. αἰγιαλοῦ τευάγεσσιν. in brevibus ad litus vadis. — λαθραίην ἐλεεῖν. Vat. Cod.

V. 2. πολυπόδην. Vat. Cod. — V. 3. ἐξύς. Vulgo. — V. 4. βρύγδην. Respondet latinorum *mordicus*, a βρύκειν, *mordere*, βρύγμα, *morsus*. — ἕλικας. πλακτάνοις ap. *Aelian.* H. A. I. 32. — V. 5. θάμνον. *Homer.* Il. XVII. 676. αἰετὸν — ὃν τε καὶ ὑψόθ' ἐόντα πόδας ταχὺς οὐκ ἔλαθε πτώξ θάμνῳ ὑπ' ἀμφικόμῳ κατακείμενος. *Alciphron* L. III. 9. p. 296. λαγωὸν ἔν τινι θάμνῳ διαστρεβήσας. — V. 6. εἰλιδόν. Vulgo. Derivandum vocabulum ab εἰλέω, εἰλήσω.

XXIV. Cod. Vat. p. 363. Plan. p. 75. St. 109. W. Invehitur poëta in hominum audaciam, quae primam *commisit pelago ratem* et *non tangenda transsiluit vada. Horat.* I. Carm. III. 9. sqq. — V. 1. τόλμα. *Oppian.* Hal. I. 355. ἀνὴρ τολμήεις πρώτιστος ἐπεύξατο κῦμα περήσειν. *Statius* III. Sylv. II. 61. *Quis rude et abscissum miseris animantibus aequor Fecit iter? – Audax ingenii.* — ¶. 176.] V. 3. δόλιον ξύλον. Respexit fortasse *Aratum* in Phaen. v. 300. ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον αἴθ' ἑρύκει. passim a veteribus expressum. Vide *Bergler.* ad *Alciphron.* I. 3. p. 17. *Propert.* L. III. El. 5. 59. *Hunc parvo ferri vidit nox improba ligno. Juvenal.* XIII. 17. *I nunc et ventis animam committe, dolato Confisus ligno, digitis a morte remotus Quatuor aut septem, si sit latissima taeda.* — ἐντῖκας. Vat. Cod. — Quantum animis hominum inseviſti lucri ſtudium, quod nonnunquam morte rependitur. — V. 5. *Theocrit.* Eid. XII. 15. ἦ ῥα τότ' ἦσαν χρύσεοι οἱ πάλαι ἄνδρες. — In sequentibus pro εἴ γ' ἀπὸ fortasse legendum εἴτ' ἀπό. Obversabatur *Antiphilo*, ni fallor, locus a *Stobaeo* servatus Tit. LVII. p. 376. ὡς ἡδὺ μὲν θάλατταν ἀπὸ γῆς ὁρᾶν, ὦ μῆτερ, ἔστι μὴ πλέοντα μηδαμοῦ. qui versus relati sunt inter fr. *Callimachi* p. 571. Hinc colorem duxit *Horatius* I. Epist. XI. 8. *tamen illic vivere vellem – Neptunum procul e terra spectare furentem.*

XXV. Cod. Vat. p. 363. In Plan. p. 78. St. 114. W. *Cyllenio* tribuitur, cujus est Epigr. praecedens. In

membranis Vat. recentiori manu adscriptus est versus: ἴτλην· φεῦ πάσαις δλκάσι μοῖρα κλύδων, qui *Cyllenii* est ex Ep. II. Ejusdem argumenti est Ep. *adesp.* CCCCXXXIV.

XXVI. Cod. Vat. p. 363. In navem in ipso litore flammis consumtam. — V. 1. „με τρίψασαν. Sic codd. „omnes et vett. edd. Stephanus primus μύρια μετρήσα„σαν.“ *Br.* Non Stephanus, sed Ascens. sic legit primus. Ducta lectio ex *Leonid. Tar.* Ep. LXII. unde ductum argumentum: δλκάδα πῦρ μ' ἀνέφλεξε, τόσην ἄλα μετρήσασαν. *Secundus* T. III. p. 6. δλκὰς ἀμετρήτου πελάγευς ἀνύσσασα κέλευθον. — V. 4. ἀπιστότερον. Halcyon, pullis in undis pereuntibus, δειλαία ἔγωγε, inquit, ἥτις τὴν γῆν ὡς ἐπίβουλον φυλαττομένη, ἐπὶ ταύτην κατέφυγον, ἥ μοι πολλῷ μᾶγον ἀπιστοτέρα. *Aesop.* Fab. LXXXVI. *Bianor* Ep. IX. 6. — V. 6. Male haec accepit *Brodaeus.* ἐλπὶς, ut Latinorum *spes*, ambiguae significationis vocabulum, hoc loco mala illa significat, quae navis sibi ab undis et tempestatibus timuerat, naufragium scil. Hoc etiam *Huetius* vidit p. 10. ex cujus binis interpretationibus haec sola probari meretur.

XXVII. Cod. Vat. p. 407. Plan. p. 80. St. 116. W. „Lemma in Vat. Cod. εἰς μονόξυλα ἐκ δέρματος κατεσκευασμέ„να ὑπό τινος Σαβίνου στρατηγοῦ. Tiberii aevo notus Pop„paeus Sabinus consularis et triumphalis, Moesiae, Ma„cedoniae et Achaïae praeses, cujus mors a Tacito et „Dione narrata contigit A. V. 788. Sed utrum hic an „alius hîc notetur, dicere non possum. Non repugnat „temporum ratio, si quidem Antiphilus sub Tiberio „vixit.“ *Br.* *Schneiderus* comparavit locum *Dionis Cass.* XLVIII. p. 539. ubi Rufus Salvidienus in bello cum Sexto Pompejo coriaceas naves construendas curavit, (δεμάτινα πλοῖα, κατὰ τοὺς ἐν τῷ ὠκεανῷ πλέοντας — ἔνδοθεν μὲν βάβδοις αὐτὰ κούφαις διαλαμβάνων, ἔξωθεν δὲ δέρμα βοὸς ὠμὸν ἐς ἀσπίδος κυκλοτεροῦς τρόπον περιτείνων) iis tamen non

uſus eſt. Diverſum igitur factum ab eo, quod h. l. narratur. Qua occaſione Sabinus ejusmodi navigiis uſus ſit, plane non conſtat. De coriaceis navibus vide *Fabric.* l. c. *Weſſeling.* ad *Herodot.* L. II. 194. p. 92. *Caſaubon.* ad *Strabon.* L. III. p. 234. C. D. *Salmaſ.* Exercitt. in Plin. p. 174. D. E. — V. 1. ὑλοτόμου. Vat. Cod. — V. 3. Non amplius tabulae aëneis ferreisve clavis compinguntur. — ἁρμονίη τοίχων. laterum compages. — V. 5. Ejusmodi naves modo per undas labuntur, modo in terra plauſtrorum funguntur vice. »πυκτόν. Sic Vat. »Cod. et tres Planud. in quorum uno lectio vulgata »πηκτὸν etiam indicatur, η ſupra υ ſcripto. Corruptus »videtur hic pentameter. Senſus eſſe debet, has rates »navium in mari, et plauſtrorum in terra uſum prae»buiſſe. Subductae enim, ſuppoſitis rotis, plauſtra fie»bant.« *Br.* ἁμαξείτην. Vat. Cod. — κειρομένας. Vat. Cod. et Plan. — V. 8. Παλλάς. quae Argo navem fabricata eſt. *Catull.* LXIV. 8. *Diva quibus, retinens in ſummis urbibus arces, Ipſa levi fecit volitantem flamine currum.*

¶. 177.] *XXVIII.* Cod. Vat. p. 428. ſq. Εἰς νῆσον Τερέβινθον. ἡ Τερέβινθος νησίδιόν ἐστι σύνεγγυς πρὸν κήπου. Sic lemma ſcriptum. Plan. p. 81. St. 119. W. Inſula Terebinthus ſi unquam fuit, (nam de Judaeae Terebintho h. l. non cogitandum) nuspiam occurrit, niſi in hoc uno loco. Varia hariolatur *Brodaeus*, quae h. l. recoquere nihil attinet. — V. 1. ὀλιγαμπ. quae nonniſi paucas vites edo, propter anguſtum ſolum. — V. 2. νήσοις. Vat. Cod. — V. 3. πολύ. Plan. et Vat. Cod. — Vicinae mihi inſulae ſpatioſiores quidem, ſed me longe aſperiores. — τοῦτο. κατὰ τοῦτο μόνον. hoc uno, quod majores ſunt, me ſuperant. — V. 5. αὖλαξ. terra arabilis, foecunda, opponitur infoecundae arenae Libyae. Eleganter *Grotius:*

Fructu, non ſpatio res penditur. Anne Libyſſa,
Nile ferax, glebis certes arena tuis?

XXIX. Cod. Vat. p. 427. Plan. p. 84. St. 124. W. Apum et mellificii laudes. Confer *Diodor. Zon.* Ep. VI. — V. 1. ἄ καλόν. Insolentius hujus carminis initium. Nec tamen propterea probaverim conjecturam *Jos. Scaligeri* ἄεικαλον, quod cum voce βεῦμα non congruit. — ἀν αἰθέρι. *Mellis aërii dona Virgil.* Georg. IV. 1. ubi vide *Interpp. Salmas.* ad Solin. p. 718. *Bod. a Stapel* ad Theophr. L. III. p. 149. — V. 2. »Cod. omnes et »edd. antiquae αἱ πλαστὰι χειρῶν. Primus Stephanus »κηρῶν. Aliam emendationem tentavi ἄπλαστοι χειρῶν. »*manibus hominum non fictae, sed quas sibi ipsae con-*»*struunt apes, cellae.*« *Br.* Sed tum saltem scribendum ἄπλαστοι δὲ χειρῶν. *Scaliger* in not. mſc. χείων conjecit, quod in hoc contextu non satis intelligo. *Huetius* p. 10. ἃ πλαστὰι κηρῶν. Mihi *Bruuckii* emendatio magis probatur. Ceterum Vat. Cod. οἱ non αἱ πλαστὰι exhibet. — θαλάμοι. κηροπαγεῖς θαλάμαι sunt ap. *Apollonid.* Ep. VI. — V. 3. ἀνθρώπῳ. Vat. Cod. — Munus hominibus gratis oblatum, nullo nimirum illis labore et sudore constans. Sic *Leonid. Tar.* Ep. LX. cicada πρωίριος ἀνθρώποισι κελευθήτην ἀοιδός. — μακέλλαις. Vat. Cod. — V. 5. γλαυκοῦ δέ. Vat. Cod. *Salmasius* in not. mſc. suspicatur καυκοῦ, ejusque vocabuli explicationem se olim daturum esse promittit. — V. 6. σκήνος ἀεψυλὲς (in marg. ἀεψαλὲς) ἐξ ὀλόγου. Vat. Cod. Apes dulcem laticem ex parvo corpore destillant. πηγάζει. ἀναβλύζει. *Hesych.* — V. 7. *Illae continuo saltus silvasque peragrant* (περιπαίνονται) *Purpureosque metunt flores, et flumina libant Summa leves* (εὐαγέες). *Virgil.* Georg. IV. 53. — αἰθερίου νέκταρος. Vide *Apollonid.* Ep. VI. — περιπαίνοισθε. Vulgo.

XXX. Cod. Vat. p. 305. Plan. p. 96. St. 142. W. Historia de pastore, qui favos in rupe quaerens, fune, quo tenebatur, rupto perierat. — V. 1. βέρκος. Ald. sec. — ἦρτεν Vat. Cod. a pr. man. — σχοίνῳ. funis ope, quo tenebatur. — V. 3. »In aliis libris legitur: εἵπετο

»οἱ σκυλάκων τις ὃ καὶ βόσιν· ὃς φάγε. ſatis inepto ſenſu. »Lectionem, quam in quodam exemplari reperiſſe ſe »teſtatur Opſopoeus, ſecutus ſum. Neſcio an alibi βοεὶ »pro βουεὶ occurrat, hinc notatum a Maittaire p. 306. »qui ſaepe corruptis librorum lectionibus deceptus »fuit.« *Br.* Sequebatur paſtorem unus e catulis, qui tenuem reſtim, quaſi cibus eſſet, abroſit. βόσιν ὃς Vat. Cod. — V. 4. ἀνελκομένῳ Vat. et Plan. — V. 5. κάπτεσιν. Flor. Ald. pr. tert. et Aſcenſ. quamvis jam Aldus κάπτεσι δ' in Cod. invenerat. — V. 5. ἀτρυγέϊ. Mel, cujus alii propter rupis aſperitatem compotes fieri non potuerant, Borchus vitâ ſibi comparavit. — τρυγᾶν. de mellis vindemia. τὸ τῶν μελίων τρύγημα βλίττειν λέγουσι. *Moeris Atticiſta.*

XXXI. Cod. Vat. p. 402. Plan. p. 104. St. 155. W. Ad torrentem, imbribus auctum et magno cum impetu ruentem. Comparandus *Ovidius* III. Amor. VI. 5. *Parvus eras, memini; nec te transire refugi: Summaque vix talos contigit unda meos. Nunc ruis appoſito nivibus de monte ſolutis, Et turpi craſſas gurgite volvis aquas. — At tibi pro meritis, opto, non candide torrens, Sint rapidi ſoles ſiccaque ſemper hiems.* — V. 1. λαβροπόδῃ. qui incitato curſu fertur. Male *Brodaeus* λαβροπότῃ conjecit. — ¶. 178.] V. 3. ὄμβροισι. Vat. Cod. Et haec ſtructura bene ſe habet; ſed ὄμβροιο praefero ab ſonum ſuaviorem. — V. 4. ϑολερᾶϊς δ' ἤρανιε' ἐν νεφέλαις. Vulgo et in Vat. Cod. *Huetius* p. 13. ἠρανίσαι. *Joſeph. Scaliger* in not. mſc. ἤ ῥανὶς corrigit, ſenſu parum expedito. Facilis eſt *Brunckii* lectio, undecunque manaverit: τὸ νᾶμα ὅ, τι φέρεις ϑολερὰ νεφέλαι ἠράνισαν σοί. — V. 5. *Flumine perpetuo torrens ſolet acrius ire. Sed tamen haec brevis eſt, illa perennis aqua. Ovid.* Remed. Amor. 651.

XXXII. Cod. Vat. p. 368. Planud. p. 51. St. 73. W. De Euripo, fluctus mirum in modum reciprocante. —

V. 3. Junge ὅσον χεῦμα πέμπεις δανειζόμενον, i. e. δανείζῃ ναυσὶ; τεταγμένον, i. e. τεταγμένως, ἐς τρὶς ἡμέρῃ καὶ τεσσάκις νυκτί. Statis temporibus, ter die, ter noctu, undas Euripum ait reciprocare. *Suidas* v. Εὔριπος. ἑπτάκις δὲ τῆς ἡμέρας τὸ ὑγρὸν τρέπεται. *Plinius* L. II. 100. p. 118. *Et quorundam tamen privata natura eſt, velut Tauromenitani Euripi ſaepius, et in Euboea ſeptiès die ac nocte reciprocantis.* ubi vide *Harduin.* et *Caſaub.* ad *Strabon.* L. I. p. 95. D. — V. 5. μαντεύω. Vat. Cod. — Non inquiro in cauſas et originem hujus miraculi. Naturae haec arcana ſunt, quae retegere nefas. ἄῤῥητος φύσις ſic crebro ap. *Aelianum* de Hiſt. Anim. — Reſpexit *Antiphilus*, ni fallor, ad notam illam de Ariſtotele fabulam, quem, cum illius reciprocationis cauſas indagare fruſtra conatus eſſet, prae pudore mortuum eſſe narrant. Vide *Brucker.* Hiſtor. Phil. T. I. p. 792. *Fabric.* Bibl. Gr. T. III. p. 205. ed. Harl.

XXXIII. Cod. Vat. p. 406. Plan. p. 5. St. 9. W. Argumentum diſerte indicat lemma. — V. 2. μόνον. Vat. Cod. — Notanda elegans translatio in verbis βέβηλος ἡελίου. Solent enim ii, qui nulla alicujus rei cognitione imbuti ſunt, ἀμύητοι αὐτῆς dici; ut ἀμύητος κώμων ap. *Philodem.* Ep. XIX. Diana γάμων ἀμύητος *Oppian.* Hal. I. 34. Jam qui ad ejusmodi rei notitiam adducuntur, μυσταγωγοῦνται, μυοῦνται. De Proteſilao, qui Trojanos primus Graecae virtutis notitia imbuerat, *Philipp.* Ep. LXXV. σὺ — ἐμύησας Ἴλιον Ἑλλαδικοῦ θυμὸν ἰδεῖν δόρατος. — Recte igitur, qui nondum diem viderat, βέβηλος ſive ἀμύητος ἡελίου dicitur. — V. 3. οἶδα. Illa initiationis nocte tenebras ſimul ab animo et ab oculis diſcuſſi. — Uſum verbi οἶδα cum participio multis exemplis allatis illuſtravit *Abreſch.* in Lect. Ariſtaen. L. I. p. 18. ſq. — V. 6. ὄμματι τρανοτέρῳ. Vulgo, ὄμμασι τρανότερον. Vat. Cod. Hoc verum eſſe puto.

XXXIV. Cod. Vat. p. 392. Plan. p. 61. St. 89. W. In belluam marinam, delphinum puto, quae, poſtquam naufragi cadaver in terram portaverat, ibi exſpiravit. — V. 1. Pone comma poſt θήρ. Haec enim ſibi opponuntur ſic: Hominem beſtia, terreſtrem animal marinum, ſpirans vivensque defunctum. — λοφιῆς ὕπερθε. in tergum ſublatum. λοφιήν. νῶτον. τένοντα. αὐχένα. *Heſych.* *Homer.* Od. τ. 446. φρίξας εὖ λοφιήν, πῦρ δ' ὀφθαλμοῖσι δεδορκώς. — V. 3. ἐκόμισα. Vett. edd. quaedam et Vat. Cod. Vide *Clark.* ad Il. β. 183. — ἐς γῆν. Vat. Cod.

¶. 179.] *XXXV.* Cod. Vat. p. 307. Plan. p. 223. St. 324. W. Hiſtoria de veſpillone quodam, qui cum feretro, quod geſtabat, lapſus animam reddidit. — V. 2. ἔνδον ὄφρα. Vat. Cod. — V. 4. πρόφασις. Vat. Cod. male. — Philonis ſenectus, in Orcum prona, nonniſi praetextum quaerebat mortis, i. e. impulſum aliquem, qui pronum everteret. πρόφασις in talibus cauſam ſignificat. Cf. Ep. ἀδέσπ. CCCCLXI. *Antip. Theſſ.* CIX. ἦν ἄρα μέσῃ γήρως καὶ θανάτου λειπομένη πρόφασις. — V. 5. τὸν δ' ἄλλοις. Vat. Cod. Bene. — νεκυοστόλον. Nove h. l. feretrum, cui imponuntur cadavera, νεκυοστόλον vocatur, quaſi mortuos ad inferos transmittens, trajiciens. Plerumque de Charonte uſurpatur. Hinc *Joſ. Scaliger* νεκυοστόλος corrigit in not. mſc. ipſum Philonem, libitinarium, ſignificari autumans. Non male. — αὐτὸς ἐπ' αὐτῷ. Vat. Cod. — ἀσκάντην. σκίμποδα. δίφρου εἶδος. ἢ τὸν κράβατον. *Schol. Ariſtoph.* Nub. 633. Cf. *Suid.* in ἄσκαντον. *Pollux* L. X. 35. *Euſtath.* ad Od. ψ. p. 810. 19.

XXXVI. Cod. Vat. p. 266. Edidit *Leichius* in Sepulcr. 11. p. 3. Anth. *Reisk.* nr. 606. p. 89. Expreſſum hoc carmen ex *Bianor.* Ep. XVIII. ubi vide not. — V. 2. ἐπ' ἀλλ. apogr. Guy. et Ruhnk. unde hanc lectionem habet *Leich.*, qui hoc diſtichon male diſtinctum dedit. Emendavit *van Eldik* in Suſpic. p. 17. comparato

Cypriano de Idol. Van. c. IV. *Sic Thebanorum germanitas rupta et permanens rogis diſſidentibus etiam in morte discordia.* — V. 5. δαιόμενα. ex uno buſto flamma ſurgens diſſilit *discors in duos apices.* Sic verba εἰς δισσὰν ὄψιν explicanda videntur. Apte comparavit *Leichius Ovidium* in Triſt. L. V. 5. 33. *Ipſa ſibi discors, tanquam mandetur ab illis, Scinditur in partes atra favilla duas. Statius* XII. Theb. 431. *Exundant diviſo vertice flammae, Alternosque apices abrupta luce coruſcant.*

XXXVII. Cod. Vat. p. 227. Plan. p. 236. St. 343. W. In Proteſilaum, in cujus tumulo ulmi, Trojam verſus ſpectantes, exareſcebant. Rem narrat *Plin.* L. XVI. 88. T. II. p. 40. *Sunt hodie ex adverſo Ilienſium urbis, juxta Helleſpontum, in Proteſilai ſepulcro, arbores, quae omnibus annis, cum in tantum accrevere, ut Ilium adſpiciant, inareſcunt, rurſusque adoleſcunt.* quem locum tractavit *Salmaſ.* in Exerc. Plin. p. 610. F. G. *Quintus Smyrn.* L. VII. 407. Πρωτεσιλάου Σῆμα πέλει πτελέῃσι κατάσκιον αἰπεινῇσι. Αἱ δ' ὁπότ' ἀθρήσωσιν ἀνερχόμενον δαπέδοιο Ἠέλιον, αὐτίκα τῇσι θοῶς αὐαίνεται ἄνεμος. Cf. *Philoſtrat.* Heroic. c. II. p. 672. et *Philippi* Ep. LXXV. Τάφον καὶ τέμενος Proteſilai fuiſſe prope Eleunta, ſatis conſtat ex iis, quae narrat *Herodotus* L. IX. 116. p. 744. ad quem locum reſpexit *Pauſan.* L. III. 4. p. 213. — V. 2. Conf. *Homer.* Il. β. 695. et quae notavimus ad *Tzetzae* Antehom. v. 222. p. 32. — V. 3. „In Planud. excuſis male „legitur σῶμα. Praeter Vat. Cod. σᾶμα habet etiam optimus Planudeae reg. liber. Hoc autem ex Homero ad„umbratum Il. ξ. 419. τοῦ δ' ἐπὶ σῆμ' ἔχεε· περὶ δὲ πτελέας „ἐφύτευσαν Νύμφαι Ὀρεστιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο." *Br.* σᾶμα corrigendum eſſe, ſponte viderat *Huetius* p. 23. ἀμφικομεῦσι. ornant, inſtruunt. κομεῖν. ἐπιμελείας ἀξιοῦν. ἐπιμελεῖσθαι. διεφθείρειν. *Heſych.* — V. 4. ἀπ' ἐχθομένης. Vat. Cod. — V. 5. „In Planudea inepte legitur δένδρεα „δυσμίμητα. Non melius Suidas [in δυσμίσητος T. I. p. 636.]

„δυςμίσητα. quod quam bene hîc conveniat, ex hujus „vocis expoſitione judicari poteſt: δυςμίσητος. ὁ πάνυ „ἐκτεχθόμενος. Alieno loco exemplum hoc protulit, quod „ad δύσμηνις pertinebat, βαρύθυμος, ὀργίλος, μνησίκακος. „Forte turbati ſunt Suidae codd. Vera lectio eſt δυςμή„νιτα, quam transpoſitis vocalibus habet Vat. Cod. δυς„μίνητα, quae vox eſt nihili et forte ad pravam emen„dationem Planudem ſeduxit. Vir doctus in margine „Flor. emendaverat δυςμείλικτα.“ *Br.* Legendum eſſe δυςμήνιτα, *Erodaeus* praeclare vidit, eamque emendationem probavit *Stephanus*, cui ipſi δυςμείλικτα in mentem venerat. Illud etiam conjecit *Anonymus* Bibl. Bodl. et *Salmaſius* in not. mſtis. — V. 6. αὐαλέην. Vat. Cod. a pr. m. — αὐαλέαν φυλλοχοοῦσι. *Suid.* — V. 7. 8. laudat hoc diſtichon *Suid.* T. I. p. 86. v. ἀκμήν. ἀντὶ τοῦ ἔτι. Ibi pro τότ' habetur πότ'. — οὔ μέρος. Vat. Cod.

XXXVIII. Cod. Vat. p. 405. Plan. p. 42. St. 61. W. Leonidae manes veſtem purpuream, qua Xerxes ejus cadaver tegendum curaverat, aſpernari finguntur. Idem argumentum tractavit *Philipp.* Ep. LX. Ceterum longe diverſo in Leonidam animo fuit Xerxes, ſi fides *Herodoto* L. VII. c. 238. p. 616. — V. 1. Λεωνίδη. Vat. Cod. et Sched. Krohn. — V. 2. θαμβήσας emendavit *Scaliger* in not. mſc. Non male. Nec tamen vulgata ſpernenda. Nam ταφεῖν idem eſt, quod αἰδεῖσθαι, τιμᾶν, ut ex *Sophocle* obſervavit *Suidas* T. III. p. 431. — ¶. 180.] V. 3. ἔσχοι. Vat. Cod. recte. Cogitandum de more Spartanorum mortuos in ſcuto domum ferendi. *Philippus* de ſcuto tumulo imponendo accepit: ἀσπὶς μοι τύμβον κόσμος μέγας. Vide *Potter.* in Arch. L. III. 12. p. 497. ap. *Gronov.* — Sponte apparet, *Leonidae* verba eſſe: ſed ponendum eſt β. in verſus initio. — V. 4. ὁ πλοῦτος. Abstractum, quod vocant, pro concreto; *divitiae* pro *veſte divite*. — ἐνδύσιον. Proprie quaevis ornamenta, quibus cadaver inſtructum in atrio collocatur; inprimis autem veſtes pre-

tioſae, quibus mortui induebantur. Vide *Cuper.* Obſſ. II. 9. *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. I. 16. 2. *Dorvill* ad *Charit.* p. 421. — V. 6. ἐλευθερίης. Vat. Cod. et Sched. Krohn.

XXXIX. Cod. Vat. p. 450. Plan. p. 55. St. 79. W. In fontem, qui poſt Agricolae cujusdam mortem exaruerat. Hoc carmen in Plan. l. c. Ἀντιφίλου inſcribitur; ſed p. 89. St. Ἀντιπάτρου. vitioſe. Omnes enim edd. ante *Stephanum* et Cod. ap. *Bandin.* in Catal. Bibl. Med. p. 100. Ἀντιφίλου etiam in hoc altero loco exhibent. — V. 2. ἀενάου corr. Aldus in Lectt. Ed. pr. quod nonniſi Ald. tertia recepit. — ἠελίου. Omnes vett. loco pr. et Vat. Cod. — V. 3. „Vat. Cod. ἀγρικόλαι τετρύμμεθα. In „duobus Planud. τετύμμεθα. In optimo bis legitur. Hic „absque lectionis discrimine; tum Cap. εἰς πηγάς. ubi „ἀγρικόλα τετύμμεθα; [ſic Ed. Flor. Ald. pr. tert. loco „altero.] in ultima nominis ἀγρικόλα ſuperſcripto ι, ut „ſit ἀγρικόλαι. Genuinam reſtitui lectionem: *exhauſtae „ſumus lacrymis, quas Agricolae luctu effudimus.*" *Br. Salmaſius* in not. mſtis δάκρυσ' ἐπ' Ἀγρικόλᾳ τετρύμμεθα corrigit. — Quaedam edd. legunt τετρίμμεθα. Vetus Cod. quidam, teſte *Stephano*, τετήγμεθα. — Omnem laticem, quo olim abundabam, bibuli illius cineres imbiberunt. — Nihil hoc carmine frigidius.

XL. Cod. Vat. p. 261. Edidit *Leich.* in Sepulcr. p. 24. Anth. *Reisk.* nr. 596. p. 84. — V. 2. ὀρθὰ τινασσομένων. Haec paulo obſcurius ſunt dicta. Interpretatio *Reiskii* vix congruit cum verbis ἐμὸς ἀπτὼς ἦν θάλαμος. Thalamus, in quo gravida illa mulier habitabat, plane non concidit, parietibus concuſſis quidem, ſed ὀρθῶς, impetu terrae eos non ex transverſo quaſſante, ſed motu ab imo fundo ad ſuperiora rectâ tendente lineâ. Quo factum, ut parietes, licet concuſſi, ruinam tamen non paterentur. — V. 3. αἷς *Leich.* ut eſt in apogr. Guy. et Ruhnk.

Ruhnk. ὑπὸ φωλεύουσιν. Vat. Cod. Utrumque emendavit *Reisk.* — V. 4. σεισμῷ. novus timor ad illum priorem acceſſit. Non metri ſolum cauſa, quod *R.* exiſtimabat, ἔμιξα a poëta poſitum eſt pro ἔμιξαν, ſed quia illud exquiſitius et poëticae orationi accommodatius eſt. — V. 5. φύσις. ſine obſtetricis ope. ἀμφότεροι. mater cum infante recens nato. Similis caſus contigit in Antiochiae ruina, de qua *Dio Caſſ.* L. LXVIII. p. 1140. καταστάντος δέ ποτε τοῦ κακοῦ, θαρσήσας τις ἐπιβῆναι τῶν πεπτωκότων, γυναικὸς ζώσης ἤσθετο. αὕτη δὲ ἦν οὐ μόνη, ἀλλὰ καὶ βρέφος εἶχε, καὶ τρέφουσα τῷ γάλακτι καὶ ἑαυτὴν καὶ τὸ παιδίον, ἀντήρκεσεν. ἐκείνην τε ἀναρύξαντες ἀνεσώσαντο μετὰ τοῦ τέκνου — —. Alia his ſimilia recentiori aevo animadverſa ſunt in illo terrae motu, quo magna pars Calabriae vaſtata eſt, et alia alibi.

XLI. Cod. Vat. p. 395. ſq. Plan. p. 75. St. 109. W. In ſenem portitorem, qui, cum in cymba ſua mortuus eſſet, ſimul cum ea concrematus eſt. — V. 1. „νησαίοιο. „Veram hanc lectionem dedit Vat. Cod. Planudea cor„rupta νεσσαίοις, quod Anthologiae interpretibus nomen „eſt proprium: *Glaucus Neſſuei filius.* νησαῖος, πορθμὸς, „fretum quod inſulam inter et continentem fluit.“ *Br.* qui ſequitur ſententiam *Salmaſii* in not. mſtis. — Senex noſter Θασίων αἰγιαλῶν ἔντροφος dicitur. Jam inſula Thaſus poſita eſt ad oſtium fluminis, quod Thraciam rigat, Νέσσου ſive Νέστου, utroque enim modo ſcribitur. Vide *Harduin.* ad *Plin.* T. I. p. 235. LIV. Quae ap. *Herodotum* L. VII. p. 554. 27. et 560. 22. de *Neſto* narrantur, eadem de *Neſſo* tradit *Ariſtotel.* in Hiſt. An. VIII. 28. p. 254. Cf. *Weſſeling.* ad utrumque *Herodoti* locum, et ad *Diodor. Sic.* T. II. p. 642. 2. *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 112. A. B. Noli itaque dubitare, quin legendum ſit:

Γλαῦκος ὁ Νεσσαίοιο διαπλώουσιν ὁδηγὸς
πορθμοῦ.

Intelligitur enim *fretum Neſſaeum* inter Thaſum et Thraciam. Hoc non fugere potuit doctiſſimum Anthologiae interpretem, *H. Grotium*, qui vertit:

Per Neſſaea diu ductor freta Glaucus euntum.

— V. 3. πόντου ἀροτρευτήρ. *Aequor arare* multi latinorum poëtarum dixerunt. — Mox *Stephanus* primus legit οὔποτ' ἔκνωσσε, quum omnes ante eum edd. cum Vat. Cod. ἠὲ ὅτ' exhibuerint. Neutra lectio probanda. Non credibile eſt, Glaucum per longam aetatem nunquam dormiviſſe; qui ſenſus ex *Stephani* lectione emergit; multo minus poëta ſic laudare potuit nautam peritiſſimum, ut diceret, eum, cum obdormiviſſet, gubernaculum erranti manu rexiſſe. Quare procul dubio ſcribendum:

οὐδ', ὅτ' ἔκνωσσε,
πλαζομένῃ στρωφῶν πηδάλιον παλάμῃ.

Haec eſt laus inſignis et huic loco accommodata. Glaucus, vel per ſomnum, gubernaculum certa dirigebat manu. Sic emendandum eſſe dixeram in *Emend. in Epigr. gr.* p. 34. Poſtea, acceptis *Schneideri* ſchedis, doctiſſimum hunc virum non aliter h. l. emendaſſe intellexi; nec *Grotius* aliter legit, quod ex ejus verſione apparet:

Doctus arator aquae, nec habet dum lumina ſomnus,
Flexit aberranti frena marina manu.

— V. 5. αἰλίσιο. Vat. Cod. — ῥίεν ῥάκος. detritum puta et tantum non conſumtum marinis laboribus. *Lucian.* Tim. 32. T. I. p. 102. Bip. μαλθακὸν, καὶ ἀγεννῆ, καὶ ἀνόητον ἀποφήνας, ἀποδὺς πάλιν ἐμοὶ ῥάκος ἤδη γεγενημένον. quae egregie illuſtravit, noſtro loco non omiſſo, *T. H.* p. 398. ſq. Vide ad *Crinagor.* Ep. XXXVI. — οὐδ' ἄρ' ἔμελλε. Vitioſe Vat. Cod. — V. 7. „ἔκλεισαν. Sic Planud. „libri excuſi. At manu exarati ἔκλυσαν aut ἔκλυσσαν. „Horum prius eſt in Vat. Cod. Si per metrum liceret,

„ἕλκυσσαν verum esse crederem. Major forte corruptela „locum hunc subiit. An scribendum ἕκελσαν?“ *Br.* ἕκλυσσαν habetur in Ald. sec. Vat. Codicis lectio ἕκλυσαν ad veram lectionem ducit. Scribe:

τοὶ δὲ κέλυφος ἕκαυσαν ἐπ' ἀνέρι — —

cymbam simul cum viro combusserunt, ut suo ipsius navigio inferorum flumina trajiceret. Jam confer *Addaeum* Ep. V. — τὸν ἀμείλιχον ἵκτο πρὸς ᾅδην Αὐτερέτης, ἰδίῃ νηὶ κομισσάμενος· Ἦν γὰρ ἔχε ζωῆς παραμύθιον, ἔσχεν ὁ πρέσβυς Καὶ φθίμενος πύματον πυρκαϊῆς ὄφελος. *Hetrusc. Messen.* T. II. p. 307. item piscatorem cum cymba concrematum esse narrans, addit:

ὄλβιος ὁ γριπεὺς ἰδίῃ καὶ πόντον ἐκέκλει
νηΐ, καὶ ἐξ ἰδίης ἔθραμεν εἰς ἀίδην.

Notandum vocabulum κέλυφος de cymba. Vide *Valcken.* ad *Ammon.* p 125. *Crinagor.* Ep. XXXV. ibique not. — Pro τόφρ' ὁ γερ. Vat. Cod. legit: τόφρα γερ.

¶. 181.] *XLII.* Cod. Vat. p. 307. cujus auctoritate *Antiphilo* tribuitur carmen, quod in Plan. p. 80. St. 117. W. Μαικίου inscribitur. Conf. Epigr. *Hetrusci* supra laudatum. *Julian. Aegypt.* XLVI. *Addae.* Ep. V. — V. 2. σύνοδον, συνέμποριον, *comitem sociamque itineris. Hesych.* σύνοδος. συνοδοιπόρος. — V. 3. ἐκεῖνος. Vat. Cod. — V. 4. πονευμένη. Vat. Cod. et Ald. sec. πονησαμένη. Ed. pr. Ald. pr. et tert. πονεύμενον correxit Aldus in Lect. idque recepit Ascens. et Steph. — V. 6. ἐκτέρισεν. Vulgo et in Vat. Cod. — „In Vat. Cod. συνέπλω δ' „ἄχρις ἀίδεω. Unde scribendum ἄχρις ἐς ἀίδεω. quod Pla„nudea lectione longe elegantius. Sic in Theocriti „Eid. I. 130. e Flor. ed. Valkenarius ἦ γὰρ ἐγὼν ὑπ' „ἔρωτος ἐς ἄϊδος ἔλκομαι ἤδη. ubi minus bene ceterae edd. „ἐς ᾅδαν.“ *Br.* ἄχρις ἐς ἀίδεω emendavit etiam *Salmasius* in not. mstis. Planud. habet: ἄχρι καὶ εἰς ἀίδαν.

XLIII. Cod. Vat. p. 306. Plan. p. 251. St. 364. W. Nauta quidam, qui, cum poſt longam peregrinationem, in patriae conſpectu, poſtridie ſe in terram eſcenſurum eſſe dixiſſet, ſubito coorta tempeſtate naufragio perierat, ſuo exemplo docet, quantum Nemeſis valeat. — Vehementer a vero ſenſu aberravit *Opſopoeus.* — V. 2. δυσπλοίην Vat. Cod. — Cras tandem moleſta illa navigatio finem habebit. — V. 3. ἶσος Ἀΐδι. ventis vehementer turbatus et exitium nobis afferens. *Macedon.* Ep. XXIII. de nave, Neptuno dedicata, ἧς ἔπι δειλὸς πολλάκις εἰσάμην εἰσελάαν Ἀΐδην. — V. 4. κατέτρυχε. Vat. Cod. recte. — κοῦφον ἔπος. illud verbum fiduciae plenum. Vide ad *Philodem.* Ep. XXIV. 5. — V. 5. τὸν λόγον τὸν αὔριον. verba, quibus aliquid in craſtinum diem deſtinatur et deſignatur.

Ex Lectt. p. 172.] *XLIV.* Cod. Vat. p. 449. Edidit *Jenſius* nr. 68. Anthol. *Reisk.* nr. 718. p. 141. *Brunckius* hoc et ſequens Epigr. ſic exhibuit, ut in apogr. Buheriano leguntur, cum omnibus lectionis vitiis, ut inde doctiores verae lectionis indicia peterent. — In priore hoc Epigr. navigantium oblectamenta recenſentur. — V. 1. ὑπὲρ αὐτὴν Vat. Cod. et *R.* — Vel in puppi mihi nonnunquam cubile obtingat, ubi pluviae guttas in rhenonibus ſonantes exaudiam. — πρύμνῃ. Intellige navis tabulatum ſive cataſtroma, quod eſt in puppi. Ibi enim navigantium vulgus cubare ſolebat. Vide *Caſaubon.* ad *Theophr.* Char. XXII. p. 216. ſq. Delicatiores ſub tabulato cubilia habebant. — Pro τύμματα cum *R.* legendum τύμματι. Quis hîc non meminerit loci ap. *Ciceron.* II. ad Attic. 7. *Cupio iſtorum naufragia ex terra intueri; cupio, ut ais tuus amicus Sophocles,* καὶ ὑπὸ στέγῃ Πυκνὰς ἀκούειν ψεκάδος εὐδούσῃ φρενί. quem locum *Heynius* comparavit ad *Tibull.* I. El. I. 48. — διφθερίδες pelles ſunt navibus obductae, quas ſegeſtra appellabant Romani. Vide *T. H.* ad *Polluc.* X. 134.

p. 1305. — V. 3. μυλάκων. Non ſollicitanda haec lectio. μύλακες h. l. non ſunt lapides, ex quibus ignis elicitur; huic enim rei quis, quaeſo, molarem adhibuerit lapidem? ſed potius ſaxa in focum exſtructa αὐτοσχεδιαστικὸν, quales ſtruuntur, ubi ſubito ignis ad cibos parandos alendus eſt. Inter illa ſaxa cum paſſim interſtitia relinquantur, hìc illic flamma prorumpit; hoc eſt πῦρ βεβιημένον ἐκ μυλάκων. Quidquid enim, difficultates et impedimenta ut ſuperet, luctatur et laborat, βιάζεσθαι dicitur. Vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 114. ſq. Hanc interpretationem noſtram firmant ſequentia. Cave igitur cum *R.* μιλάκων ſive μαλαχῶν corrigas, qui ſarmenta interpretatur hederae ſive malvae, igni alendo inepta; quippe in quibus ignis ſcintillet tantum et fumet; quare poëta πῦρ βεβιημένον dixerit. — V. 5. καί κε ὀπτοντα ἰδίδοιμι διήκονον ἤδη τ. Sic Vat. Cod. In margine ſcriptum ἴδοιμι διήκονον ἤδη τράπεζαν. In calce paginae legitur ſic: καί κε βόπτοντα εἰδοιμι διήκονον ἤδη τρ. *Jenſius* καὶ κρόπτοντα et ἠδὲ edidit. *Reiskio* in mentem venit κἠφυγγῶντ' ἐκίδοιμι ſive κἠρέπτοντ' ἐκίδοιμι. Neutrum feliciter. Si vera eſſet gloſſa *Heſychii: κρόπτει, σκώπτει*, dixeris, *Antiphilum* ſcripſiſſe: καὶ κρόπτοντ' ἀίσιμι διήκονον, *procacem et dicacem vernam. Horat.* II. Serm. VI. 65.

O noctes coenaeque Deûm, quibus ipſe meique
Ante Larem proprium veſcor, vernasque procaces
Paſco libatis dapibus.

Sed illam ap. *Heſychium* gloſſam depravatam eſſe literarum ordo arguit, ſecundum quem κροόπτει legendum eſt; quod vocabulum nullam auctoritatem habet. Cogitabam etiam de καὶ βίγχοντ' εἴδιμι — *ſtertentem in puppi miniſtrum*, ut Mercurium ap. *Lucian.* Contempl. §. 1. T. III. p. 30. ed. Bip. ἀλλὰ σὺ μὲν βέγκεις ἐπὶ τοῦ κατάστρωματος ἑκατὸν δὲ, ὅμοιος οὕτω κατηρεφὴς ἔχων. — Mox Vat. Cod. ἔστωμοι. *Reisk.* dedit: ἡ δὲ τράπεζα ἔστω μοι ἡ πρώτη

v. ὦ. σ. menſa ſit mihi primus quisque in navis tabulato aſſer. Brunckius: ἡδὲ τράπεζα Ἔστω μοι πυκτὴ ν. . . In πρώτη aliud quid latere ſuſpicor. Caeterum huc facit *Perſius* Sat. V. 146. *Tun' mare tranſilias? tibi ſorta cannabe fulto Coena ſit in traſtro?* — V. 7. ψιθύρισμα τὸ ναυτικόν, dulcis garrulitas nautarum. ψίθυροι vocabantur procaces illi et arguti pueri, quibus Romani juxta ac matronae tantopere delectabantur. *Dio Caſſ.* T. I. p. 560. 62. παιδίον τι τῶν ψιθύρων, οἷα αἱ γυναῖκες γυμνὰ ἀεὶ πλήθει ἀθύρουσαι τρέφουσι. Vide *Reimar.* T. II. p. 1114. 74. — ὄδε, λάβε. Eſt ludi genus, ad quod etiam *Strato* reſpexit Ep. XLVI. ὄδε, λάβε παίζει Σωσιάδας ὁ καλὸς καὶ Διοκλῆς ὁ καλός. Quum ibi ad ſenſum nequam traducta ſint verba, *Br.* hic quoque aliquid nequitiae ſubeſſe ratus, τὸ παιδικὸν corrigit pro ναυτικόν. Sed ſic nihil eſt, quod a conjectura ſatis tutum ſit. — Pro εἰ καὶ (εἴ κε *Jenſ.*) *R.* optime ſcripſit: εἶχε τ. — τὸν φιλόκοινον, qui non exquiſitas voluptates quaero, ſed vulgaria capto.

Ex Lect. p. 173.] *XLV.* Cod. Vat. p. 450. Edidit hoc carmen *Jenſius* nr. 69. Anthol. *Reisk.* nr. 719. p. 142. Corruptelae, quibus ſcatet, et hiſtoriae, ad quam reſpicitur, ignorantia argumentum obſcurum reddunt. Cauſam *Antiphilus* enarrat, cur ardea, ſancta apud alias gentes avis, apud Colchos, (ſi vera eſt lectio) graviſſimo odio habeatur. Vide *Schneiderum* ad *Eutecnium* de Aucupio L. II. 4. p. 431. Hujus enim avis indicio factum eſt, ut hoſtes maris vadum animadverterent, per quod in urbem penetraverunt. — V. 1. „In Κυκλάδων „latet gentile nomen urbis cujusdam ab hoſtibus captae, „quibus vadum in ſtagno indicaverunt ardeae media in „illuvie ſtantes. Nomen hoc in genitivo plurali eſſe „debet, nam ſubſtantivum eſt ἔχθρα, unde pendet: „quod ideo moneo, ne quis Reiskii conjecturam pluris „faciat, quam aequum eſt. Leves mendas cuique tol„lere facile eſt, at graviores non elui poſſe videntur,

»niſi melioris cod. ope.« *Br.* Cod. Vat. non Κυκλάδων habet, ſed Κολχάδων. unde *R.* fecit Κόλχος τὸν δύστηνον ἐ. *Vir Colchus infelicem in erodium ad inimici inſtar ſaevit.* Colchorum nomen in hoc verſu obliteratum eſſe, probabile fit ex verſ. 8. ubi Cod. lectio eſt κόλχους καὶ βρίων. Fortaſſe legendum:

Κόλχων δύστηνον τὶς ἐρωδιὸν ἔχθρα κολάζει,
τεῦ τε χάριν προδότης ὄρνις ἀεὶ λέγεται,
Φοῖβος ἐρεῖ — —

Phoebus indicabit, quae inimicitiae Colchorum ardeam perſequantur, et cujus rei cauſa haec avis proditoris nomine appelletur. — V. 2. τοῦ χ. *Jenſ.* Hunc verſ. *R.* interrogative accepit; minus recte. — V. 3. ἄλα, non ἀλλὰ, in Cod. habetur. *Jenſius* et *R.* dederunt: Φοῖβος ἐρεῖ· ἐνα γειτον ὅτ' εἰς ἄλα κ. ἐ. στήσας (ſic Vat. Cod. non στήσας). Lacunam poſt ἐρεῖ eſſe putavit *R.* Sed divinitus hunc locum reſtituit *Rubnkenius* in Epiſt. crit. I. p. 121. ſic:

Φοῖβος ἐρεῖ· τεναγῖτιν ὅτ' εἰς ἅλα κῶλον ἐλαφρὸν
στήσας ψαμμίτην δόρπον ἐθημολόγει.

comparans *Apollon. Rhod.* L. IV. 1264. ἐπεὶ τεναγώδεα λεύσσω τῆλε περιπκοπέων ἅλα πάντοθεν. Adde Ep. Noſtri XXIII. αἰγιαλοῦ τενάγεσσιν ὑποπλώοντα — πουλυπόδην. Verbum ἐθημολόγει *Reiskius* derivavit a θημών, *cumulus, acervus.* Vertit enim: *ex acervo arenae ſuum ſibi cibum colligeret.* Malim ab ἔθημος derivare, unde ἐθημοσύνη, *conſuetudo.* Eſſet igitur ἐθημολογεῖν, *pro more ſuo colligere.* Notandum verbum. *Bernardus* in Epiſt. ad Reisk. p. 507. ſuſpicatur: ἐθυννολόγει. — V. 6. πυξοβατεῖ. Cod. Vat. Optime *Reiskius* πεζοβατεῖν. *Tandem intelligebant hoſtes urbem oppugnantes, ubi pedibus mare transiri poſſet.* *Parmenio* Ep. IX. Perſarum exercitum ναύτην ἠπείρου, πεζοπόρον πελάγους appellat. *Meleag.* Ep. LXXX. οὐ νεύσας, ποσεὶ δὲ πεζοπόρος. — V. 8. κόλχους καὶ βρίων. Poſte-

riorem hanc vocem metrum reſpuit. *Jenſius* ἐκδηῶν et βρίον legit. Prius verum. Quid in altero lateat, haud facile dictu ſit. At in praecedente verſu legerim:

ἐπεὶ βαρὺ ῥέρατο μῖσος,
ἐκδηῶν Κόλχους – – – – –

Ferite malam hanc avem, quia tam grave ſibi conflavit odium Colchorum urbe vaſtata.

Antiphilo in Cod. Vat. tribuitur Ep. ἀδέσπ. CCCCL.

JULII DIOCLIS CARYSTII EPIGRAMMATA.

¶. 182.] *I.* Cod. Vat. p. 574. Edidit *Klotz* ad *Tyrtaeum* p. 100. Alterum diſtichon *Warton* ad Theocrit. T. II. p. 264. Puero pulcritudine ſua elato poëta ſuperbiae vindictam auguratur. — V. 1. προεῖπε. apogr. Lipſ. et in marg. apogr. *Ruhnkeniani.* — V. 2. οὐδέ. ut *Philodem.* Ep. IV. ὦ σοβαρή, ὑγίαιν᾽· οὐδ᾽ ὑγίαινε λέγεις. — V. 4. ἄρχῃ. Vat. Cod. et *Wart.* ἄρξει eſt in apogr. Lipſ. ἄρξῃ in marg. apogr. *Ruhnk.* — Verba οὐκ ἀποκρινόμενος h. l. ſenſu paſſivo accipienda ſunt. Tum pilis foedatus prior dicet: Salve, nec reſponſum feret.

II. Cod. Vat. p. 173. Ἰουλίου Διοσλέους. In Plan. p. 433. St. 567. W. Ἰουλιανοῦ. quod *Reiskio* fraudi fuiſſe in notitia poëtarum p. 206. animadvertit *Br.* Trias fratrum Pani offert munera. Vide *Archiam* Ep. VI. et ſqq. — »V. 3. in omnibus codd. deeſt. Vacuum re»lictum ſpatium in Vat. membr. his verbis repletum »a recentiori manu: διατυβόλει τοῦτο δὲ παρ᾽ ἡδόνων προσά»λλεται. Quod repoui poſſe ad perficiendum ſenſum ra»tus ſum, minoribus literis uncis incluſis excudi cura-

νvi." *Br.* — V. 4. *Suidas* in ἄγκη T. I. p. 29. θηροβολεῖ τεύτῳ δ' ἐ.

III. Cod. Vat. p. 374. Plan. p. 72. St. 106. W. De ſcuto, quod dominum inſidentem e fluctibus ſervavit. Idem argumentum tractavit *Leonidas Alex.* Ep. XV. *Theo Alex.* Ep. I. T. II. p. 405. *Zoſimus* Ep. IV. T. II. p. 453. Cogitandum de ſcuto e viminibus contexto, ἀσπίδι οἰσυΐνῃ. Vide *Euſtath.* ad Od. ε. p. 221. 50. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 626. ſq. et *Heynium* ad *Virgil.* Aen. I. 119. De nonnullis Mileſiorum, urbe ab Alexandro expugnata, narrat *Arrianus* L. I. 19. 5. οἱ μὲν αὐτῶν ῥιπτοῦντες σφᾶς ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἐπὶ τῶν ἀσπίδων ὑπτίων ἐς νησίδα τινὰ ἀνώνυμον τῇ πόλει ἐπικειμένην διενήχοντο. — V. 4. ὀλλυμένους. Vat. Cod. — ¶. 183.] V. 5. In proeliis tu me a Martis ira defendiſti, in undis ex Nerei furore ſervaſti. — ἔν τε θ. Vat. Cod. — ὅπλον. Memineris, ὅπλα, ut *arma*, defendendo potiſſimum corpori inſervire.

IV. Cod. Vat. p. 265. Διοκλέους Καρυστίου. Edidit *Reiske* in Anth. nr. 604. p. 88. Naufragus in litore jacens et ſaepius pulvere inſperſus, quem tamen undae ſemper abluebant, precatur praetereuntes, ne inanem in poſterum inſumant operam. Paſſim depravatum eſt carmen. — V. 1. κόνει κρ. τί γάρ; πάλι μηδ' ἐ. ταύτας Ἡσ. οὐκ ὀνοτὰν γ. ἐ. τίσετε. Sic *R.* qui ex mendoſiſſima ſcriptura ſenſum elicere non potuit. In Vat. Cod. ταύτας χόνας οὐκ ὀνοτὴν γ. ἐ. τίσετε legitur. *Br.* emendationum ſuarum, quas *Salmaſio* debebat, rationem non dedit. Lectio οὐ γνωτὴν γαῖαν vix vera. Nihil enim ad rem facit, pulvis naufragi noſtri oſſibus inſperſus utrum de patria terra an de peregrina, ignotaque ideo terra deſumtus ſit. Fortaſſe ſcribendum:

μηδ' ἐπὶ ταύτας
χόνος οὐ μενετὴν γαῖαν ἐμοὶ τίθετε.

ne in hoc litore terra haud manſura me inſpergite. μενετὸς, ὁ δυνάμενος μένειν. *Thom. Mag.* p. 608. Ap. *Ariſtoph.* in Av. 1619. μενετοὶ θεοὶ ſunt μόνιμοι καὶ βέβαιοι, interprete Scholiaſte. γαῖα μόνιμος, βεβαία, huic loco convenientiſſima. Jam haec explicantur in ſequentibus. —

V. 3. μαίνετε δ' ἐμε. Sic Vat. Cod. μαίνετε δ' εἰς με dedit *R.* et in proximis εὐρίσκειν. quod Brunckiano εὑρίσκειν praetulerim, niſi duplex illud με impediret. *Salmaſ.* in marg. ap. Guy. et Ruhnk. correxit: μαινέτω εἴς με, et mox ἐκρίψαι βαχίαις οἴδέ με χῶς Ἀίδης. Pro χέρσοισι, quod *R.* adjectiva ſignificatione acceptum cum βαχίαις jungit, *in deſertis litoribus*, *Schneiderus* corrigit χέρσοιο. — V. 5. „Ultimum diſtichon exhibui, ut in Cod. ſcriptum „eſt. Manifeſta corruptela. Fortaſſe etiam huc non „pertinet: nam priora duo ſententiam abſolvunt, cui „nihil deeſſe videtur.“ *Br.* In Vat. Cod. ἐπεκβήνει habetur. In ap. Lipſ. ὑπεκβαίνει, et mox Πας κεῖμα σ. μ. ὦ. ἄταφοι. *Reiskio* haec ſic corrigi poſſe videbantur: πὰς κῦμα σταθεροὶ μίμνομεν ὡς ἄταφοι. *et ſic manemus ſemper inſepulti ad fluctus.* χέρσον ὑπεκβαίνει corrigit *Schneider.* ad *Oppian.* Hal. IV. 134. p. 413. *Crinagor.* Ep. XXXI. χέρσον ἐπεκβαίνοντι καταστάσθεῖσα κλύδωνι. Hoc mihi intelligere videor, in hexametro ſcribendum eſſe: χέρσον ἐπεκβαίνειν εἴ μεν χάριν ὕδατι θυμός. At in pentametro minus certa emendatio. Quae olim tentavi in Emendd. in Epigr. Gr. p. 36. nunc vix placent. In σταθερῇ fortaſſe τέφρῃ ſive τέφρην latet. Haec aliquando fortaſſe expedientur. Certe non accedendum ad *Salmaſii* ſententiam in marg. Guy. et Ruhnk. qui hoc diſtichon pro ſpurio et additicio habet.

POLEMONIS REGIS EPIGRAMMATA.

¶. 184.] *I.* Cod. Vat. p. 512. ſq. *Polemoni* hoc carmen tribuit, quod in Planud. p. 180. St. 263. W. ἄδηλον eſt. Viſo anaglypho, in quo ἀρτολάγυνος, corona et calvaria exhibebantur, ad vitae fructum hortatur. — V. 1. ἀρτολάγυνος. ἄρτος καὶ λάγυνος interpretatur *Brodaeus*, ſive peram, in qua panis et lagena. Huic interpretationi accedit *Schneiderus* in Lex. crit. p. 213. comparans *Plin.* Epiſt. I. 6. *Proinde cum venabere, licebit, auctore me, ut panarium et lagunculam, ſic etiam pugillares feras. Athenaeus* narrat L. X. p. 422. D., Cratetem Cynicum objurgaſſe Demetrium Phalereum ἐν τῇ πήρᾳ τῶν ἄρτων καὶ λάγυνον πέμψαντα οἴνου. *Huetius* p. 19. autem vocem ἀρτολάγυνος de panis offâ interpretatur in lagenarum uſum excavatâ. — V. 3. Vulgo hic verſus diſtinctione laborat. Ordo eſt, monente *Brunckio*, καὶ τοῦτο ἱερὸν ἐστιν, προάστιον ἐγκεφάλου. Hic προάστιον eſt πρόβλημα, *propugnaculum*. Multa ἀπροσδιόνυσα ad hunc locum protulit *Brodaeus*. — Facit huc mos ap. Aegyptios receptus, in conviviis mortis imaginem circumferendi, cum voce: ἐς τοῦτον ὁρέων πῖνέ τε καὶ τέρπευ· ἔσεαι γὰρ ἀποθανὼν τοιοῦτος. *Herodot.* L. II. 78. p. 140. Conf. *Scaliger.* ad *Auſonii* Cent. Nupt. p. 503. ſq. ed. Toll. — V. 5. τὸ γλύμμα. *Huetius* de excavato pane interpretatur; rectius *Brod.* de anaglypho. — περίκειτο ἄνθεα. *Plutarch.* Vit. Arati T. I. p. 328. στεφάνους περικείμενος. Plura hujus locutionis exempla vide ap. *Dorvill.* ad *Char.* p. 68. — *Martial.* II. Ep. 59. *Frange toros; pete vina; roſas cape; tingere nardo: Ipſe jubet mortis te meminiſſe deus.*

II. Cod. Vat. p. 98. Λουκιλλίου ἢ Πολέμωνος τοῦ Ποντικοῦ. *Lucillio* ſoli tribuitur in Plan. p. 474. St.

615. W. Comparandum Ep. *Rufini* XXI. *Auſonius* Ep. LXXIX.

Hoc, quod amare vocant, miſce aut diſſolve, Cupido;
Aut neutrum flammis ure, vel ure duos.

Tibull. L. IV. 5. 13. *Nec tu ſis injuſta, Venus; vel ſerviat aeque Vinctus uterque tibi, vel mea vincla leva: Sed potius valida teneamur uterque catena.* ubi ſimilia comparavit *Douſa.*

III. Cod. Vat. p. 478. Plan. p. 350. St. 489. W. Totum expreſſum ex *Platon.* Ep. XVII. — V. 3. »ἀπε»ρέπω. Compoſitum a βέπω, in Lexicis non comparet. *Br.* Obverſabatur cl editori, ut videtur, Latinum verbum *repo* (ἕρπω). *Schneiderus* conjiciebat: καὶ τάχα μέν κεν ἀφείρπε. — V. 3. κέκλειστα. Vulgo.

DIODORI SARDIANI EPIGRAMMATA.

¶. 185.] *I.* Cod. Vat. p. 186. Διεδώρου. Edidit *Kuſter.* ad Suid. T. I. p. 67. Anthol. *Reisk.* p. 39. nr. 490. In Diogenis veſtem, quam e tempeſtate ſervatus Cabiris dedicaverat. — V. 1. Laudat *Suid.* in ἀήτης. — V. 2. Idem in Βοΐβης T. I. p. 442. λαίλαπι Βοΐβαιν κλασθὲν ἐπέλυκε. at T. II. p. 420. in λαίλαψ, habet idem Βοιβῆν et ἐπεῖδε κέρας. In Vat. Cod. Βοΐβαιν κ. ἐς εἶδε κ. In apogr. Lipſ. ἔσεισε. Βοΐβαιν *Salmaſii* eſt emendatio in marg. ap. Guy. et Ruhnk. Ad verbum ἐσεῖδε ex ultimo verſu Διογένης aſſumendum. — V. 3. Βοιώτιε. vitioſe apogr. Lipſ. σοί γε ſuſpicatur *Kuſter.* male. Veſtis enim loquitur. σοί μι Vat. Cod. — Βοιώτιε Κάβειρε. Inſigni religione Cabiri colebantur ap. Boeotios. Vide *Pauſan.* IX. 25. p. 757. ſqq. *Dionyſ. Halicarn.* Ant. Rom. I. 68. —

V. 5. Hunc verſum cum ſeq. laudat *Suid.* v. λώπιον T. II. p. 462. τὸ σύστολὲς ἱμάτιον. λαῖφος. Qui Cabirorum myſteriis initiati erant, ab illis ex periculis ſervari credebantur, ut notavimus ad *Callimachi* Ep. XXVI. p. 278. His naufragi vota perſolvebant, crines detonſos, ſi nihil aliud ſupererat, aut veſtes, quibuscum ex undis enataverant. Huc facit inprimis *Horat.* Carm. I. V. 13.

— me tabula ſacer
Votiva paries indicat uvida
Suspendiſſe potenti
Veſtimenta maris deo.

— V. 6. λλέγυις. Vat. Cod. ἀλέκυοις emendavit *Reisk.* et ante eum *Salmaſius. Gaetulic.* Ep. III. Εἰ δ', ὥς μευ βαρύγυιον ἀπώσαο νοῦσον, ἐλάσσεις Καὶ πενίην. ubi vide not.

II. Cod. Vat. p. 186. Διοδώρου. Plan. p. 426. St. 560. W. Maximus quidam, natales celebrans, Junóni ſacra cum precibus facit. — V. 1. Ἴμβρασον. Ἰμβρασίης ἔδος Ἥρης. *Apollon. Rhod.* L. I. 187. Ad Imbraſum, Sami fluvium, Junonem natam eſſe, tradebant veteres. Vide *Schol. Apoll. Rhod.* L. II. 868. qui ſervavit verſum *Callimachi:* ἀντὶ γὰρ ἱκλήθης Ἴμβρασε Παρθενίου (fr. CCXII.). Totam inſulam olim Partheniam fuiſſe appellatam, ait *Lactant.* Inſt. Div. L. I. 17. *Inſulam Samum ſcribit Varro prius Partheniam nominatam, quod ibi Juno adoleverit ibique Jovi nupſerit.* Cf. *Stephan. Byz.* p. 327. *Strabon.* L. X. p. 457. et *Spanhem.* ad *Callim.* p. 416. ſq. — V. 3. μόσχων. Vitulis Junoni litatur; alii ei juvenca, alii agna fieri narrant. — V. 4. Ἴσμεν ex Plan. εἴη ἴσοι vitioſe Vat. Cod. — μακάρων θεσμόν. qui res ſacras, ſacrorum ritus intelligimus. Hinc probabile eſt, Maximum Junonis ſacerdotem fuiſſe. — V. 5. ἐπὶ σπένδων. Vat. Cod. — ἐπένυσσεν ἵμπεδα. *Aeſchyl.* Eumenid. v. 335. μοῖρ' ἐπέκλωσεν ἰμπέδως ἔχειν. *Heſych.* ἵμπεδα ἐπιτελῆ. βέβαια. ἰσχυρά. ἀμετάλλακτα. ἀσφαλῆ. — Parcae non inviderunt ei id,

quod Juno ſacrificanti annuerat. Paulo inſolentius *Callimach.* H. in Pall. 104. ἐπεὶ Μοιρᾶν ἄδ' ἐπένευσε λίνα, Ἄνικα τὸ πρῶτόν νιν ἐγείνατο. Nec tamen cum *Bentleio* locum mendoſum exiſtimaverim. Si enim λίνα Μοιρᾶν dici poſſunt μεγαίρειν, quidni etiam ἐπινεύειν dicantur?

III. Cod. Vat. p. 482. Εἰς κρύσταλλον γεγλυμμένον. Plan. p. 350. St. 489. W. Verba hujus carminis ſatis ſunt perſpicua, ſed in re ipſa haeremus. De ſcalpta imagine Arſinoës accepit is, qui lemma addidit, et *Heynius* in Commentatt. T. X. p. 119. At huic interpretationi nec verbum γράψας favet, nec id, quod de colore imaginis dicitur, Ζεύξιδος ἡ χροιὴ καὶ ἡ χάρις, quae verba ſic interpretatur *Huetius* p. 33.: Adeo elegans eſt haec imago, ut a Zeuxide picta videri poſſit. — Picta igitur eſſe debuit; nam in ſcalpta imagine coloris mentio fieri non poterat. Videtur igitur cryſtallus Saturejo pro tabula fuiſſe. — V. 2. δαίδαλον. h. l. pro δαίδαλμα. ποίημα interpretatur *Heſychius.* — V. 3. γλύψας tentat *Brodaeus.* — V. 4. μεγάλης ἀνάσσης, magnae huic reginae ſimillima ſum.

¶. 186.] *IV.* Cod. Vat. p. 366. Edidit *L. Holſten.* ad *Stephan* p. 341. *Jenſ.* nr. 46. Anthol. *Reisk.* nr. 696. p. 132. In Pharum. Vid. de hac turri, in inſula Pharo a Soſtrato Cnidio exſtructa, *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 340. C. ubi hoc diſtichon profert, ut etiam ad *Achillem Tat.* L. V. 6. p. 418. ed. Bod. *Iſaac. Voſſius* ad *Pomp. Mel.* II. 7. p. 204. ſq. *Caſaub.* ad *Strabon.* XVII. p. 1141. — V. 2. σύμβολα Vat. Cod. σύμβολον edidit *Salmaſius. ſignum portûs;* ubi portus ſit, navigantibus indico.

V. Cod. Vat. p. 427. Plan. p. 41. St. 60. W. Druſum puerum, multis jam laudibus inſignem, Adraſteae divae commendat. Referendum videtur ad Druſum, Germanici filium, qui per Tiberium periit A. U. 787. — V. 1. φυλάσσει Vat. Cod. — Ἀδρήστεια. Eadem cum

Nemeſi, ut conſtat ex *Antimacho* ap. *Strabon.* XIII. p. 588. *Ammian. Marc.* XIV. p. 34. Vide *Schellenberg.* in fr. Antim. p. 72. — »Ἰχναίη dicta Nemeſis, quia »ἰχνηλατεῖ τὸ δίκαιον, ut Lycophronis graecus interpres »ad hunc verſum: τῆς δ' Ἡλίου θυγατρὸς ἰχναίας βραβεύς. »ſeu, ut Tzetzes, διὰ τὸ κατ' ἴχνος ἕπεσθαι. Vel Ἰχναίη a »Theſſaliae urbe Ἴχνη. Strabo p. 435. καὶ Ἴχνη, ὅπου ἡ »Θέμις Ἰχναίη τιμᾶται. ubi vide Caſaubon. et Heſychii »Interpp. ad Ἰχνέμη.« *Br.* Ἰχναίη Θέμις prima occurrit in Hymno Homer. in Apoll. 94. *Philo* de Moſe L. I. p. 96. ἡ γὰρ κόλασις ἑπομένη κατ' ἴχνος, μελλόντων μὲν ἐβραδύνει, πρὸς δὲ ἀδικήματα θέοντας ἐπιδραμοῦσα κατελάμβανεν. *Stephan. Byz.* v. Ἴχνη. — Ἰχναίη Θέμις — καὶ ἀπὸ τοῦ διαχθῆναι κατ' ἴχνος ὠνομάσθη. — V. 2. ἡ πολλ. Quae multorum mentes decipit, qui, quoniam pulcritudine, ingenio et honoribus florent, in ſuperbiae crimen incidant. — V. 3. δείδια. Jam enumerantur ea, quae Druſum Adraſteae obnoxium facere poſſint. — V. 5. τοιάδε. Haec ejusmodi ſunt, ut in divinam potius quam mortalem naturam cadant.

VI. Cod. Vat. p. 391. Plan. p. 34. St. 51. W. Διοδώρου Σαρδιανοῦ τοῦ Διοπείθους. Vehementer a vero hujus carminis ſenſu aberravit *Ducker.* in Addendis ad Thucyd. p. 666. *Caſaubonus* illud ad Neronis reditum e Graecia retulit, de quo *Sueronius* in Nerone c. XXV. *Reverſus e Graecia Neapolin — albis equis introiit, diſjecta parte muri, ut mos hieronicarum eſt.* Verba poëtae tamen non ſatis conveniunt hieronicae; nec, cum dicitur κοῦρος ἀρτιγένειον ἔχων χνόον, Nero ſignificari poteſt, qui, cum ridiculam illam pompam ducebat, triginta annos natus fuit. *Diodorus* noſter ſub Tiberio claruit. De ipſius tamen Tiberii, quem ſaepe Neronem vocari ſupra monuimus, reditu ex bello Rhaetico quominus hoc carmen accipias, vetant verba verſus quinti. Agebat enim Tiberius eo tempore annum aetatis viceſimum

ſeptimum. Cogitaveris de Nerone, Germanici filio, Druſi (vide Ep. praeced.) fratre. Sed hunc bellicis laudibus floruiſſe, non conſtat. — V. 1. Qualis olim Neoptolemus, Scyro relicta, Ilium venit, ſic Nero Romam. Αἰγιβότου. *Strabo* L. IX. p. 437. τὴν Σκύρον — καὶ τὰ τοιαῦτα θρυλλεῖσθαι ποιεῖ, οἷον αἱ τῶν αἰγῶν κρεταὶ τῶν Σκυρίων. *Euſtath.* ad *Dionyſ. Perieg.* v. 521. θαυμασταὶ δὲ αἶγες αἱ Σκύριαι. *Athen.* L. I. p. 28. A. Σκύριαι δ' εἰς ἄμελξιν γάλακτος αἶγες ἐξοχώτατοι. ex *Pindaro*. — ἔπλων. Vat. Cod. et ſic invenit Ald. in Cod. idque receptum ab Ald. ſec. et tert. — V. 2. μνηπτόλεμος. Vat. Cod. — V. 5. Ille, Neoptolemus, nonniſi fortitudine excelluit; hic, Nero, utroque, et fortitudine et ſapientia.

VII. Cod. Vat. p. 205. Edidit *Kuſter.* ad *Suid.* v. αἴλινον T. I. p. 650. *Wetſten.* ad N. T. II. p. 135. Anthol. *Reisk.* nr. 545. p. 65. In Athenaïdem, Lesbiam, Iaſonis et Melae filiam, quae, puerpera, morte immatura exſtincta eſt. — V. 1. 2. laudat *Suidas* l. c. — με. Marmor tumulo impoſitum loquitur. Verba ſic jungo: τοῦτο τὸ αἴλινον γράμμα (triſtis haec inſcriptio, quae Athenaïdis luctuoſum indicat fatum) τῆς Διοδωρείου σοφίης (Diodori poëtae) λέγει με κεκόφθαι ὠκυμόρῳ λεχωΐδι. — V. 3. κατάφθιτο. Vat. Cod. — Μήλας idem. *Reiskius* Μηλεῦς edidit. — Ad κλαῖεν *Reiskius* Diodorum ſubaudit, cujus nomen in Διοδωρείου latet, eumque Athenaïdis maritum fuiſſe ſtatuit. Hoc probabile; at δεξάμενος vix acceperim pro *in matrimonium ducens*. Et quam dura, quaeſo, verborum ſtructura! Mihi poëta hunc quoque verſum tumulo ſive cippo tribuiſſe videtur. Quare legerim:

παῖδα δὲ Μηλᾶς
δεξάμενος, θαλερὴν κεύθει Ἀθηναΐδα.

Nihil verbo κεύθειν in hoc contextu aptius. *Euripid.* Hecub. 325. ὧν ἥδε κεύθει σώματ' Ἰδαία κόνις. Epigr. ἀδέσπ.

DCLXVIII.

DCLXVIII. οὐ κεύθει φθιμένην βαιὴ κόνις. DCCXXII. ἀλλὰ τὰ μὲν κεύθει μικρὰ κόνις ἀμφιχυθεῖσα. In hoc contextu etiam verbum δεξάμενος propriam ſibi ſignificationem retinet. — V. 8. θηροφόρων ἔμελεν. Vat Cod. — Tu o Diana, cum Athenaïs tuam opem imploraret, venationi intenta preces puerperae non audiſti. Simile acumen in dicto ejus, qui Dianam circa Alexandrum occupatam, templo flagranti opem ferre non potuiſſe dixit; quod *Cicero Timaeo* tribuit, de Nat. Deor. II. 27. rectius *Plutarchus Hegeſiae* in Vit. Alex. T. I. p. 665. F. Vide *Rubnken.* ad *Rutil. Lup.* I. p. 26. ſq.

¶. 187.] *VIII.* Cod. Vat. p 317. Διοδώρου τοῦ γραμματικοῦ. *Jenſius* nr. 36. Anthol. *Reiskii* nr. 687. p. 129. Paula Tarentina maritum a caedis crimine teſtimonio ſuo liberat. — V. 1. ἔκρυψεν. Vat. Cod. ἔκρυφεν. apogr. Guy. et Ruhnk. — Teſtatur ſepulcrum, ubi caligine et tenebris circumdatur. — V. 2. τ' omittit *Jenſ.* — V. 3. κατέκτανε. Vat. Cod. — V. 4. οὔνομα Ῥουφῖνος. Vat. Cod. mira lectio, quam *R.* ſic refingere conatus eſt: παπταίνων γαμετῆς, οὔνομα Ῥουφίνιος. Sed hoc jejunum. Ingenioſius *Bernardus* in Epiſt. ad Reisk. p. 508. τί μαθεῖς τοὔνομα; Ῥουφίνιος. *Brunckius* audacter recepit conjecturam *Salmaſii*, ne monitis quidem lectoribus. Quid? quod inepta eſt lectio, et auctoris ingenio indigniſſima. — V. 5. ἀλλά με. Vat. Cod. — Fatum fatale me ad inferos detruſit; nec ſane ſola ſum mulier, quae celeri fato perierit. ὠκύμορος duplicem interpretationem admittit: et ea eſt, quae immatura morte periit; et quae ſubito exſtincta eſt. De ſubito caſu hoc loco agi, probabilius.

IX. Cod. Vat. p. 306. Plan. p. 262. St. 378. W. Emendatius edidit *Dorvill.* ad *Charit* p. 504. — V. 1. ἡμιτελῆ θάλαμον. Ductum ex *Homeri* Il. β. 695. quod multi expreſſerunt. Vide not. ad *Tzetz.* Antehom. v.

222. et 227. — καὶ ἐγγύθι. dum nuptiae parabantur.— V. 3. Θώνιον Α. τε μ. ἤ. οἵ σε. Vulgo. Quaedam edd. vett. tamen habent δὲ et ἥ σε. Haec lectio, quam Vat. Cod. praebet, qui insuper μάλ' legit pro μέγ', unice vera est. Hipparchus noster, quem anno quarto et vicesimo aetatis suae exstinctum esse docemur vers. 5., ducturus erat puellam Thonium, Astacenam. Ἄστακος nomen est pluribus urbibus commune. Vide *Steph. Byz.* p. 127. τὸ ἐθνικὸν Ἀστακηνὸς — καὶ Ἀστάκιος καὶ Ἀσταχία. Bithyniae fortasse urbem significavit. Certe Ep. XIV. Bithynum hominem luget. Pro Θώνιον Cod. quidam ap. *Dorvill.* Θόνιον. — V. 5. In Cod. Vat. adscripta nota: ζήτει εἰ ἓν τὸ ἐπίγραμμα εἰς Ἱππαρχον. Nulla quaestione opus est. Pro Ἱππάρχου *Wakefield* in Sylv. crit. T. II. p. 69. Ἱππαρχε corrigit. Mihi vulgata elegantior videtur. — πολιάς, *annos. Rhianus* ap. *Pausan.* IV. 17. χειμασά τε πολιὰς τε δύω καὶ εἴκοσι πάσας. Comparavit *Dorvill. Virgil.* Ecl. I. 70.

X. Cod. Vat. p. 218. Διοδώρου. In Plan. p. 198. St. 287. W. *Germanici* est. In Cod. Constantini Lascaris, quem Iriarte describit, p. 86 – 120. hoc Epigr. *Germanico* inscriptum jungitur Epigrammati *Tullii Gemini* X. p. 287. — In monimentum Themistocli ap. Magnesios exstructum. *Plutarch.* Vit. Themist. c. 32. τάφον μὲν αὐτοῦ λαμπρὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ Μάγνητες ἔχουσιν. Ejus cineres tamen clam Athenas transmissos esse narrat *Pausan.* L. I. 1. p. 3. ex *Thucyd.* L. I. 138: μνημεῖον μὲν οὖν αὐτοῦ ἐν Μαγνησίᾳ ἐστὶ τῇ Ἀσιανῇ, ἐν τῇ ἀγορᾷ. — τὰ δὲ ὀστᾶ φασὶ κομισθῆναι αὐτοῦ οἱ προσήκοντες οἴκαδε, κελεύσαντες ἐκείνου, καὶ τεθῆναι κρύφα Ἀθηναίων ἐν τῇ Ἀττικῇ. Hinc appareret, cur *Diodorus* noster hoc monimentum κενὸν ἡρῶον vocaverit. At haec quomodo cum sequentibus conspirant, ubi Themistocles ὀθνείην χθόνα ὑποδῦναι, i. e. in peregrina terra sepultus esse dicitur? Haec corruptelae suspicionem faciunt. Adde, quod enuntiatio interposita,

ὅτ' ἐκ Μήδων πατρίδα ῥυσάμενος, ſequentibus non ſatis bene aptatur. Dicendum enim erat, articulo interpoſito: ὅτε ὁ – ῥυσάμενος. Quare vide, an ap. noſtrum ſcribendum ſit:

Τοῦτο Θεμιστοκλεῖ καλὸν ἡρῷον ἵσατο Μάγνης
Λαός· ὁ δ' ἐκ Μήδων πατρίδα ῥυσάμενος
ὀθνείην ὑπέδυ χθόνα καὶ λίθον – –

Sic omnia cohaerent optime: *Pulchrum hoc monimentum Magneſii exſtruxerunt Themiſtocli. Hic autem, qui patriam a Perſis liberaverat, non Athenis, ſed in peregrina terra ſepultus eſt. Sic invidia ſtatuerat. Quo majores enim virtutes ſunt, eo minora eas praemia ſequi ſolent* — *Diodorus* igitur illam famam, quae Themiſtoclis oſſa Athenas translata eſſe ferebat, aut ignorabat, aut ſe ignorare ſimulabat. *Grotius* pro κενὸν fortaſſe καλὸν, vel ſimile quid legit. Vertit enim: *Vile Themiſtoclei gens dat Sipylea ſepulcrum.*

XI. Vat. Cod. p. 242. Διοδώρου Ταρσέως. Plan. p. 198. St. 288. W. gentile nomini non addidit. Non ex tumulo ap. Magneſios, ſed ex rebus praeclare geſtis Themiſtoclis gloriam aeſtimandam eſſe docet. Idem ſentiens Ageſilaus vetabat, ne ipſi ſtatua poneretur, dicens: εἰ γάρ τι καλὸν ἔργον πεποίηκα, τοῦτό μου μνημεῖον ἔσται· εἰ δὲ μή, οὐδ' οἱ πάντες ἀνδριάντες, βαναύσων οὐδενὸς ἀξίων ἔργα ὄντες. *Plutarch.* T. II. p. 191. C. — V. 3. τεκμαίρου Σαλαμ. Sic paſſim loca, ubi illuſtris cujusdam viri virtus eluxit, ejus monimenta dicuntur. *Vellejus* L. I. 12. 5. *Eamque urbem — funditus ſuſtulit, feciſque ſuae virtutis monimentum, quod fuerat avi ejus clementiae. Horat.* IX. Epod. 25. *Neque Africano, cui ſuper Carthaginem Virtus ſepulcrum condidit.*

¶. 188.] *XII.* Cod. Vat. p. 214. Διοδώρου. Huic hoc carmen vindicavit *Dorvill.* in Sicul. T. I. p. 133. cum in Plan. p. 273. St. 394. W. ἄδηλον ſit. Scriptum

in Aeſchylum in Sicilia ſepultum. Vide ad *Antip. Theſſ.* Ep. LVII. — V. 3. γελᾶ. Vat. Cod. γέλας. Plan. Veram lectionem vidit *Huetius* p. 26. Dicitur τοῦ γέλα, ut τοῦ Ἰμέρα, τοῦ Φιντία. — Partem hujus verſ. eum ſeq. laudat *Suid.* T. I. p. 671. in ἔγκοτον. ἐχθρόν. ἐνδιάθετον. ubi φθόνος αἰὲν legitur, plane ut in Vat. Cod. Sic iterum in Θησείδας T. II. p. 196. Emendavit *Toup.* Emend. in Su. P. II. p. 193. et Cur. nov. p. 195. Fortaſſe tamen in hac lectione aliud quid latet, quam quod Planud., ex conjectura procul dubio, repoſuit; nimirum:

τίς φθόνος, αἰ, αἰ,
Θησείδας ἀγαθῶν ἔγκοτος αἰὲν ἔχει.

Sic ſolent poëtae. *Tball. Mileſ.* Ep. V. 3.

XIII. Cod. Vat. p. 260. Plan. p. 212. St. 308. W. In Menandrum. Hoc carmen, in quo tumulus loqui fingitur, omnino planum eſſe et expeditum pronuntiat *Opſopoeus.* Mihi ſecus videtur. Antitheſin eſſe in priore ejus parte, et in verbis, εἰ δὲ Μένανδρον — —, ſatis apparet; ſed ea, aut ipſius poëtae, aut librariorum culpa, paulo obſcurior eſt. Alterum membrum quidem expeditum: Ipſum ſi quaeris Menandrum, ille apud Jovem ſive in beatorum inſulis verſatur. In protaſi igitur ſenſus eſſe debet: Ego nihil niſi cineres Menandri, non ipſum poëtam, contineo. Hic ſenſus ut exiſtat, verba, τὸν Διοπείθους Κεκροπίδην Μένανδρον, ſic accipienda: Athenienſem illum virum, Diopithis fil., quem, dum viveret, Menandrum appellabant, intra me contineo; is enim in pulverem et cineres converſus eſt; at verus ille Menander etc. — At ſic apparet, verba, Βάκχῳ καὶ Μούσῃσι μεμυλότα, parum opportune cum protaſi conjuncta eſſe. — Haeremus etiam in v. 3. ubi Menander dicitur ὀλίγην κόνιν ἐν πυρὶ ἔχειν, pro οὗ ὀλίγην κόνιν ἔλιπε τὸ πῦρ. Haec omnia, fateor, depravationis ſuſpicionem movent; ſed quomodo carmen reſtituendum ſit, non dixerim. Senſus, quem quaerimus, exiſteret, ſi legeretur:

Κεκροπίδην οὐ μὲν, ξεῖνε, Μένανδρον ἔχω,
ἦν δὲ τὸ πῦρ ὀλίγην ἔλιπεν κόνιν — —

Sed tam audacibus in emendando esse non licet. Viderint alii, quomodo se ex his salebris expediant. In postremis color ductus ex *Callimachi* Ep. L. ἦν δίζῃ Τίμαρχον ἐν ἅιδος . . . δήεις αὐτὸν ἐν εὐσεβέων. — Ad ἢ μακάρων subaudio νήσοις.

XIV. Cod. Vat. p. 317. sq. Anth. Plan. p. 214. St. 311. W. In Achaei cujusdam, fortis viri, tumulum, ab ejus patre Diomede exstructum. — V. 1. ᾗνεσ' vulgo et in Vat. Cod. Lectionem ᾗννε' commemorat *Brodaeus*; et sic emendavit *Jos. Scaliger* in not. msc. — γράμμα, ut supra Ep. VII. pro *inscriptione*. — Ἀσκανίη λίμνη in Bithynia. Vide *Strabon.* L. XII. p. 847. et *Steph. Byz.* p. 122. — V. 3. δέ μι. Vat. Cod. — V. 4. ὑψιφαΦ . . . ῆ. sic Vat. Cod. — Pro ἀνέτεινε *Casaubon.* in not. msc. tentat ἐκτέτνε. Emendatione opus esse non videtur. ἀνατείνειν h. l. idem est, quod ἀνεγείρειν. Vide *Budaei* Comm. Gr. L. p. 972. sq. — V. 6. υἱεῖ ᾧ. Plan. et Vat. Cod. υἱέα οἱ emendavit *Scaliger* et *Casaub.* in not. msc. *Brunckius* unde hanc emendationem sumserit, non indicavit. Mire hoc distichon interpretatus est summus *Grotius*.

XV. Cod. Vat. p. 306. sq. Plan. p. 222. St. 322. W. In puerum vernam, qui de scala delapsus cervicem fregerat. — V. 3. ἐπεὶ δ' ἴδε θεῖον ἄ. Vat. Cod. et Plan. Vera lectio, quam *Br.* non mutare debebat cum *Opsopoeo*, qui offendebatur *Diodori* insolentia se ipsum θεῖον ἄνακτα vocantis. Sed poëtam ex pueri servi mente locutum esse dixeris. — V. 6. Vulgo litera minori κέρκος. quod inepte interpretatur *Opsopoeus* de Aethiope; idem tamen proprium fortasse nomen esse suspicabatur. Sic quoque *Brodaeus*. Non igitur opus est cum *Anonymo* Bibl. Bodl. et *Scaligero* corrigere κέλκος. *Scaliger* ad-

ſcripſit haec: *κόλακος. διὰ τὸ ἐκτείνειν ἐχομένου τοῦ δεσπότου ἐν τῷ ἀνήσκειν τὰς χεῖρας.*

¶. 189.] *XVI.* Cod. Vat. p. 305. Plan. p. 253. St. 36⁻. W. In mare Ionium poëta invehitur, quod cum alios permultos, tum nuper Aegeum et Labeonem merſerit. — V. 2. „νηλής, Ἀΐδεω — Vat. Cod. quod perinde „eſt " *Br.* — V. 3. Quis enim mala, quae patraſti, enarrare queat, tot infelicium miſera morte obſervata? — Verbum *ὀπίζομαι*, ſi ſana eſt lectio, non vulgarem ſignificationem habet, ſed pro *ἐπιστρέφειν* eſt poſitum. — V. 5. *ἄλγεα καὶ λαβέων ὁ σὺν* (obſcurum an *σὺν*) Vat. Cod. et ſic vulgo *λαβέων ὅσον.* In marg. Wechel. *ἴσως βλαβέων δεῖ γράφεσθαι. Stephanus λωβέων* tentat, et v. ſq. *βρύξας* ſuſpectum habet. *Brodaeus* interpretatur: *Aegei et Labeonis, quos cum ſociis abſorpſiſti.* et *ὅσον ὤκυμ. jamjam et illico periturus.* Meliorem igitur lectionem perſpectam habuit *Joſ. Scaliger* in not. mſc. legit: *ἄλγεα καὶ Λαβεῶνος ὃν ἀ.* jungens, ut videtur, *αἶσαν δυστήνων καὶ ἄλγεα Λ.* At quanto facilior et elegantior lectio Brunckiana! *Huetius* denique p. 24. *Αἰγέα καὶ Λαβεῶνος ἐν ὠ. ὁ.* pro *Aegeum, Labeonis fil.* — V. 6. Bene ſe habet *βρύξας*, quod ſuſpectum erat *Stephano. Philipp.* Ep. LXXVII. *ὤλετο δ' οἰκτίστως βρυχθεὶς ἁλί.* Hinc *βρύχιος* et *ὑποβρύχιος*, *ſubmerſus. βρυχίη ἅλς* ap. *Apollon. Rhod.* I. 1310. *mare ſtrepitoſum* eſt. Vide *Arnald.* in Animadv. crit. p. 216. — Huic Epigrammati in Vat. Cod. jungitur diſtichon, quod huc non pertinet, ſed ad *Antipatri Sid.* Ep. XCVII. ubi vide.

ACERATI GRAMMATICI EPIGRAMMA.

Cod. Vat. p. 226. Plan. p. 238. St. 346. W. In Hectorem, Homericis carminibus immortalem gloriam adeptum. — V. 1. Ὁμηρείγειν. Vat. Cod. — V. 2. δευμενέστερον. Plan. et Vat. Cod. a man. ſec. Haec lectio mihi alteri Vat., quam *Br.* recepit, videtur praeferenda. Non moenia Trojae, quamvis a diis exſtructa, ſed tu, o Hector, patriae praeſidium majus et fortius. Similiter Anth. Lat. I. Ep. CII. p. 84.

Defenſor patriae, juvenum fortiſſimus, Hector,
Qui murus miſeris civibus alter eras.

— V. 3. ἐν σοι. In tuo funere. — V. 4. ἀειγήθη. carmen de bello trojano conticuit. ἀείγασθαι ſic utitur *Eurip.* in Alc. 79.

LEONIDAE ALEXANDRINI EPIGRAMMATA.

¶. 190.] *I.* Vat. Cod. p. 571. Edidit *Klotz* ex Schedis Vinar. in Muſa puer. nr. 35. p. 67. *Burmann.* ad Propert. p. 251. In Vat. Cod. Ἰλίου Λεωνίδου reperitur. — Miratur poëta, quod Jupiter Periandrum, formoſum puerum, non e terra rapuerit. — V. 1. πάλιν τ. ελαπίναισι. Vat. Cod. ελαπίνησιν. ap. Lipſ. Reſpicitur *Homer.* Il. α. 423. Jupiter aut in remotiſſimis terris verſatur, aut alio quodam amore occupatus tenetur. — V. 2. ἔρπυσιν. *Klotz.* *Propert.* L. II. 2. 55. *Cur haec in ſerris facies humana moratur? Jupiter, ignoro priſtina*

furta tua. quem locum comparavit *Valcken.* in Epiſt. ad Roev. p. XIII. ubi prius hujus carminis diſtichon excitavit. — V. 4. ἤ minus placet. Scribendum ἦ φιλόπαις — ut *Burmannum* video edidiſſe. Tertiam enim cauſam poëta attulit, cur Periander adhuc in terris moretur, — Comparandus *Petronius* c. CXXVI.

Quid factum eſt, quod tu projectis, Jupiter, armis,
Inter coelicolas fabula muta taces?
Nunc erat a torva ſubmittere cornua fronte;
Nunc pluma canos diſſimulare tuos.
Haec vera eſt Danaë: tenta modo tangere corpus:
Jam tua flammifero membra calore fluent.

II. Vat. Cod. p. 369. *Leonidae Tarentino* tribuit; neſcio quam recte. In Plan. p. 66. St. 96. W. gentile non additur. Poëta in aſtrologos, homines imperitos et ſtolidos, invehitur. — V. 1. ἀστερόεσσαν κέλευθον. *Signaque et adverſos ſtellarum noſcere curſus. Manil.* I. 15. Dictum pro κέλ. ἄστρων.

III. Cod. Vat. p. 535. Ἀκωνίδου. Plan. p. 140. St. 204. W. In Soſiptolim, ingentis naſi hominem. Similiter in Ep. ἀδεσπ. XC. Ἡ βὶς Κάστορός ἐστιν — Ἐν πλοίοις ἄγκυρα, κατασπείρουσι δ' ἄρστρον· Ἀγκιστρον γρίπει· ὑψοφάγοις κρεάγρα.

IV. Cod. Vat. p. 535. τοῦ αὐτοῦ. Plan. p. 140. St. 204. W. Zenogenes, aedibus, ubi habitabat, igne flagrantibus, effugium quaerens, Antimachi naſo pro ſcala uſus effugit. — V. 1. πολλὰ δ' ἐμόχθει. *Hermeſian.* El. 35. πολλὸν ἀνατλάς. *Philetas* fr. IV. καὶ πολλὰ μογήσας. — V. 2. ὑπεκχαλάσαι mallet *Joſ. Scaliger* in not. mſc. quod verum puto. *Ariſtoph.* Veſp. 379. ἀλλ' ἐξάψας διὰ τῆς θυρίδος τὸ καλώδιον, εἶτα καθίμα δήσας σαυτόν. καθίμα δὲ τὸ ὑποχάλα. *Plutarch.* T. I. p. 769. A. διὰ στενῆς θυρίδος παρὰ τὸ τεῖχος ἐκμηχανώμενος αὐτὸν καὶ παιδία καὶ γυναῖκα. —

Vulgo αὐτὸν legitur. — V. 3. οὐκ ἔφθανεν. nihil profecit. De menſura mediae ſyllabae in ἔφθανε, quae naturâ ſuâ longa, ab Atticis tamen corripitur, *Brunck.* in Lect. p. 157. ad *Apollonid.* Ep. XII. et *Clark.* ad Il. β. 43. — V. 4. ἔφυγεν. Plan. et Vat. Cod.

¶. 191.] *V.* Cod. Vat. p. 537. Λεωνίδου. Plan. p. 145. St. 211. W. In Diodorum, malum pictorem. — V. 1. ἔθηκεν. Vat. Cod. — Similiter luſit *Lucill.* Ep. XCIV.

VI. Cod. Vat. p. 533. ſq. Λεωνίδου. In Plan. p. 151. St. 219. W. τοῦ αὐτοῦ inſcribitur, Praecedit autem Ep. *Nicarchi* XXXII. quod in veteribus edd. Λεωνίδου, in Steph. Λουκιλλίου nomen gerit. — Scriptum in Simylum pſalten, qui omnes vicinos ſuos cantando necavit, praeter unum Origenem, ſurdum. — V. 3. τοὔνεκεν. auditum, quem natura ei negaverat, vita longiore compenſavit.

VII. Cod. Vat. p. 518. Plan. p. 134. St. 194. W. In Philinum, qui juvenis vetulam, ſenex virginem duodecim annorum duxerat. Simile Epigramma exſtat in puellam, quae immaturâ aetate juveni, firmior annis ſeni nupſerat, Anthol. Lat. T. II. p. 470. quod tamen an vetuſtum ſit, dubitatur, *Moneta* in Menagian. T. IV. p. 163. ſqq. in Margaretham, Caroli V. filiam, putabat ſcriptum. — V. 3. τὴν γὰρ ἄ. ὁ. ποτὲ σ. εἰς. Vat. Cod. Liberos non procreavit; τότε, cum vetulam haberet conjugem. σπείρων. agrum colens ſterilem. Nihil notius, quam metaphorae ab aratione ad liberorum procreationem traductae. — V. 4. νῦν. nunc, cum puellam habet. ἀμφοτέρων, τοῦ σπείρειν καὶ τῶν παιδῶν.

VIII. Cod. Vat. p. 415. Edidit *Jenſius* nr. 144. Anth. *Reisk.* nr. 795. p. 172. Leonidas Poppaeae, natales celebranti, ſphaeram coeleſtem dono mittit. Conf. *Antip. Theſſ.* Ep. XV. — V. 1. σφαῖραν μίμημα. Globum

coeleſtem, mundi imitamentum. Apte confert *Meinecke*, qui haec carmina una cum *Leonidae Tarentini* Epigrammatis edidit Lipſiae 1791., *Lucianum* in Nigrin. 2. T. I. p. 29. ed. Bip. *προὔκειτο δὲ ἐν μέσῳ καὶ πινάκιόν τι τῶν ἀπὸ γεωμετρίας σχημάτων καταγεγραμμένον, καὶ σφαῖρα χαλκοῦν πρὸς τὸ τοῦ παντὸς μίμημα, ὡς ἔδοκει, πεποιημένη.* — V. 3. *Ποππαία.* Neronis conjux, quam, Octavia repudiata, duxit a. U. 815. Haec cum perierit a. U. 818., tenemus tempus, intra quod hoc Epigr. ſcriptum fuit. — V. 4. *καὶ λέκτρων.* dignitate regia, quam a conjuge tenes. *λέκτρων* de cubiculo thalamove male accipitur. Eſt *conjugium* hoc loco, ut multis aliis. Jam intelligis, quare globus *coeleſtis λέκτρων Ποππαίας* dicatur *ἄξιος.* — *σοφίης.* Elegantis ingenii mulier Poppaea fuit, teſte *Tacito* Ann. XIII. 45. *Huic mulieri cuncta alia fuere, praeter honeſtum animum. — opes claritudini generis ſufficiebant; ſermo comis, nec abſurdum ingenium.*

IX. Cod. Vat. p. 415. Edidit *Berkel.* ad *Stephan. Byz.* v. *Θύμβρις* p. 404. qui *Leonidam* exiſtimat gratulari Caeſari A. U. C. 708. poſt devictum Pompejum Romam redeunti. Nihil hac opinione falſius. *Reisk.* Anth. nr. 658. p. 115. aut ad Neronis triumphum (vide ad *Diodori Sard.* Ep. VI.) aut ad Veſpaſiani ex Aegypto reditum (*Sueton.* Vit. Veſp. c. 7. 8.) exiſtimabat reſpici. At de ejusmodi reditu in hoc carmine non agitur. Poëta Alexandrinus, *Νειλογενὴς*, ut eſt Ep. VIII., imperatori Romano, neſcio ex quo periculo ſervato, gratulatur. Hoc tumida oratione ſic extulit: Nilum ad Tiberim feſtum agere, votaque ſuscipere pro incolumitate Caeſaris. Verba, *Καίσαρι σωζομένῳ*, nihil habent, quod nos de bello ſive e bello reditu cogitare cogat, illis praeſertim temporibus, quibus *Leonidas* ſcripſit. Agitur de feſto propter ſervatum Neronem habito. Jam vero conſtat, ſupplicationes factas plurimasque hoſtias mactatas eſſe, cum Nero, poſt Agrippinam interfectam, ſe ab ea inſidiis petitam eſſe

diceret. *Tacitus* Annal. XIV. 12. *Miro certamine procerum decernuntur ſupplicationes apud omnia pulvinaria, utque Quinquatrus, quibus apertae eſſent inſidiae, ludis annuis celebrarentur; — dies natalis Agrippinae inter nefaſtos eſſet.* Conf. *Dio Caſſ.* T. II. p. 995. 11. — V. 3. „αὐχένα ἤμαξαν βωμοῖς. Enallage pro αὐχένι ἤμαξαν βωμούς.“ *Br.* βωμοῖς potius dictum pro πρὸς βωμούς, quod dicendi genus multis exemplis illuſtravit *Reiskius* ad Carm. Sepulcr. p. 136. Secures hoſtias ad aras percuſſerunt. βουπλήξ. βούκεντρον ἢ πέλεκυς βοὸς ἀναιρετικός. *Euſtath.* ad Il. ζ. p. 485. 9. Non igitur opus eſt emendatione, quam *Abreſchius* propoſuit in Add. ad Aeſch. p. 649. βωμούς, ut αὐχένα a βουπλῆγες pendeat; ſecundum obſervationem, quam *Abreſchius* paſſim inculcavit, cum docet, ſubſtantiva a verbis derivata verborum caſus adſciſcere. — ἤμαξαν αὐχένα. *Propert.* L. III. El. I. 111. *Idem Agamemnoniae ferrum cervice puellae Tinxit.* — ἐκούσιον eo pertinet, quod victimarum inter immolandum tranquillitas pro bono omine habebatur.

¶. 192.] X. Cod. Vat. p. 415. Edidit *Jenſius* nr. 5. Anthol. *Reisk.* nr. 656. p. 111. Emendare conatus eſt *Heringa* in Obſſ. p. 186. cujus conjecturas occupaverat *Weſſeling.* in Epiſt. ad Venem. p. 6. ipſo *Heringa* monente in Addendis p. 308. Bene de eodem meruerunt *Rubnk.* in Ep. crit. p. 116. et *Toup.* Ep. cr. p. 56. Locis veterum de aquis Cutiliis in agro Sabinorum, quae laudat *Heringa*, adde *Strabon.* L. V. p. 349. ubi τὰ ἐν Κοτιλίαις ψυχρὰ ὕδατα commemorantur, ἀφ' ὧν καὶ πίνουσι καὶ ἐγκαθίζοντες θεραπεύουσι νόσους. Idem V. D. hoc carmen ad Veſpaſianum refert, propter locum *Suetonii* in Veſp. c. 24. *Conſulatu ſuo nono tentatus in Campania motiunculis levibus ac protinus urbe repetita, Cutilias ac Reatina rura, ubi aeſtivare quotannis ſolebat, petiit.* Eodem loco exſtinctus eſt A. U. 832. Μετήλλαξεν ἐν τοῖς ὕδασι τῶν Σαβίνων, τοῖς Κοτιλίαις ἀναμασμένοις. *Dio Caſſ.*

T. II. p. 1090. 60. — *Weſſelingius* tamen hoc carmen ad Marcum Antoninum referebat, propter Marci nomen, quod occurrit Ep. XVIII. At unde noverat, Marcum illum non alium eſſe quam imperatorem? Nec temporum ratio huic conjecturae favet. *Leonidas* ſub Nerone floruit; ob quam ſolam fortaſſe cauſam auctor lemmatis in Vaticano: ἐπὶ τοῖς γενεθλίοις Νέρωνος Καίσαρος. — V. 2. σωρὸν ἀκεστορίης. Vat. Cod. Vide not. ad *Theocriti* Ep. XVI. p. 205. ζωρὸν ἀκεστορίην emendavit *Ruhnk.* et *Toup. Dioscorid.* Ep. XXIV. αὐτόματαί τοι κρῆνιι ἀναβλύζοιεν ἄκρητον. — ζωρὸν ἀκεστορίην, *meram ſanitatem.* dictum, ut ἄκρητος δικαιοσύνη, χάρις, μανία et ſimilia, de quibus nos paſſim. Ἀκεστορίη ut dea quaedam ſalutis commemoratur ap. *Theoſeb.* T. II. p. 450. εἶδεν Ἀκεστορίη τρία πένθεα. De arte medica *Apollon. Rhod.* L. II. 512. Ariſtaeum Μοῦσαι ἀκεστορίην τε θεοπροπίας τ' ἐδίδαξαν. *Leontius* Ep. XIV. ἔργα δ' ἀκεστορίης ἐφέπων. — V. 3. τρισὶν a Vat. Cod. omiſſum, reſtituit *Toup.* Alii aliter. *Heringa:* πάππον πάλιν α. *Weſſeling.:* πάππον περιαυγάζηται. *Reiskius:* π. τρὶς ἀναυγάζηται. *Bernard.* in Epiſt. ad *Reisk.* p. 325.: π. θ' ὡς αὐγάζηται ὃν π. τ. Si hoc carmen ad Veſpaſianum pertinet, verba, τρισσὴ εὐτοκίη, i. e. τρισσὰ τέκνα, de Tito, Domitiano et Domitilla interpretanda ſunt. *Spanhem.*, qui hoc diſtichon edidit diſſ. VIII. de Uſu et Pr. Num. p. 359. εὐτυχίης exhibet.

XI. Cod. Vat. p. 202. Plan. p. 428. St. 563. W. „Epigramma hoc, ut et Leonidae hujus pleraque, ἰσόψηφον eſt, aut pro ἰσοψήφῳ datur. Verſus autem ἰσόψηφοι, „et diſticha ἰσόψηφα dicuntur, quorum ſingulae literae „tanquam notae numerales conſideratae eandem confi„ciunt ſummam. Hic literae prioris diſtichi eundem „numerum conficere debent, quem literae poſterioris, „quarum rationem ſubducat, cui otium eſt, et inde videat, „utra quarto verſu vera ſit lectio, an βαλίης, quod habet „Cod. Vat. [ſuperſcripto αι], an βαλμαις, quod eſt in

»Plan. Cuique diſticho in Vat. Cod. appoſitae hae no»tae ϡψπβ i. e. 5782. quae ſumma eſſe debet numero»rum. Aliis Epigrammatibus ſimiles appoſitae notae, »quas ſuo loco ſingulas referre, inutile duco. Nam ex»perimento in quibusdam facto, quas falſas eſſe depre»hendi, aliis non magis fidendum eſſe arbitror.« *Br.* Cl. *Meinecke*, computatione inſtituta, ſummam literarum cujusque diſtichi 5982. eſſe invenit, eamque conſtare, ſi βαλίαις legas. — V. 1. Λύκτιον. Apollini tribuitur ἄιμμα Λύκτιον ap. *Callim.* H. in Apoll. 33. ubi vide *Spanhem.* Ejusd. Ep. XVIII. ὁ Λύκτιος Μενοίτας. — V. 3. Sagittas, quarum copiam in pharetra ſolebat gerere. ἐν λαγόνεσσι. in lateribus pharetrae; ut γαστήρ. Vide *Jungerm.* ad *Polluc.* II. 175. *Ducker.* ad Schol. Thucyd. p. 606. Color ductus ex Ep. *Callimachi* XVIII. ſive *Mnaſalcae* Ep. VI.

ἰοὺς δὲ πτερόεντας ἀνὰ κλόνον ἄνδρες ἔχουσιν
ἐν κραδίαις, ὁλοὰ ξείνια, δυσμενέες.

XII. Cod. Vat. p. 182. Λεωνίδου. In Plan. p. 49. St. 71. W. ἄδηλον eſt. *Tarentini Leonidae* hoc carmen eſſe, ſuſpicatur *Br.* Recte. Alexandrino certe tribui non debebat. Narratur hiſtoria de leone, qui, cum nocte intempeſta, nivem fugiens, in caprili latuiſſet, orto die, nec hominibus nec pecudibus laeſis abierat. — V. 1. χαλαζήεντα ϑυμὸν, pro ϑυμὸν χαλάζης, pro poëtarum conſuetudine. Hinc manifeſte colorem duxit, *Leonidae Tarentini* perpetuus imitator, *Antip. Sid.* LXVII. οὐχὶ χάλαζαν, οὐ νιφετῶν ϑυμούς, οὐ παταγεῦσαν ἄλα. *Marc Argent.* Ep. XXXIII. ϑυμὸς ὅτ' Ὠρίωνος ἀνατρώφησε ϑαλάσσης βένϑος. *Aeſchin.* Axioch. p. 158. πρηστήρων ἐξαίσιος ϑυμός. in quibus omnibus locis ϑυμὸς impetum, curſum, progreſſum, *tractum* ſignificat. Hoc ſenſu *Valer. Flacc.* I. 614. *Induxere hiemem, raucoque ad litora tractu Unanimi freta curva ferunt. Claudian.* de R. Pr. L. III. 242.

Ut rauco reduces tractu detorſit habenas, Nox ſua proſequitur currum. — V. 3. μουνολέων, ut μόνιος λύκος et μονόλυκος, de magnis et ferocibus videtur dictum. Vide ad *Leonid. Tar.* Ep. VI. Tom. I. 2. p. 64. — ἀθρόα γυῖα. magnum et robuſtum corpus, membra firma et valida ſignificare videtur. — V. 4. αἰγινόμων. Vat. Cod. — V. 5. „μεμελημένοι. non caprarum, ſed ſui curam haben„tes. Eodem ſenſu verbum μέλομαι adhibuit *Apollonius* „*Rhod.* L. III. 1172. qui locus in omnibus editionibus „corrupte legitur:

„οἱ δὲ δὴ ἄλλοι
„γηθόσυνοι, τῆμος μὲν, ἐπεὶ κνέφας ἔργαθε νυκτὸς,
„εὖκηλοι ἐμέλοντο περὶ σφίσιν.

„Alii μέλλεντο, alii μελέοντο. Prius contra ſententiam eſt: „aliud μέλειν, aliud μέλλειν, quae ſaepe librariis permu„tata: poſterius ne graecum quidem eſt.“ *Br.* — V. 6. σωτῆρα Z. ſalutem ſibi precabantur. — V. 7. Vulgo legitur: χεῖμα δὲ δὴ μείνας ϑὴρ νύκτιος. *Guil. Canterus* N. Lect. L. III. 23. emendat: χεῖμα δὲ δειμήνας ϑὴρ, quod, *Brunckio* judice, ſententiae repugnat. Vat. Cod. ϑὴρ μείνας, ϑὴρ νύκτιος. Eleganter cl. editor διανύκτιος emendavit. — V. 8. βροτῶν βλ. οἴχετ' ἀπ' αὐλ. male Vat. Cod. et ap. *Suidam* T. I. p. 789. v. ἔπαυλις — καὶ ἐπαυλέουσος, ὁ εἰς τὴν ἔπαυλιν ἰών. Sed ἔπαυλις de pecudum ſtabulis, non de luſtris ferarum uſurpatur. Quare recte Plan. ἀπαυλέουσος, *ſtabulis relictis.* — V. 9. εὖ δὲ παθόντες ἄγαλμα τόδ' εὐγραφές. Plan. εὖ δὲ πάθης ἔργον τόδε δ' εὐγρ. Vat. Cod. cujus lectionis partem recepit *Br.* Sed praeterea ſcribendum videtur:

οἱ δὲ πάθης ἔργον — —

ἔργον εὐγραφὲς, opus bene pictum, tabula, ubi illa hiſtoria picta erat. πάθη idem quod πάθος. *Suid.* Cf. *Lucian.* de Dea Syr. T. III. p. 469. 27. ed. *R.* — ἀκρολόφειται. Vat. Cod. Accedo *Schneidero*, qui ἀκρολεφίτᾳ corrigit.

Epigr. ἀδέσπ. CCXXXVI. οὐ γὰρ ἀρειοχαρὴς, ἀ'ρεμᾶς, οὐδ' ἀκρολοφίτας. Praeterea idem V. D. pro Ζανὶ mallet Πανί. Huic enim deo illud epitheton optime convenit. Πὰν λοφιήτα. *Agathias* Ep. XXXVII. ἐκοπιήτα. *Rhian.* Ep. VIII. — V. 10. τῇδ' ἀνοϑ. Vat. Cod.

XIII. Cod. Vat. p. 202. ubi numeri τῶν ψήφων adſcripti τοβ. Plan. p. 429. St. 563. W. Leonidas Caeſari (Neroni, ut videtur) tertium ſuorum carminum librum mittit. — V. 1. χάριτος. carmina ſunt. Vide ad *Noſſidis* Ep. XI. Vol. I. 1. p. 420. — V. 2. „ἀριθμὸς ἀοιδῆς. „ars faciendi verſus, quorum in ſingulis literae, pro „numeralibus notis ſumtae, eandem confiçiunt ſum„mam.“ *Br.* — V. 4. „Vat. Cod. πέμψει. [ſuperſcr. ψ.] „τῇ χϑονίῃ quid ſit, dicere non habeo. Latet genuina „lectio. Forte τοῖς Κρονίοις, ut infra XVIII. Sed obſcu„rus eſt totius diſtichi ſenſus. Videtur Epigramma Ne„roni miſſum, cum in Graecia eſſet.“ *Br.* *Schneiderus* pro τῇ χϑονίῃ acute conjecit Αὐσονίην. — Fortaſſe hoc tetraſtichon in duo Epigrammata ſolvendum eſt, quorum alterum ſic fere correxerim:

Νεῖλος ὅπ' ἀσκητὴν, διὰ δ' Ἑλλάδος ἰϑύουσαν
Αὐσονίῃ πέμπει, δῶρον ἀοιδότατον.

ὅπ' ἀσκητὴν, quod a vulgatae ductibus σπουδαίτην proxime abeſt, de carminibus diligenter elaboratis et expolitis accipio. Sic enim verbum ἀσκεῖν et ἀσκητὸς uſurpari ſolet. Cf. *Abreſch.* ad Aeſchyl. T. I. p. 179. ſq. *Weſſeling.* ad Herodot. p. 166. — ὅπα δι' Ἑλλάδος ἰϑύουσαν vocat carmina per Graeciam ſonantia, ſive graeco ſermone conſcripta, ſive per Graeciam nota et illuſtria. ἰϑύειν eſt ὁρμᾶσϑαι.

¶. 193.] *XIV.* Cod. Vat. p. 415. ſq. In Plan. p. 65. St. 94. W. ἄδηλον eſt. — Se novum carmina per λοξὰ ψήφα ſcribendi conſilium ſequi poëta profitetur. —

V. 1. ἐξ ἑτέρης. Ex novo fonte, aliis nondum uſurpato. Conf. ad Ep. *Callimachi* I. Vol. I. 2. p. 253. Inſolentius dictum οἴγνυμεν πόμα. — ὥστε. unde novum ſcribendi genus, nova *Leonidae* carmina, haurire licebit. Vulgo μουσοπόλον legitur. — V. 3. δίστιχα ψήφοισιν ἰσάζεται. numeris inter ſe aequalia ſunt diſticha. Planus eſt horum ſenſus ex iis, quae ſupra Ep. XI. notavit *Br.* Nihil hic vidit *Brodaeus*, cujus interpretatio erudita, ſed falſa. — V. 4. ὀδόντα. Simili metaphora *Horat.* IV. Carm. III. 16. *Et jam dente minus mordeor invido.* I. Epiſt. XVIII. 82. *qui Dente Theonino cum circumroditur.* Alia imagine utitur *Alcaeus Meſſ.* Ep. V. μοῦνος — Μώμου λαιψηρὰς ἐξέφυγε πτέρυγας.

XV. Cod. Vat. p. 384. Ἰουλίου Λεων. Plan. p. 72. St. 105. W. In ſcutum, cujus ope Myrtilus ex undis enataverat. Conf. *Diocl. Caryſt.* Ep. III. Quem noſter Myrtilum vocat, is ap. *Dioclem* Anaximenes appellatur. De Myrtilo, Oenomai aurigâ, ne cogitandum quidem. — V. 1. Εἰ ἐνί. Vat. Cod. — V. 3. Ἀ. δ' ὅτ', et deinde ἀσπὶδ' ἔσχον. Cod. Vat. — V. 4. κεκρυμένην. Ed. pr. κύματι καί. Vat. Cod. Scribendum puto:

κύμασι καὶ πολέμῳ.

Scutum et in undis et in pugna probatum, δοκιμασθέν.

XVI. Cod. Vat. p. 293. ſq. Ἰσόψηφον. Plan. p. 217. St. 316. W. De Nioba, linguae intemperantiam luente poenis. — V. 3. γόον. Vat. Cod. *Propert.* L. II. 16. 7. *Nec tantum Niobe bis ſex ad buſta ſuperba Sollicito lacrymas depluit e Sipylo.* ubi vide *Burmann.*

XVII. Cod. Vat. p. 202. In marg. notati numeri ϡχη. Planud. p. 428. St. 562. W. Caeſari, natales celebranti, carmen poëta offert, meliora in poſterum promittens. — V. 3. ἄκαπνον θύος. Carmina donat, carminibus litat, non hoſtiis. Vetus enim dictum: ἄκαπνα αἰεὶ

δοιδοὶ

ἀοιδοὶ ϑέομεν. ap. *Athen.* L. I. p. 8. E. quod illuſtravit, *Leonidae* loco comparato, *Caſaubon.* p. 26. ſq. — V. 4. ἣν ἐϑέλῃς Vat. Cod. a pr. man.

XVIII. Cod. Vat. p. 202. In marg. numeri γνμ. Plan. p. 428. St. 562. W. Marco cuidam Epigrammata ἰσόψηφα mittit Leonidas. *Weſſeling.* in Epiſt. ad Venem. p. 6. de M. Antonino Imper. cogitabat. Sed vide ad Ep. X. — V. 2. εὐϑίκτου. Luſus diſertae et facetae eloquentiae Epigrammata ſua vocat. Condonandum hoc poetae vanitati; lectores enim in his carminibus vix quidquam reperiant, quod εὔϑικτον, i. e. *acutum* et *ingenioſum* appellari mereatur. De ſenſu hujus vocabuli vide inprimis *Erneſt.* in Lex. Technol. Rh. p. 139. ſq. — V. 2. Verba καὶ παρὰ μουσοπόλοις quo ſpectent, non ſatis video.

¶. 194.] *XIX.* Cod. Vat. p. 202. In marg. numeri ϑριζ. Plan. p. 428. St. 562. W. Mars placentas, uvas roſasque in ara ſua politas reſpuit, ſanguine conſperſa ſacrificia poſtulans. Conf. Ep. *Leonid. Tar.* XLVII.

XX. Cod. Vat. p. 202. Appicti numeri ϡνγ. Plan. p. 428. St. 563. W. Ad Eupolin quendam carmen, donum natalitium, mittit. — V. 1. Reſpexit fortaſſe *Archiae* Ep. VI ταῦτά σοι ἔκ τ' ὀρέων, ἔκ τ' αἰϑέος, ἔκ τε ϑαλάσσης, Πὰν, ἔϑεσαν. — V. 3. Μουσῶν Plan. et Vat. Cod. — V. 4. μίμνει Vat. Cod. et Edd. vett. usque ad Aſcenſ. et Steph. qui μίμνοι receperunt.

XXI. Cod. Vat. p. 202. Numeri adſcripti φοϑ. Plan. p. 428. St. 563. W. Ad Agrippinam duo diſticha ἰσόψηφα mittit. — V. 1. Dum tibi, natales celebranti, ditiores pretioſa munera mittunt. Color, ut in *Horatii* L. IV. Od. VIII. 1 – 12. et ap. *Martial.* L. X. 87. 7 – 20. — V. 2. πέμψουσιν. Vat. Cod. — V. 3. Ἀγριππίνῃ ſuſpicatur *Steph.* citra neceſſitatem. Intelligenda eſt mater Nero-

nis, quae periit A. U. 812. — *ἰσάεας*, quoad numeros duo diſticha exaequans. — V. 4. Ejusmodi donis tribuendis par ſum, quae invidia non tangit: *Carmina poſſum Donare, et pretium dicere muneri.* Munera *πλούσια* enim *φθονερὰ*, invidiae obnoxia.

XXII. Cod. Vat. p. 202. Numeri additi *δεια*. Plan. p. 428. St. 563. W. Se majorem etiam, quam antea, in Epigrammatis ſcribendis brevitatem promittit ſectaturum, non diſtichon diſticho, ſed verſum verſui (pentametrum hexametro) exaequando.

XXIII. Miro errore hoc carmen inter *Leonidae* Epigrammata receptum eſt. In Plan. p. 34. St. 51. W. *Ἀντιγόνου* eſt. In Vat. Cod. p. 454. *Λουκιλλίου* inſcribitur, ut etiam in Cod. Bibl. Medic. ap. *Bandin.* p. 99. Prooemium ſecundo carminum ſuorum libro circumſpiciens, nullum ſibi aptius occurrere ait commemoratione beneficii a Nerone accepti. — V. 4. *Ὁμηρείῳ στόματι.* Muſa, Homeri ore locuta. *G. Wakefield* in Sylv. crit. T. II. p. 87. mallet *εἶπ' ἐν Ὁμ.* Bona lectio, ſi legeretur in codice; at ſcriptori obtrudendam non puto. Idem v. 5. *κἀμέ τε δεῖ* corrigit. — ¶. 195.] V. 7. Periiſſem, Muſae, niſi a Nerone accepiſſem pecuniam.

XXIV. Anthol. Plan. p. 324. St. 464. W. Miratur poëta, quod Venus armis utatur, quibus ei ad mortalium pectora expugnanda non opus ſit. Locum huic luſui dedit ſtatua Veneris armatae. Vide *Heyne* in Commentt. IX. p. 108. — V. 1. *Ἄρεος ἔντεα.* Martem enim ſpoliaſſe videbatur. *Philipp.* Ep. LIV. *Ἐς τί δὲ ταῦτ' ἐνέδυς ἀνδρεικτόνα; μὴ θρασὺν Ἄρη Συλήσας' αὐχεῖς;* — V. 3. Haec verba praecedentibus, *κενεὸν βάρος*, explicationis cauſa ſubjiciuntur. Si inermis Martem, deum, ſpoliare potuiſti, quid opus mortales armis petere?

XXV. Cod. Vat. p. 415. Edidit *Jenſius* nr. 6. Anth. *Reisk.* p. 114. nr. 657. Emendationes Viri D. in

Miſcell. Lipſ. IV. p. 109. hoc carmen invita Minerva tentantis, exagitat *Weſſeling.* Ep. ad Venem. p. 5. Conf. *Heringam* Obſ. crit. p. 189. *Toup.* Epiſt. crit. p. 56. Scriptum ad Dionyſium quendam, qui poëtae chartam et calamos miſerat, atramenti oblitus. — V. 1. Ἴτρια μ. β. ἀτονώδεα σ. καλάμοισιν. Vat. Cod. *Jenſius* ἀλοιώδεα dedit. Primam vocem in ἤτρια mutavit *Heringa*, probante *Toupio* et *Weſſelingio*. Eſt autem ἤτριον, λεπτόν τι ὕφασμα, interprete *Galeno* in Ἐξηγειασμένον. *Heſych.* ἄτριον. ὕφος λεπτόν. καὶ εὐάτρεια, εὐϋφεῖς. *Leonid. Tar.* Ep. VIII. τὰν ἄτρια κρινομένων Κερκίδα. Vide inprimis *Ruhnken.* ad Tim. p. 135. Vides, quam aptum ſit vocabulum de papyri *textura*. Cf. *Plin.* L. XIII. 23. p. 614. ubi vide *Harduin.* et *Caylus Abhandlungen* T. I. p. 223. verſionis germ. In hanc igitur emendationem omnes conſpirant praeter *Reiskium*, qui Ἰκρία – ἀλοιώδεα edidit. Ἰκρία de ſcapis interpretatur, i. e. de rotundis, teretibus papyri aegyptiacae voluminibus. Papyrum vero ἀλοιώδεα videri, *ſulcatam*, ſive propter fibras, ſive ob lineas in ea ductas. Idem tamen in Notis etiam γλοιώδεα tentat. *Bernardo* in Epiſt. ad Reisk. p. 506. δοναχώδεα in mentem venit; *Weſſelingio* ἀχνώδεα; *Heringae* ἀλοιώδεα (ut *Reisk.*) et ἀνεμώλια; ſed in neutra ſibi lectione ſatisfacit; *Br.* recepit correctionem *Toupii* χιονώδεα, *chartas nitidas et puras in ſcribendi uſum. Nonn. Dionyſ* XXXV. καὶ λευκῷ κόσμησε δέμας χιονώδεϊ πέπλῳ. Aliud quid latere puto in lectione; Cod. ἀτονώδεα, quod alii fortaſſe aliquando indagabunt. — V. 2. πέμπει. Vat. Cod. Νειλόρυτον. Idem. Utrumque in Apographis emendatum. — προβολῆς. In marg. Mſc. Jenſ. notatum: προχοῆς, *ab oſtio Nili.* Vulgata de ripa, excurſionibus fluvii praeſtructa, aggerisque ad inſtar eminente accipienda videtur. προβολαὶ de ripis ſimpliciter dixit *Dionyſ. Perieg.* v. 1118. ἄλλαι δ' ἰχνεύουσιν ἐπὶ προβολῆσιν ἀναύρων.

XXVI. Cod. Vat. p. 415. Edidit *Berkel.* ad *Stephan.* v. Νεῖλος p. 585. *Jenſius* nr. 8. Anthol. *Reisk.* nr. 659. p. 115. Pappo amico Leonidas munus natalitium mittit. — V. 2. βεβαιότατε. Vat. Cod. Si πάππε appellativum ſit, *Ruhnken.* in Epiſt. crit. I. p. 116. legendum cenſet πάππε σεβαστότατε; ſin nomen proprium, idem corrigit: καὶ βίον ἐν φιλίῃ Πάππε, βεβαιοτάτῳ. Hoc propius accedit ad codicis ſcripturam, quam id, quod *Br.* ex *Reiskii* emendatione recepit. Senſus eſt: Ingenium et orationem multifaria rerum ſcientia exornaſti; animum praeterea ita excoluiſti, ut in amicitia nemo te certior et conſtantior exiſtimari poſſit. — V. 4. δοιδοπόλων. Cod. Vat. quod *Heringa* emendavit.

XXVII. Cod. Vat. p. 414. Plan. p. 96. St. 140. W. — V. 1. γεαμμαῖσιν. *geometriae et aſtrologiae.* quem dicendi uſum exemplis docuit *Brodaeus.* Add. *Bud.* Comm. L. Gr. p. 252. Dum geometriae dabam operam, nobilibus Romanis ne per ſomnum quidem notus eram; nunc, poſtquam ad poëſin incumbere coepi, omnibus amabilis videor. — οὐδ' ὄναρ. Vide ad *Callim.* Ep. XV. 3. — V. 4. „In omnibus libris Οὐρανίην Καλλιόπη προφέρει, „contra graecae linguae uſum. Non deſunt tamen ſimi„lium conſtructionum exempla ap. Auctores, qui ex Ro„manorum commercio latinas loquendi formas in grae„cum ſermonem intulerunt. Οὐρανίην προφέρει, *Uraniam* „*ſuperat.*“ *Br.* Οὐρανίης emendavit *Joſ. Scalig.* in not. mſc. Muſae nomen aſtronomiae ſcientiam ſignificat. Reſpicitur autem ſatis lepide ad *Heſiod.* Theogon. v. 78. — Οὐρανίη τε Καλλιόπη θ' · ἡ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων.

¶. 196.] *XXVIII.* Cod. Vat. p. 313. Plan. p. 252. St. 365. W. Poeta, in navigatione cum multis periculis conflictatus, mari in poſterum renuntiat. — V. 1. Γαλήνην Vat. Cod. vitioſe. *Lucian.* de Dom. 12. T. III. p. 197. 18. ed. *R.* Καὶ ἡ θάλαττα ἱκανὴ προσκαλέσασθαι,

καὶ εἰς ἐπιθυμίαν ἐπισπάσασθαι ἐν γαλήνῃ φανεῖσα — ὥστε εἰ καὶ παντάπασιν ἠπειρώτης καὶ ἀπειρόπλους εἴη, πάντως ἂν ἐθελήσειε καὶ αὐτὸς ἐμβῆναι καὶ περιπλεῦσαι. *Lucret.* L. V. 1003. *Nec poterat quenquam placidi pellacia ponti Subdola pellicere in fraudem ridentibus undis.* Conf *Moſchum* fr. V. 1–3. — V. 2. φρῖκα. Ductum fortaſſe quod monuit cl. *Meinecke*, ex Il. ν. 63. οἵη δὲ Ζεφύροιο ἐχεύατο πόντον ἔπι φρίξ. quem locum recentiores certatim ſunt imitati. *Alciphron* L. I. 1. χρηστὴν ἡμῖν ἡ θάλασσα τοτήμερον εἶναι τὴν γαλήνην ἐστόρεσε – καὶ ἐπιφέρεται μὲν ὁ πόντος μελαινόμενος. ubi vide *Berglerum*. ἐπιφερττούσης ἠρέμα τῆς θαλάσσης navigare, optabile, ſecundum *Polluc.* L. I. 106. *Catull.* LXIV. 270. *flatu placidum mare matutino Horrificans Zephyrus proclivas incitat undas.* — V. 3. μ' omittit Vat. Cod. — V. 4. ἀντικορυσσάμενος. Vulgo. — Ut venti, (*luctantem fluctibus Africum. Horat.*) ſic nautae quoque cum undis tempeſtatibusque luctari dicuntur. *Aelian.* Epiſt. XVIII. ἀνέμοις μάχεται διαφόροις. *Alciphron* I. I. Ep. 11. p. 44. ἱστῶν ἐμπαίζων ἀνέμοις καὶ κύμασιν ἀπομάχεσθαι.

XXIX. Cod. Vat. p. 415. τοῦ αὐτοῦ (Λεων. Ἀλεξ.). In Plan. p. 19. St. 30. W. *Archiae* inſcribitur. Hiſtoria de puero, quem, in rupe repentem, mater mamma exſerta et oſtenſa revocavit. Idem argumentum tractavit *Parmenio* Ep. VIII. qui puerum non de rupe, ſed de tecto, ἀπὸ κεράμων, deſpexiſſe narrat: παιδὸς ἀφ' ὑψηλῶν κεράμων ὑπὲρ ἄκρα μέτωπα κύπτοντος. quod haud paulo veriſimilius. ἀπὸ κρημνοῦ habet Vat. Cod. — V. 4. λιμοῦ omnes edd. veteres. λοιμοῦ ex Aſcenſ. dedit *Stephan.* Verum vidit *Huetius* p. 5. — βύτρα ex membranis receptum pro λύτρα.

XXX. Cod. Vat. p. 199. Λεωνίδου. Plan. p. 48. St. 70. W. „Leonidae Tarentini eſt hoc Epigramma, ut e „ſtylo et comparatione Ep. XIII. T. I. p. 223. mani„feſtum eſt.“ *Br.* Quaedam hinc ſumſit *Ariſto* Ep. II.

p. 258. — Mures Leonidas e paupere ſuo tugurio in opulentiorum domos ablegat. — V. 1. 2. profert *Suidas* in σκότιοι T. III. p. 337. — V. 2. Apogr. Gudian. cujus varietates enotatas habebat *Schneiderus*, ἔχει pro οἶδε exhibet; quod manifeſtum gloſſema. In Vat. Cod. μυσικτὴν fuit a pr. man. μοι σικὴν man. ſec. De σικὴν vide ad Ep. *Leonid. Tar.* IX. p. 71. — V. 3. *Suidas* laudat v. κρῖμνον T. II. p. 375. ubi ἔχων legitur, quod *Schneiderus* probavit, et, ejus judicium amplexus, *Br.* κρῖμνα *Schol.* ad h. l. τοὺς ἐκ κριθῶν ἄρτους interpretatur. Apud *Babrium* (vide *Tyrwhitti* fr. Babrii p. 56. ed. Harl.): Ἐγὼ δὲ λιτῆς οὐκ ἀφίξομαι βώλου, Ὑφ' ἣν τὰ κρῖμνα μὴ φοβούμενος τρώγω. *Me ſylva cavusque Tutus ab inſidiis tenui ſolabitur ervo. Horat.* II. Serm. VI. 121. *Perſius* III. 25. *rure paterno Eſt tibi far modicum, purum et ſine labe ſalinum.* — V. 4. ἐκ πατέρων. Plane ut *Theocrit.* Eid. XVI. 33. ἐχὴν, ἐκ πατέρων πενίην ἐκτήμενος κλαίων. In fine praecedentis verſiculi comma ponendum. — V. 5. „Hic recte Stephanus edidit φιλόλιχνος. Planudeae „Codd. et edd. vett., ut et *Suidas*, φιλόλυχνος.“ *Br.* Vide ad Ep. *Antiphili* XXII. Ap. *Suidam* tamen in μετάλλοις T. II. p. 539. φιλόλιχνος reperio, ſaltem in Ed. *Kuſteri.* Sic etiam Vat. Cod. qui cum *Suida* conſpirare ſolet. — V. 6. 7. *Suidas* in σκυβαλίζεται T. III. p. 339. exhibet ἀπὸ δειπνιδίου γενόμενος. Sic plane Vat. Cod. γενόμενος eſt in Ed. pr. et Ald. pr. γευσόμενος Aldus invenit in Cod. Hoc verum. — Quid eſt, quod hunc perſcruteris angulum, ubi ne purgamenta quidem et reliquias cibi guſtabis? — V. 7. τἀμὰ δὲ λιτά. *Ariſto* l. c. ἐπεὶ λιτὴν εἰλέομεν καλύβην. *Gaetulici* Ep. III. λιτὰ τάδ' ἐκ λιτοῦ δῶρα Λεωνίδεω, ut nos quidem ſcribendum eſſe putamus. — V. 8. *Suidas* in ἀρμαλιά. ἡ τροφή. T. I. p. 332. Cod. Gudian. οἴσεαι et ἀρμαλιήν. *Theocrit.* Eid. XVI. 35. ἀρμαλιὴν ἔμμηνον. *Apollon. Rhod.* L. I. 393. ἐν δὲ οἱ ἱστὸν, Ἀσίφιλά τ' εὐποίητα, καὶ ἀρμαλιὴν ἐβάλοντο.

XXXI. Cod. Vat. p. 414. „In Planudea p. 119. St. „173. W. adſcriptum eſt Archiae. In Vat. Cod. titulus „τοῦ αὐτοῦ, et ſequitur poſt aliud Leonidae, quod ἰσόψη„φον eſt. Hoc etiam ejusdem forte nugatorii generis eſt, „quod alii viderint. Idcirco lectionem codicum omnium „repraeſentavi, quam in alius poëtae carmine confiden„ter vitiatam pronuntiarem. Sed arithmeticae inten„tus Leonidas eam in nomine proprio licentiam ſibi „ſumere potuit. Scilicet in Vat. Cod. et quatuor Pla„nudeis, quos ſequuntur editiones veteres, οὐ τόσον „Ἀθάμας ἐτεμήνατο. Stephanus primus edidit: οὐ τόσον „οὐδ' Ἀθάμας. Potuiſſet, meo quidem judicio, melius, „οὐχὶ τόσον Ἀθάμας.“ *Br.* Cl. *Meinecke*, computatione inſtituta, invenit, non eſſe ἰσόψηφον. *Archiae* ingenium refert. Initio fortaſſe ſcribendum οὐ τόσσον Ἀ. Poſterior ſyllaba in τόσσον propter caeſuram producitur. Sic *Opſopoeus* habet. — Zelotypiam inſaniâ graviorem eſſe, docet ex comparatione Athamantis cum Medea. — V. 2. *G. Wakefield* Sylv. crit. IV. p. 180. malit ἐτεκνοφόνα. *caedem liberorum meditatur.* *Suidas:* φονᾶν. ἑτοίμως πρὸς τὸ φονεύειν ἔχειν.

¶. 197.] *XXXII.* Cod. Vat. p. 508. Plan. p. 172. St. 251. W. Ad hominem, neſcio quem, qui in convivio lautiores cibos in fine epularum appoſuerat. — V. 1. πεῖθω. languente ſtomacho et plura recipere recuſante. πλήθω notaverat *Caſaubonus* in Schedis. — V. 2. σῦτα. In deliciis habebant Romani. Vide *Caſtellan.* de Carn. Eſu L. II. 2. Theſaur. Gronov. T. IX. p. 385. ſq. — ἄρτα. Vat. Cod. quod probabat *Salmaſius* in not. mſtis. ἄρτα vocari τὰ τεμάχη, quia ſuſpenderentur. — τεμάχη χοίρων. fruſta ſuillae. — V. 3. ἐργοπόνοισιν. *agricolis.* vox alibi vix obvia. ἔργον de agris cultis poëtae uſurpare ſolent. Cf. *Interpp. Heſych.* v. ἔργα p. 1417. Suſpectum tamen fuit vocabulum *Caſaubono*, qui adſcripſit ἀγροπόνοισι. Frequenter ἔργον et ἀγρὸς per-

mutantur. Vid. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 732. — Pro μετὰ Vat. Cod. vitiose μέγαν legit.

XXXIII. Cod. Vat. p. 202. Bis legitur in Planud. p. 416. et 428. St. 551. et 562. W. „Leonidae tribuit „Vat. membr. itidem in duobus Plan. codd. Leonidae „adscriptum, sed etiam in sexto libri capite positum, „cui titulus Ἰσόψηφα. Sic inverso ordine legitur: Ἐκ „σφετέρης τυφλὸς ἦν παλάμης, καὶ γίνετο πόσσις Μητέρι, καὶ „τεκέων ἦν πόσις Οἰδιπόδης.“ *Br.*

XXXIV. Cod. Vat. p. 359. Λεωνίδου. Plan. p. 4. St. 8. W. Historia de coeco et claudo. Idem argumentum tractavit *Plato jun.* Tom. I. p. 175. *Philipp.* Ep. LXIX.

XXXV. Cod. Vat. p. 415. *Leonidae Alexandrino* tribuit, quod in Plan. p. 7. St. 12. W. *Archiae* tribuitur. Miles fortissimus, gravi morbo laborans, ensem sibi in pectus adigit. — V. 1. ὃν πόλεμος. is, cui Mars prae timore pepercit. Frigida hyperbole. — V. 2. θλίβομ' ἐν. Vat. Cod. — ἐν ἰδίῳ πολέμῳ. Morbum indicat, tanquam bellum, quod quis cum sua ipsius natura gerit. — ὅλος. Edd. vett. ὅλως, usque ad Ascens., quae ὅλος dedit. — Similem de Aelio Romano historiam narrat *Apollonid.* Ep. XII. *Philipp.* Ep. XXV.

XXXVI. Hoc quoque carmen in Cod. Vat. p. 414. *Leonidae* nostro adscribitur, cum in Plan. p. 43. St. 63. W. iterum sit *Archiae.* Hoc verius puto. Videtur erratum esse ab eo, qui Vat. Cod. concinnavit, ut in hoc capite *Leonidae* quaedam cum *Archiae* carminibus confunderet. — Scriptum est in boves, navibus trahendis adhibitos. — V. 1. κάρσεσιν ex Lectt. Aldinae pr. in Ald. sec. et tert. venit. — V. 2. κήν. Vulgo. κὴν πόντου. Vat. Cod. — ἑλκόμεθα. Plan. Nostra lectio, quam Vat. membr. praestant, unice vera. Boves navigia ex ponto ad litora trahunt; hinc ἑλκόμεθα. — V. 3. ἔργα γὰρ

εἰρήνης. Vitium his verbis inhaeret, a nemine interpretum animadverſum. Boves, naves trahentes, Non terram ſolum aramus, inquiunt, ſed rei nauticae quoque navamus operam. Didicimus enim opera pacis. — Quae ſunt, quaeſo, illa pacis opera, εἰρήνης ἔργα? Navium certe e ponto trahendarum negotium non majori jure *pacis opus* vocetur, quam aratio. Huic difficultati ut obviam irent interpretes, verba, ἔργα γὰρ εἰρήνης δεδιδάγμεθα, ſic explicare conati ſunt: At huic negotio non ſumus nati. Pacis enim opus (arationem) didicimus. Sed, ne quid dicam de enuntiationis illius ellipſi, quae in hoc contextu nullo modo ferri poteſt, ne ſic quidem bene procedit interpretatio. Quid eſt enim, quod aratio eximie appelletur εἰρήνης ἔργον? cum praeſertim navigatio quoque non belli ſolum cauſa ſuscipiatur, ſed multo ſaepius ob merces arceſſendas commutandasque. Hinc apparet, quanti facienda ſit Scholiaſtae interpretatio: αἱ γὰρ τριήρεις ὡς ἐπὶ τὸ πλέον ἐπὶ ναυμαχίαν εἰς τὴν θάλατταν ἕλκονται. λέγει οὖν ἄρα, ὅτι τῆς πολιαρχουμένης οὐκ ἔξεστιν ἀροῦν καὶ τὰ περὶ γεωργίαν ἐκπονεῖσθαι ἀνθρώποις. Unde is, qui hoc ſcholion concinnavit, noverat, de triremibus agi? — Sed ne longum faciam, ſcribendum videtur:

ἔργα γὰρ εἰρεσίης δεδιδάγμεθα.

En, naves ex ponto adducimus; jam enim rem nauticam didicimus facere. Hanc lectionem ſequentia confirmant. Quum nos mare ſulcemus, boves inquiunt, delphinos noſtram vicem arare par eſt. — Similis argumenti Epigr. infra legitur inter *Philippi* Ep. XXVII. — V. 4. γαίης Vat. Cod.

¶. 198.] *XXXVII.* Vat. Cod. p. 310. ſq. τοῦ αὐτοῦ. Praecedit Ep. *Leonidae Tarentini* LXXXII. Huic igitur reddendum. In Plan. p. 213. St. 310. W. gentile non additur. Supervacaneum eſſe ait ſumtum circa moni-

menta, quae defunctos non juvent, sed onerent. — V. 1. γαίης μικρὴ κόνις. *exigua pulveris munera.* — V. 2. ἐπιθλίβει. Mausolo de monimento ipsi exstructo glorianti respondet *Diogenes* ap. *Lucian.* M. D. XXIV. 2. T. II. p. 217. ed. bip. σὺ δὲ, ὦ βέλτιστε, οὐχ ὁρῶ ὅτι ἀπολαύεις αὐτοῦ, πλὴν εἰ μὴ τοῦτο φὴς, ὅτι μᾶλλον ἡμῶν ἀχθεφορεῖς ὑπὸ τηλικούτοις λίθοις πιεζόμενος. — V. 3. οἵ με θανόντα. Haec sic expedire conatus est *Brodaeus: mihi cippi et elogii vice eris posteritas, cui mei memoriam relinquens humo me attollam.* Sensus, per se quidem minime ineptus, quomodo ex graecis verbis elici queat, non video. Si οἱ est pro αὐτοι, (hi me defunctum scient, noverint,) primum non apparet, ad quos referendum sit pronomen; nec τοῦτο sensum habet idoneum. Codices nihil juvant. In Vat. habetur: γνώσονθ' Ἀλκάνδρῳ. *Jos. Scaliger* Ἀλκάνδρου emendavit; utinam et reliqua expedire suscepisset! In Ed. pr. Ἄλκανδρες. Hoc fortasse verum. Scripserim equidem:

οἵ με φιλοῦντες
γνώσονθ', Ἄλκανδρες τῆδ' ὅτι Καλλιτέλευς.

Qui me amant, scient, quamvis nullo elogio edocti, *hic Alcandrum Callitelis filium jacere.* Sensus certe bonus, quamvis veritatem lectionis φιλοῦντες praestare non ausim.

XXXVIII. Cod. Vat. p. 293. Plan. p. 286[a]. St. 414. W. In Bianorem, filiae duodecim annorum cippum inscribentem. — V. 2. πότμον ὀφειλόμενον. quos eum secundum naturae leges et ordinem praecedere fas erat. πότμον ex Vat. Cod. receptum. Vulgo τύμβον. — V. 4. ἀλλ' ἀίδᾳ. Vide similia ad *Meleagr.* Ep. CXXV.

XXXIX. Cod. Vat. p. 253. Λεωνίδα ἢ Ἀντιπάτρου. Uni *Leonidae* inscribit Plan. p. 218. St. 317. W. Elegans hoc Epigramma nisi *Antipatri* est, Alexandrino certe *Leonidae* tribui nequit. Timon loquitur, praetereuntibus mala imprecatus. Conf. Ep. *Callimachi* XXXIX.

— V. 2. μήθ' ὅστις, μή τινος. Vulgo. In vita Platonis edita in Bibl. Lit. et Art. V. p. 14. haec sic leguntur sine auctoris nomine: Τήνδε σὺ τὴν στήλην παραμείβεο· μήτε με χαίρειν εἰπών, μηδ' ὅστις, μή τινος, εἰρόμενος. — In Vat. Cod. ἐξετάσῃς a man. sec. — V. 3. Quod ni feceris, viam, quam instituisti, ne perficias, precor. Sin, ut volo, tacitus praeterieris, nec sic tamen perficias eam. Praeclara conversio ad Timonis in omnes odium significandum. — Notandum, ἀνύειν ὁδὸν h. l. esse simpliciter *ire*, *incedere per viam*, sive *festinare*, cum saepius *viam perficere* significet.

XL. Cod. Vat. p. 313. Ἰσόψηφον. Plan. p. 252. St. 365. W. Expressum ex *Theodoridae* Ep. XVI. Naufragus verba ad nautas facit. — V. 2. ἐκυντοπόρει. Vulgo. ἐνηοπόρει. Vat Cod. et sic Aldus in Cod. scriptum invenerat. Stephan. Ascensianae lectionem sequitur, quae ipsa Ed. princ. expressit.

XLI. Cod. Vat. p. 312. Λεωνίδου. „Male in Plan. „p. 261. St. 376. W. ultimum distichon a superioribus „avulsum. Περιστερὶς nomen est matris duobus liberis „orbatae: in Vat. Cod. scriptum Περιστερή. Hoc etiam „Leonidae Tarentini esse credo.“ *Br.* In marg. Wechelianae legitur: Θεοκρίτου Συρακουσίου. Est in puellam septem annorum, quae fratris bimuli desiderio exstincta est. — V. 2. πολιῆς. Vulgo. In marg. Wechel. πολλῆς notatur. Et sic Vat. Cod. Vulgatam reponendam judicat *Wakefield* in Sylv. crit. T. II. p. 34. Totum hoc hemistichion vehementer languet. — V. 5. Περιστερή. Cod. Vat. ut Aldus quoque in Cod. reperit. In marg. Wechel. notantur haec: γρ. (ὡς λέγει τις) καὶ αἳ αἳ ἐλεεινὰ, ἀνθ' ὧν ἄλλος ἂν λέγοι, αἳ ἐλεεινὰ, καὶ ἐξῆς παθοῦσα, καὶ οὕτω τὰ λοιπά. — V. 6. ἀνθρώπους. Vat. Cod. — Ad τὰ δεινότατα in marg. Wechel. habetur: γρ. καὶ λυγρότατα.

§. 199.] *XLII.* Cod. Vat. p. 414. τοῦ αὐτοῦ (*Leon. Alex.*). Plan. p. 103. St. 152. W. Ἀρχίου. In Hecatony-

mum furem, vite usque ad necem verberatum. Bene mouuit *Brodaeus*, Hecatonymum illum militem videri gregarium. Milites enim vite caedebantur. Vide *Pichenam* ad *Taciti* Annal. I. 23. et praecipue *Fabricium* ad *Dion. Caſſ.* T. II. p. 798. Caterum Draconis et Solonis leges uvarum furibus mortem deſtinabant. *Alciphron* L. III. Ep. XL. μέμφομαι τῷ Σόλωνι καὶ τῷ Δράκοντι, οἳ τοὺς μὲν κλέπτοντας σταφυλὰς, θανάτῳ ζημιοῦν ἐδικαίωσαν, τοὺς δὲ κ. τ. λ. ubi vide *Bergler*.

XLIII. Cod. Vat. p. 293. Ἰσόψηφον. Plan. p. 209. St. 305. W. — V. 2. „Vat. Cod. et Planudeae plures bis „Δικαιοτέλους. Utrum verum ſit, viderint, quibus otium „fuerit, calculum ſubducere notarum. Nam hoc, ut „fere omnia, ἰσόψηφον eſt.“ *Br.* Cl. *Meinecke*, experimento facto, literarum ſummas in utroque diſticho ſibi non reſpondere invenit. — V. 1. Δαίμων Ἀργεῖος. Has voces cippo inſculptas fuiſſe apparet. Δαίμων nomen proprium eſt viri, ejusque Argivi. Quaerit viator, quis ille fuerit; an forte idem cum Dicaeotelis fratre. — Reliqua expedita ſunt. — δαίμων *Brodaeus* de daemone quodam accepit; ſive Echo ſic appellari exiſtimavit. Utrumque perperam. Pro ἐπ' ἠρίῳ vide an ὑπ' ἠρίῳ legendum ſit.

CAPITONIS DISTICHON.

Capitoni hoc diſtichon tribuitur auctoritate Cod. Vat. p. 98. In Plan. p. 481. St. 625. W. *Nicarcho* inſcribitur, et conjunctum eſt cum Ep. *Archiae* II. Separanda eſſe haec diſticha, viderat *Huet.* p. 48. et *Joſ. Scaliger* in not. mſc.

CORNELII LONGINI EPIGRAMMATA.

¶. 200.] *I.* Vat. Cod. p. 174. Plan. p. 420. St. 555. W. Leonidas, pauper, ſed juſtus, Veneri ſacrum facit. Idem argumentum exornavit *Gaetulicus* Ep. III. ubi vide not. — V. 1. 2. laudat *Suidas* T. I. p. 92. in ἀκεραιφνοῦς. ἀκηρεφανοῦς. οἱονεὶ ἀβλαβοῦς. κὴρ γὰρ ὁ θάνατος. Nihil hac interpretatione ineptius. ἀκεραιφνὴς derivandum ab ἀκέραιος, κεράω *non mixtus purus* Hinc πενίη ἀκεραιφνὴς, ut ἄκρητος, *magna paupertas.* *Heſych.* ἀκεραιφνής. καθαρός. ἀκριβής. ἀληθής *Heliodor.* V. p. 224. ἀμεμφέσου δὲ Αἰθιοπίδος ἀκεραιφνὴς μὲν καὶ ἐκ βάθους ἐαρινή τις ὥρα πνεῦσται. — Magna, ſed juſta, paupertas Leonidae, ut Menae illius Horatiani I. Epiſt. VII. 56. *tenui cenſu, ſine crimine noti.* — V. 2 Κόρις. Vat. Cod. — V. 3. ἐπὶ φυλλίδα. Vat. Cod. *Suidas* T. I. p. 841. ἐπιφυλλίδα. μικρὸν βοτρύδιον. Vide *Schol. Ariſtoph.* Ran. 92. Uvae ſunt parvae, nullius pretii, quas vindemiatores relinquunt. — V. 4. »δρύπετα. Sic Vat. Cod. et Planudeae quatuor. »δρύπετα praeferebat Salmaſ. veteris atticiſmi vocem »eſſe notans. At diverſa ſunt δρυπέτης et δρυπέπης, de »quorum permutatione videndus Pierſon ad Moerin »p. 121. Scholion in Cod. Ja. Laſcaris: δρύπεπα. ἐλαίαν, »τὴν ἐπὶ τοῦ δένδρου πεπανθεῖσαν. ὡσαύτως καὶ ἡ ἰσχάς. Unde »videre eſt, recte a Kuſtero Suidam emendatum fuiſſe »in δρυπέπης, qui tamen non audiendus, quando hîc ait »reponi debere δρύπαν." *Br.* De discrimine inter δρυπετεῖς et δρυπεπεῖς disputavit etiam *Bod. a Stap.* ad *Theophr.* IV. p. 313. Illas enim eſſe olivas ob maturitatem deciduas; has autem, quae in arbore ad maturitatem perveniſſent. Sunt tamen, qui ſemper δρυπεπεῖς ſcribendum exiſtiment, unde Latinorum *drupa* originem duxit. Vide ad *Phaniae* Ep. V. — ἁλίπαστον. Olivam

ἀλινήκτειραν vocavit *Gaetulicus* l. c. Ceterum δεύτερα h. l. legitur in Ed. Fl. et Ald. pr. δεύτερα in Ald. ſec. et tert. Aſc. et Steph. — τὴν νομίην Vat. Cod. a pr. man. — V. 5. στ. τὴν ἀ. Vulgo et in Vat. Cod. — Vini libationem affert, unde faecem delibavit, et quidem ἀσάλευτον, cado vel poculo non commoto, ne ſcil. faex cum vino commiſceretur. — V. 6. νόσου. Ed. Flor. — V. 7. Si me a paupertate ſervaveris, majoribus tibi hoſtiis litabo. Quare feſtina, precor, o Diva, me opulentiorem facere, ut mox lautiora a me accipias munera.

II. Deſideratur hoc carmen in Vat. Cod. ut fere omnia quae in artis opera conſcripta ſunt Epigrammata. Plan. p. 313. St. 453. W. Phaſis laudatur, quod Cynegirum non, ut alii, manibus privatum pinxerit. Statuae Cynegiri ſine manibus meminit *Lucian.* in Demonacte p. 1013. Eundem in Poecile fuiſſe pictum, ait *Plin.* L. XXXV. 34. p. 690. et alii, quos laudat *Wernsdorf.* ad *Himerii* Or. X. 2. p. 564. ſq. Idem loca veterum de Cynegiri facinore excitavit ad Or. II. 21. p. 404. — V. 1. Κυνέγειρε. Hunc pedeſtris orationis ſcriptores Κυναλγειρον appellare ſolent. Vide *Weſſel.* et *Valcken.* ad *Herodot.* L. VI. 114. p. 491. Vulgo legitur Κυνέγειρε τὸν ὡς Κ. quod *Brunckius*, ex ingenio procul dubio, ſed parum feliciter, mutavit in καθώς. Mihi emendandum videtur minima mutatione:

Οὗ σε, μάκαρ Κυνέγειρε, ἐτόμως Κυνέγειρον ἔγραψε
Φᾶσις, ἐπεὶ βειραῖς σ' ἄνθετο σὺν παλάμαις.

Phaſis, pictor, Cynegirum, cui hoſtium navem manibus retinenti utraque manus amputata eſt, non tamen mutilum, ut poſt nobile illud facinus *revera* fuit, ſed integris manibus pinxerat. Idque non ſine cauſa idonea. Prudentiſſimus enim pictor eum manibus noluit privare, qui per manus ſuas immortalem nactus eſt gloriam. ἐτόμως ἔγραψε, *vere et ad vivum expreſſit.* ut *Erinna* Ep. I.

ταύταν γοῦν ἐτύμως τὰν παρθένον ὅστις ἔγραψεν,
εἶκ' αὐδὰν ποτέθηκ', ἦς Ἀγαθαρχὶς ὅλη.

Theocrit. Eid. XV. 81. ποῖοι ζωγράφοι τἀκριβέα γράμματ' ἔγραψαν· Ὡς ἔτυμ' ἑστήκαντι, καὶ ὡς ἔτυμ' ἐνδινοῦντι. ad quem verſum *Valckenar.* poteſtatem verbi ἐτύμως illuſtravit p. 375. A. — V. 4. τῶν χειρῶν. Vulgo. τὰν ex *Stephani* emendatione receptum eſt.

PARMENIONIS MACEDONIS EPIGRAMMATA.

¶. 201.] *I.* Cod. Vat. p. 414. Plan. p. 65. St. 94. W. In Epigrammate brevitatem ſectandam eſſe. Vide *Cyrilli* Ep. T. II. p. 491. *Plato* de Legg. L. XII. p. 958. E. de iis, quae circa ſepulturam curanda ſunt, agens, λίθινα ἱστήματα, ait, μὴ μείζω ποιεῖν ἢ ὅσα δέχεσθαι τὰ τοῦ τετελευτηκότος ἔγκώμια βίου, μὴ πλείω τεττάρων ἡρωϊκῶν στίχων. — V. 1. φαμί. Vat. Cod. — V. 2. σταδίῳ. Paroemiace dictum. Dolichos quatuor et viginti ſtadia continet, ſecundum *Suid.* v. δολιχός. Sed vide *Kuſterum.* Ad rem praeſentem nihil facit, quot ſtadia τοῖς δολιχοδρόμοις percurrenda fuerint; ſenſus vel ſic perſpicuus. — V. 3. ἀνακυκλοῦται. Vat. Cod. — Dolichodromis ſtadium ſaepius percurrendum. — Ad ἐλαυνόμενος repetendum videtur δρόμος. In ſtadio curſus, celeri impetu peractus, nonniſi una reſpiratione indiget.

II. Cod. Vat. p. 93. Plan. p. 480. St. 624. W. — V. 1. ἐς Δ. Vat. Cod. — ἔρευσας. Edd. vett. — μὴ τρέσῃς. Conqueritur Jupiter ap. *Lucian.* D. D. II. 2. quod a mulieribus non ametur: ἀλλά με δεῖ — κρύπτειν ἐμαυτὸν· καὶ δὲ τὸν μὲν ταῦρον, ἢ κύκνον φιλοῦσιν, ἐμὲ δὲ ἢν ἴδωσι, τεθνᾶσιν ὑπὸ τοῦ δέους.

III. Cod. Vat. p. 93. Plan. p. 480. St. 624. W. — V. 1. χρυσοῦ. Elegans apoſiopeſis: ἀντὶ χρυσοῦ εἶχε. ut ap. *Lucian.* D. D. XV. 2. ἐγὼ δὲ ἤδη ποτὲ τὴν Ἀφροδίτην. — Fabulam de Jove *Parmenio* interpretatur, ut ſupra *Antip. Theſſ.* Ep. III. — δοκέω δ', ὅτι καὶ Δανάῃ Ζεὺς Οὐ χρυσὸς, χρυσοῦς ἦλθε φέρων ἑκατόν.

IV. Cod. Vat. p. 517. Παρμενίωνος. Edidit *Reiske* ex Schedis Lacrozianis in Not. Poët. p. 257. ubi Παρμένιδος inſcribitur. In pauperem quendam, qui, ne fame conſumeretur, cum vetula cubabat; at, in vetulae amplexibus haerens, famem minus gravem exiſtimabat. Rhetor ille ap. *Lucian.* T. III. p. 26. ed. *R.*, qui vetulam duxerat τὰ ψυχρὰ ἐκεῖνα ait, τὰ ἐκ τῆς σοφοῦ φιλήματα, ὑπερήδιστά μοι ἐποίει ὁ λιμός. Facit huc *Athen.* L. XIII. p. 584. B. Παρασίτου τινὸς ὑπὸ γραὸς τρεφομένου καὶ τὸ σῶμα εὖ ἔχοντος, χαριέντως, ἔφη, ὦ νεανίσκε, τὸ σωμάτιον διάκεισαι. τί οὖν εἶεν; εἰ μὴ ἐδευτεροκοίτουν; τῷ λιμῷ ἂν, ἔφη, ἀπέθανες. — V. 2. δ' εἰ τὸ δυνηρότερα. Vat. Cod. Noſtrum habet *R.* Malim praeterea:

ἡ κοίτη δ' ἔστ' ὀδυνηροτέρα.

— V. 3. Priore loco Vat. Cod. εὔχετο, altero ηὔχετο exhibet; *R* bis εὔχετο. Equidem bis ηὔχετο ſcripſerim. — V. 4. Φυλλίς. *Reisk.* Nomen Φίλλις ſupra legitur ap. *Perſam* Ep. VIII. — ἴδε. Vide, quaeſo, pauperis hujus pueri inconſtantiam, animique levitatem. — V. ἄκληρος ſic uſus eſt *Homer.* Od λ. 488 ubi Achilles, βουλοίμην, air, ἐπάρουρος ἐὼν θητεύοιμεν ἄλλῳ Ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη.

¶. 202.] *V.* Anth. Plan. p. 333. St. 473. W. Junonis hoc ſignum, Polycleti opus, in ſolio ſedentis, ex auro et ebore concinnatum, memorat *Pauſanias* L. II. 17. p. 148. — V. 1. ὄμμασιν ἀθρήσας. Artifices, qui deorum ſpeciem cum praeſtanti arte expreſſerunt, deos ipſos vidiſſe dicuntur; ut in *Platon.* Ep. IX. ubi Venus,

Venus, ſimulacro ſuo Cnidi conſpecto, *πού*, ait, *γυμνὴν εἶδέ με Πραξιτέλης*; — V. 2. *ὅσην*. Niſi ad magnitudinem et amplitudinem ſtatuae referendum eſt, quod mihi optimum videtur, de iis divini corporis partibus accipi debet, quas Polycleto videre licuiſſet. Erat autem illud ſignum *μεγέθει μέγα, eximiae magnitudinis*, ut *Pauſanias* ait. *Arnaldus* in Anim. Crit. p. 15. *ὅσην* pro *εἵην* poſitum exiſtimat; quod an fieri poſſit, dubito. — V. 3. *κάλλος ἔδειξεν*. Haud ſcio, an haec obverſata ſint *Maximo Tyr.* Or. XIV. p. 260. ed. *R. μηδὲ αὖ τὴν Ἥραν, εἴκν Πολύκλειτος Ἀργείοις ἔδειξε, λευκώλενον, ἐλεφαντόπηχυν, εὐῶπιν, εὐέλμονα, βασιλικὴν, ἱδρυμένην ἐπὶ χρυσοῦ θρόνου. — ἔσον θέμις. Plato* Ep. XI. *Πραξιτέλης οὐκ εἶδεν, ἃ μὴ θέμις. Anacreon* Od. LI. 9. de Venere diſco inſculpta: *ὁ δέ νιν ἔδειξε γυμνὰν, χ' ὅσα μὴ θέμις ὁρᾶσθαι, μόνα κύμασιν καλύπτει. Democrit.* infra p. 260. item de Venere Anadyomene: *στέρνα μόνον φαίνουσα, τὰ καὶ θέμις. Libanius* in Opp. T. II. p. 567. C. *ἔδειξε δὲ Ἀκταίων, ἰδὼν, ἃ μὴ θέμις.* Idem p. 727. C. *τὰ δὲ μετὰ τὸν μαζὸν συνέχει ζωστὴρ. οὐκ ἐῶν τὸ πλέον ὑποῤῥεῦσαι παντάπασι, καὶ παρασχεῖν ἀνδρῶν ὀφθαλμοῖς, ἃ μηδὲ γυναῖκα θέμις ἰδεῖν.* ut h. l. emendavit *J. Pierſon* in Veriſim. p. 85. — *μορφαί. forma ſingulorum membrorum ſub palla latentium* explicat *Heynius* in Comment. X. p. 105.

VI. Plan. p. 334. St. 474. W. In Nemeſin Rhamnuſiam. Unice huc facit, ad Epigrammatis argumentum explicandum, *Pauſan.* L. I. 33. p. 81. *Δεκεῖ δὲ καὶ τοῖς ἐπιβᾶσιν ἐς Μαραθῶνα τῶν βαρβάρων ἀπαντῆσαι μήνιμα ἐκ τῆς θεοῦ ταύτης (Νεμέσεως)· καταφρονήσαντες γὰρ σφίσιν ἐμπεδὸν εἶναι τὰς Ἀθήνας, ἐλεῖν λίθον Πάριον, ὃν ὡς ἐπ' ἐξεργασμένοις ἤγον ἐς τρόπαιον τείσειν. τοῦτον Φειδίας τὸν λίθον ἐργάσατο, ἄγαλμα μὲν εἶναι Νεμέσεως.* Conf. *Theaeteti* Ep. IV. Ep. *ἀδέσπ.* CCLVII. *Meurſium* de Popul. Att. v. *Ῥαμνεῦς.* — Alii hanc ſtatuam Phidiae, alii Agoracriti opus eſſe dicebant. Cf. *Junium* in Catal. Pict. p. 8. — V. 3. *ἔνδι-*

κος. Perſarum ſuperbia et inſolentia pro merito punita. — V. 4. σοφίης. Peritiam in artibus ſignificare videtur; ut paſſim. Vide ad *Anacreont.* Ep. III. V. I. 1. p. 197. ſq.

VII. Cod. Vat. p. 367. Plan. p. 70. St. 102. W. In novercas. Cf. inprimis Ep. ἀδέσπ. CCCCXXX. Fortaſſe Hippolyti imago quaedam huic diſticho occaſionem dedit. — V. 1. χόλος. Novercae malus in privignos animus nunquam non ira incitatur. Si Cod. praeberet νέος, id non ſpernerem. *Euripid.* Alceſt. 309. Ἐχθρὰ γὰρ ἡ πιοῦσα μητρυιὰ τέκνοις Τοῖς πρόσθ', ἐχίδνης οὐδὲν ἠπιωτέρα.

VIII. Cod. Vat. p. 374. ſq. In Plan. p. 120. St. 173. W. *Antipatro Theſſalonicenſi* tribuitur. Eandem hiſtoriam narrat *Leonid. Alex.* Ep. XXIII. — V. 1. μέτωπα. de tecto deſpiciens, ſuper τὰ μέτωπα incubuit. — V. 2. μοῖραν vulgo. quod non habet, unde pendeat, *Br.* recepit lectionem Cod. Vat. μοῖρα ἄφοβον, χρῆμα ſcil. Infantes mortem non timent, non magis ac pericula. — V. 3. ἐξόπισθε et μετέστρεψε. Vat. Cod.

IX. Cod. Vat. p. 407. Plan. p. 7. St. 12. W. In trecentos illos Spartanos, qui Perſis ad Thermopylas reſtiterunt. In Ed. pr. hoc carmen ἄδηλον. *Parmenionis* nomen in Cod. invenit Aldus. — V. 1. ἀμειφθείσαισι κελεύθοις. Viis terrae marisque commutatis, terrâ nimirum navibus, mari pedeſtri itinere transmiſſo. In hoc Perſarum itinere exornando veteres ſcriptores inter ſe certarunt. Inprimis huc facit *Iſocrates* in Paneg. c. 25. qui Xerxen eo inſolentiae progreſſum eſſe ait, ὥστε τῷ στρατοπέδῳ πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάσσης. quod expreſſit *Cicero* de Fin. II. 112. Xerxen *maria ambulaſſe, terram navigaſſe* dicit. *Virgil.* Culex 32. *Nou Hellespontus, pedibus pulſatus equorum, Graecia cum timuit venientes undique Perſas. Lucan.* L. II. 672. *Tales fama canit tumidum ſuper aequora Perſen Conſtruxiſſe vias — Inceſſitque fretum rapidi ſuper Helles-*

panti, Non Eurum Zephyrumque timens: quum vela ratesque In medium deferret Athon. Anth. Lat. T. I. p. 190. *Idem commisit longo duo litora ponte Perses, et fecit per mare miles iter.* — V. 3. τρισσοῖς. Cod. Vat. — ἔστεγεν. cohibuit, sustinuit. Hoc sensu *Diodor. Sic.* XI. 25. οὐ μήν γε τὴν ὁρμὴν καὶ βίαν τῶν Ἑλλήνων ἔστεγεν οὐδὲ τὸ κατεσκευασμένον τεῖχος. Plura exempla pete, si libet, ab *Elsnero* in Obss. sacr. T. II. p. 119. — αἰσχύνεστ' vett. quaedam. αἰσχύνησ' Ald. tert.

¶. 203.] X. Cod. Vat. p. 364. Plan. p. 14. St. 25. W. Se paucis contentum impatientemque contumeliae regum non sectari coenas, poëta confirmat. Conf. *Martial.* L. II. Ep. 53. — V. 1. λιτὸν σκέπας. *toga, quae defendere frigus, Quamvis crassa, queat. Horat.* I. Serm. III. 14. *Hesych.* σκέπας. σκέπη. ad quem *Toup.* in Em. in Hesych. I. p. 286. laudat *Porphyr.* de Abstin. IV. 12. p. 159. ζωσάμενοι τὰ σκέπασι λινοῖς. — οὐδὲ τραπέζαις. *Ammian.* Ep. XXV. μὴ σό γ' ἐπ' ἀλλοτρίης, ὦ 'νθρωφ', ἴζεο τραπέζης. — V. 2. ἄνθεα. Ut cicadae, poëtae flores pascuntur. — V. 3. παρ' ὀφρύν. nutum divitis observans et horrens, ut *Horat.* ait I. Ep. XVIII. 11.

XI. Cod. Vat. p. 374. Plan. p. 10. St. 19. W. ubi *Aldus* in Cod. invenit Παρμενίδου, quod inde in Ald. sec. et tert. fluxit. — Lusus est verborum in κόρις et κόρος, ἐκκορίζειν et κορεῖν, quem explicuit *Alberti* ad *Hesych.* v. ἐκκορεῦσι. φθείρουσι. ἐκπαλλύνουσι. — Cimices usque ad fastidium de me saturati sunt; at ipse quoque saturatus, i. e. fatigatus sum cimices perdendo et everrendo. — κόρις pro κόρεις.

XII. Cod. Vat. p. 243. Planud. p. 239. St. 347. W. Habet etiam *Suidas* v. φάτις T. III. p. 584. ubi φθεῖσθαι legitur, ut in Vat. Cod. — Respicitur ad oraculum, Alexandro ab invita Pythia datum. *Plutarch.* Vit. Alex. c. 14. Αὐτὸς ἀναβὰς βίᾳ πρὸς τὸν ναὸν εἵλκεν αὐτήν. ἡ δ' ὥσπερ

ἐξηττημένη τῆς σπουδῆς εἶχεν· ἀνίκητος εἶ, ὦ παῖ. Cf. Ep. ἀδέσπ. T. III. p. 28. XLV.:

Ἄφθιτε Κωνσταντῖνε· θανεῖν δέ σε μή τις ἀνίκητε·
τῶν γὰρ ἀνικήτων ἅπτεται οὐδ' Ἀΐδης.

XIII. Cod. Vat. p. 233. „Ad oram libri sui e Vat. „Cod. descripsit Salmasius.“ *Br.* In puellam Helenam, luctu de fratris sui morte consumtam. Ejusdem fere argumenti Ep. *Leonidae Alex.* XLI. — V. 1. ἀδελφῷ. Vat. Cod. — V. 2. „τὴν κρυκαλῆς ἔφθασε. Reposui ἑιλαῆς. „Scribi etiam potest βαδαλῆς. Hesych. βαδαλέν. ἅπαλόν. „Hoc cod. scripturae propius accedit: magis placet ta„men prior emendatio.“ *Br.* — V. 3. εἰς δὲ γάμους. Vat. Cod. quod *Salmasius* inter describendum emendasse videtur. Certa emendatio, ut apparet ex *Erinnae* Ep. III. Καὶ σὺ μὲν, ὦ Τιμάναξ, γάμων μολπαῖαν ἀοιδὰν Εἰς θρήνων τρεπὸν φθέγμα μεθηρμόσαο. Vide not. ad *Meleagri* Ep. CXXV. Vol. I. 1. p. 140. — τὰς γαμ. ἐλπίδας. Sponsorum spes non, ut alias fieri solet, puellae nuptiae praeciderunt, sed mors evertit. *Anyte* Ep. XXII. ἀλλ' ἐπὶ πάντων (νυμφίων) Ἐλπίδας αὐλομένα Μοῖρ' ἐκύλισσε πρόσω.

XIV. Cod. Vat. p. 234. Plan. p. 260. St. 375. W. Expressit *Eutolmius* Ep. IV. T. III. p. 8. — V. 2. διπλόα. Duriuscule dictum. Sensus est: Helena fratris mortui desiderio exstincta est. Hinc duplex matri luctus, quae ob puerum et puellam tumulum lacrymis suis irrigavit. — V. 4. ἡ πάντων ἐλπίς. omnes, qui se eam ducturos esse speraverant.

Ex Lectt. p. 177.] *XV.* Hoc Epigramma, quod an integrum esset dubitabat *Br.*, exstat in Vat. Cod. p. 507. ubi initio non, ut in ap. Buheriano, αὐτῷ τῷ, sed αὐτοῖς legitur. Nomen proprium viri desideranti *Brunckio* prorsus accedo. Hoc autem quod fuerit, haud facile dictu sit. Ad sensum tamen carminis nihil plane refert,

quomodo appellatus fuerit is, de quo hoc carmine agitur. Fortaſſe ſcribendum:

Αὐτοκλῆς γήμας Πιθάνην τὴν γείτονα, βέγχει.

Autocles Pithanam, impudicam mulierem, duxerat, non ut eam pro uxore haberet, — nihil enim impedit, quominus totam noctem ſtertat — ſed ut ipſa habeat, cujus nomine flagitia ſua tegat et occultet. In hujus officii mercedem Autocles largiter nutritur. Tali conditione fuit Pauſimachus paraſita, quem ὑπό τινος γραὸς τρεφόμενον *Philoxenus* dicebat τοὐναντίον πάσχειν τῇ γραὶ συνόντα· αὐτὴν γὰρ ἐν γαστρὶ λαμβάνειν. *Athen.* L. VI. p. 246. B. — V. 3. μὴ πλεῖν, μὴ σκάπτειν. Fere paroemiacum. *Lucian.* T. III. p. 222. Bip. τυχῇ γὰρ ἂν ἐοικότα εἴη ταῦτά γε, μὴ πονήσαντα, μηδὲ καμόντα ἕτοιμον ἐργάζιον λαβεῖν. — V. 4. ἀλλοτρίᾳ cum *Br.* legendum.

Parmenonti, qui *Parmenio* eſſe videtur, Vat. Cod. tribuit Ep. ἀδέσπ. CXXI.

ANTIPHANIS MACEDONIS EPIGRAMMATA.

¶. 204. (male in Ed. Lipſ. marg. 240.)] *I.* Cod. Vat. p. 157. Ἀνάθημα τῇ Ἀφροδίτῃ παρὰ Ἡνοῦς. Sic nomen puellae etiam in contextu Epigrammatis ſcribitur. Vulgatum λουσαμένη emendatum ex Vat. Cod. ubi tamen haec ipſa lectio ſuperſcripta voci λυσαμένη. Sic jam *Joſ. Scaliger* emendavit in not. mſc. — Puellae venuſtae illecebrisque ſuis omnes allicienti Venus ceſtum ſuum tribuiſſe videbatur. *Liban.* T. II. p. 710. δοκῶ τὸν κόρην τὸν τῆς Ἀφροδίτης κεστὸν διαζώννυσθαι, καὶ διὰ τοῦτον τοὺς νέους θηρᾶν. ut haec emendavit *Abreſch.* in Lect. Ariſt.

L. I. p. 5. Argutius etiam *Martialis* L. VI. Ep. 13. de Julia:

Ut Martis revocetur amor, ſummique Tonantis,
A te Juno petat ceſtoη et ipſa Venus.

Prius diſtichon laudat *Suid.* in ἱμερόεντα T. II. p. 116. omiſſis verbis Ἰνὼ λυσαμένη. *Reiskius*, qui hoc Epigr. in apogr. Lipſ. invenit nr. 402., puellae nomine offenſus, Νικὼ ſcribendum cenſebat. — V. 3. *Suidas* in θελξινόοις T. II. p. 170. — V. 4. Tu omnibus tuis illecebris in me unum uſa es. Simile acumen in Ep. ἀδεσπ. LVII. ubi Amor puellae arcum et ſagittam donaſſe narratur: — εἰς ἐμὲ τὴν φαρέτραν ἐξεκένωσας κόρη.

Ex Tom. III. p. 331.] *I*ª. Cod. Vat. p. 553. *Antiphani* tribuit hoc carmen, quod in Plan. p. 19. St. 30. W. ἀδέσποτον eſt, ut etiam ap. *Stob.* Tit. XCVI. p. 531. 22, Gesn. 413. Grot. Hominem, omnibus animalibus infeſtum, ab omnibus odio haberi docet. — V. 2. παντελέτως. Vat. Cod.

II. Cod. Vat. p. 504. Hoc quoque carmen in Plan. p. 178, St. 261. W. ἀδέσποτον eſt. — Brevitas vitae nos admonet, ut tempore utamur, priusquam ſenectutis hiems ingruat. — V. 2. Verba κἠν – μέγῃ arcte jungenda cum ὀλίγος χρόνος. Quae interpoſita ſunt, alterius epitheti vim habent. Tempus ad vivendum conceſſum nobis et exiguum et ſaepe calamitoſum eſt. Hoc *Euphron* queritur ap. *Stob.* T. XCVI. p. 526. 38.:

ὦ Ζεῦ, τί ποθ' ἡμῖν δοὺς χρόνον ταῦ ζῆν βραχύν,
πλέκειν ἀλύπως τοῦτον ἡμᾶς οὐκ ἐᾷς;

et *Antiphon* ap. eundem p. 530. 28. ἀλλὰ πάντα μικρὰ καὶ ἀσθενῆ καὶ ὀλιγοχρόνια καὶ ἀναμεμιγμένα λύπαις μεγάλαις. — In Vat. Cod. μένει ſoloece. — V. 3. καὶ μᾶλλον, ὀλίγος χρόνος ſcil. — ὅσιος Ald. pr. — *Horat.* I. Carm. IX. 15. *nec dulces amores Sperne, puer, neque tu choreas:*

Donec virenti canities abeſt Moroſa. — V. 5. γήρως βαρύ. Vat. Cod. Videtur legendum:

χειμὼν τοὐπιτεῦθεν γήρως βαρὺς —

poſtilla gravis ſenectutis hyems irruit. Plane ſic *Ovidius*, quem apte comparavit *Brodaeus*, Metam. XV. 212. ubi vitae humanae tempora cum anni temporibus conferuntur: *Inde ſenilis hiems tremido venit horrida paſſu.* — V. 6. »στύσεις. Male in Planud. στήσεις. Haec ſaepe »permutata. Vide Guil. Canter. N. L. V. 3.« *Br.* στύσεις Vat. Cod. — Nec puella, decem minis emta ut arrigas, efficiet. — ὀρχιπέδην. Recte explicavit *Brodaeus*, (qui confert verba διραιοπέδη, λαιμοπέδη, γναιοπέδη) de teſticulorum torpore, quo perinde ac pedica conſtricti teneantur. ὀρχιπέδην tamen etiam ſcrotum ſignificaſſe, apparet ex *Ariſtoph.* Avv. 142. ubi ὀρχιπεδᾶν, *ſcrotum manibus tractare*, occurrit. Vide *Schol. Grotius* hoc diſtichon ſic vertit:

Bruma ſenectutis veniet cito: ſemitalento
Nil facies: nervos contrahet illa tuos.

III. Cod. Vat. p. 428. Edidit *Jenſius* nr. 11. Anth. *Reisk.* nr. 662. p. 116. »Quum venuſtum hoc Epi»gramma, cujus exemplar circumferebatur valde cor»ruptum, a doctiſſimis viris, Ruhnkenio [Ep. crit. »p. 117.] et Toupio [Em. in Suid. p. 499.] emendatum »fuerit, quos non ubique ſequor, operae pretium eſt, »Codicis lectiones accurate enotare.« *Br.* Pro mortuo habendum eſſe, poëta ait, qui, lucro unice intentus, vino, cantui amorique non, dum poſſit, indulgeat. — V. 1. »Cod. λωτοῦ χέλυς. Male. λωτὸς eſt tibia; χέλυς ci»thara. Hac emendatione, quam praeceperat elegan»tiſſimus Ruhnkenius, nihil verius, ut mirer, Toupium »dediſſe λωτοῦ μέλος.« *Br.* Non *Toupii* eſt lectio; ſed *Reiskii*, qui ſic edidit. Similia junguntur ap. *Ovid.* Remed. Am. 753. *Enervant animos citharae, lotosque ly-*

raeque, Et vox et numeris brachia mota ſuis. *Alexis* ap. *Athenaeum* L. II. p. 47. C.:

> Ἐπὰν ἰδιώτην ἄνδρα μονοσιτοῦντ' ἴδῃς,
> ἢ μὴ πεθοῦντ' ᾠδὰς, ποιητὰς καὶ μέλη,
> τὸν μὲν ἰδιώτην τοῦ βίου τὸν ἥμισυν
> ἀπολωλεκέναι νόμιζε, τὸν δὲ τῆς τέχνης
> τὴν ἡμίσειαν· ζῶσι δ' ἀμφότεροι μόλις.

— V. 3. »παρθενικαὶ, κοῦροι. Sic perſpicue Codex. Recte! »Puellae, pueri optime junguntur. In Gaulmini Cod. »ſive e literarum compendio, ſive e ſcribae ignorantia »πεῦκαι. Ineptae hae taedae multum excitarunt fu»mum.« *Br.* Male cl. Editor interpolati Apographi lectionem pro ipſa Codicis ſcriptura habuit. Membranae Vat. legunt: ἢ πεύκας, κοῦροι. Hinc *Reiskius* vehementer inepte conjicit: ἢ πεύκας κοῦφοι στέφανοι, μόρα λιτὰ δὲ δεινῶν — *non leves pineae coronae; contra vero macris victitans moris.* — *Ruhnkenius* eleganter: ἢ πεῦκαι, κοῦροι. Haec nimirum omnia ad comiſſationem ſpectant, ubi facibus locus, non minus ac corollis et unguento. *Charito* L. I. p. 5. 5. ἐν δὲ τῇ νυκτὶ ταύτῃ φανερῶς μὲν οὐδεὶς ἐτόλμησεν ἐπικωμάσαι· κρύφα δὲ καὶ ἀδήλως ἐπελθόντες σημεῖα κώμου ἦσαν καὶ κατέλιπον· ἐστεφάνωσαν τὰ πρόθυρα, μύροις ἔῤῥαναν, οἴνου πηλὸν ἐπείησαν, δᾷδας ἔῤῥιψαν ἡμικαύστους. — κοῦροι ad puerorum amores ſpectat, ad quorum limina comiſſationes habentur. Quare non eſt, ut cum *Toupio* corrigas: ἢ πεῦκαι, κῶμοι, στ. . . — Mox Vat. Cod. λειτὰ, quo errore nihil in membranis frequentius. — V. 4. »Cod. »λατροκόδας πρώκτας. quod vere a Ruhnkenio emenda»tum, mutatione quam minima. Longius a veteri ſcri»ptura discedit Toupius ſcribens λάθρα κελυτρώκτας. »quod tamen elegans, et ſummo ſagaciſſimi viri inge»nio dignum.« *Br.* Hîc iterum interpolatum Apogr. impoſuit cl. Editori. In Cod. Vat. habetur: λαθρόποδας πρόκτας. Sic quoque *Jenſius* edidit, apud quem prae-

terea τρωκτὰς legitur. Nihil hîc igitur emendavit *Ruhnkenius*; (nam τρώκταις ille non dedit.) — τόκοι λαθρόκοδες ſunt uſurae, quae ſenſim ſenſimque procedentes, patrimonium rodunt et conſumunt denique. τρώκτης. ὁ ἐκ παντὸς κερδαίνων, οἷον ἀποτρώγων. *Suid.* Cf. *Euſtath.* ad Od. p. 541. 24. et p. 582. 44. — Quo ſenſu autem τρῶκται χεῖρες accipiendae ſint in recepta lectione, doctiſſimus Editor non explicuit. — τόκους χερσὶ τιθέναι foenerator dicitur, qui uſuras digitis computat, ſive, ut *Palladas* ait Ep. LXXXVI., ἐν δακτύλοισι τοὺς τόκους σφίγγει. — V. 5. Formulam, οὗτος ἐμοὶ τέθνηκε, illuſtravit *Ruhnkenius* de homine perdito et deſperato, laudans *Sophocl.* Antig. 1284. τὰς γὰρ ἡδονὰς Ὅταν προδῶσιν ἄνδρες, οὐ τίθημ' ἐγὼ ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν. *Lyſis* ap. *Jamblich.* de Vit. Pyth. 17. p. 62. εἰ μὲν ὢν μεταβάλοιο, χαρήσομαι· εἰ δὲ μή γε, τέθνακας. Hinc ἔμψυχον νεκρὸν mutuatus eſt *Lucian.* M. D. VI. 2. T. II. p. 143. Bip. — V. 5. „Cod. περίμνηστιν. Toupii emendationem recepi, „quae unice vera eſt; ſaltem elegantia ſua aliorum co„gitationes ſuperat. Nomen proprium hîc locum habe„re non videtur. Deridentur in genere foeneratores „avari omnes. Salmaſius παράμνηστιν reponebat vel πα„ράμνηστον: *cujus obitus tantum meminimus, cujus ſepul„crum praeterimus, a* παραμνάομαι. *vel cujus memoria „periit.* Quae quidem non unius ſunt aſſis. In alia „deinde ivit. Nam in Plin. p. 859. hinc μνῆστιν pro „tumulo profert. ubi partem hujus verſus ſic laudat: „περὶ μνῆστιν δὲ παρέπτων.“ *Br.* Olim *Ruhnkenius* Περιμνήστην pro nomine proprio habuerat; in ſecunda autem Epiſt. criticae editione hanc lectionem rejecit, nec tamen aliorum poſt ſe conatus probans. *Reiskius* μεριμνητὴν ſuſpicabatur. Equidem *Toupii* veſtigia premens, legerim:

οὗτος ἐμοὶ τέθνηκεν ἀνίᾳ· νῆστιν δὲ παρέπτων — —

jejunum illud cadaver praeteriens. Antiphanes ap. *Athen.*

L. XIV. p. 662. C. ὁ σπλὴν εὐσάρκων νῆστις, ἀπολεῖ μ' οὗτοσί. Attigit hoc vocabulum *Pierſon.* ad *Moer.* p. 270.— V. 6. φάρυγα. Cod. Vat. Apographa φάρυγας. — Qui ἐς ἀλλ. φάρυγας φείδεται, is eſt, quem *Horatius parcum ob heredis curam* vocat I. Epiſt. V. 13.

¶. 205.] *IV.* Cod. Vat. p. 531. Plan. p. 183. St. 267. W. *Stobaei* Floril. T. X. p. 126. 15. Gesn. 71. Grot. Etiam hoc carmen avari foeneratoris ſtultitiam exagitat. — V. 1. ὁ χρόνος. Temporis progreſſus, ut uſuram gignit, ſic etiam canos et ſenectutem adducit. Inepte vulgo ἐπεχόμενον. Verior lectio ex Vat. Cod. recepta eſt. Ad ſenſum totius carminis comparandus *Horat.* II. Carm. III. 6. ſqq. — V. 4. Hîc quoque vulgata lectio γνούς τι μελισμάτιον ex Vat. membranis emendata eſt. γλαφυρὸν de oratione, carminibus etc. frequenter quidem uſurpatur; at etiam de concinna ſpecie, concinnis moribus apte dicitur. Vide ad *Antipat. Theſſ.* Ep. XXVIII. 3. — V. 5. μεγάλην διαθήκην. De Staberio quodam divite et avaro *Horat.* L. II. Serm. III. 91. *Quoad vixit, credidit ingens Pauperiem vitium, et cavit nihil acrius, ut ſi Forte minus locuples uno quadrante periret, Ipſe videretur ſibi nequior.* — V. 6. ὀβολῶν vulgo.

V. Cod. Vat. p. 550. Plan. p. 137. St. 198. W. In Grammaticos invehitur, magna ingenia calumniantes, mediocria ad coelum efferentes. Cf. *Philipp.* Ep. XLIII. *Herodic.* T. II. p. 65. — V. 1. ῥιζώνυχα. Vat. Cod. Accuſativus a ῥιζώνυξ (vide *Polluc.* II. 145.) hîc locum non habet. — γένη ῥιζώρυχα Μούσης ἀλλοτρίης Grammaticos deſignat, qui, cum ipſi nihil ex ſuo ingenio progignant, in alienis carminibus perſcrutandis rimandisque verſantur, nec tamen flores in Muſarum hortis decerpentes, ſed radices effodientes. — V. 2. σῆτες ἀκανθοβάτου. Fuiſſe, qui ἀκανθοβότου corrigerent, notavit *Caſaubon.* ad *Athen.* L. III. p. 186. 51. ipſe tamen vulgatae unice favens. Cynulcus, unus interlocutorum in

Athenaei convivio L. III. p. 97. D. alium vituperat, quod omnia a reliquis prolata anxie perſcrutaretur, τὰς ἀκάνθας συνάγων, ἃς ἂν ἐχινόποδας καὶ ἀνὰ τραχεῖαν ὄνωνιν καὶ διατρίβων, ἀνθέων δὲ ἡδίστων μηδὲν συναθροίζων. *Heſiodus* ap. *Lucian.* T. III. p. 243. ed. *R.* οὐχ ὁρᾷς, ait, ὅσα τῆς ποιήσεως καλά· σκινδάλμους δὲ καὶ ἀκάνθας τινὰς ἐκλέγεις, καὶ λαβὰς τῇ συκοφαντίᾳ ζητεῖς. Ap. *Philipp.* Ep. XLIV. Grammatici σῆτες ἀκανθολόγοι vocantur. σῆτες autem ſunt tineae, qui lanam chartasque arrodunt. Hinc ad Grammaticos translatum vocabulum. — V. 3. κηλῖδες. magnis ingeniis labem adſpergitis. — ἐκ' Ἠρίννης. Paucos verſus Erinna reliquerat, tales tamen, unde conjectura fieret, quid praeſtare potuiſſet, ſi ad maturos perveniſſet annos. *Euſtath.* ad Il. β. p. 247. 30. οἱ δὲ στίχοι αὐτῆς ἐκείθησαν ἐνάμιλλοι τοῖς Ὁμήρου. Conf. Ep. ἀδέσπ. DXXIII. Non omnes inter antiquos Criticos idem ſenſiſſe, ex hoc loco apparet. Et profecto Erinnam ob paucos verſiculos Homero aequare vel etiam anteponere, ridiculum. — κομῶντες, *gloriantes.* Vide *D. Heinſ.* in Lect. Theocr. c. X. p. 327. *Spanh.* ad *Ariſtoph.* Plut. 170. et 572. — V. 4. Καλλιμάχου πρόκυνες. *Philippus* eosdem Ζηνοδότου σκύλακας, Καλλιμάχου στρατιώτας appellat. Callimachum, ut illuſtrem aliquem Grammaticum, eumque in illuſtribus ſcriptoribus et poëtis judicandis non valde clementem, nominat. κύνες pro cuſtodibus, ſatellitibus, paſſim occurrunt. Vide inprimis *Ruhnken.* Epiſt. crit. I. p. 93. ſq. Procyon ante Canem oritur, eumque praecedit, multum Cani ſplendore cedens. Hinc intelligitur, cur Grammatici vocentur Callimachi πρόκυνες. — V. 5. ποσὶ σκ. Vat. Cod. — V. 6. Faceſſite vos, qui tanquam cimices poëtas canoros clanculum mordetis. κόριες. *Horat.* I. Serm. X. 78. *Men' moveat cimex Pantilius?* — In his quid offenſioni eſſe poſſit, non video. Tamen *Bernardus* ad *Thom. M.* p. 549. ὀφρόνων λαβρεδάκνων tentat; omnino male et contra metricas leges.

VI. Cod. Vat. p. 370. Planud. p. 72. St. 106. W. Paſtor navis carinam fluctibus in litore agitatam videns, illam manu prehendit, infelici eventu; ipſe enim illâ carinâ in mare tractus periit. — V. 1. πλακτόν. Vat. Cod. et ἐπακτῆς. — V. 2. βλοσυρῆς. Vat. Cod. — V. 4. οὗτος. Vulgo. — V. 5. ἔσχε. omnes edd. vett. ἔσχεν. Steph. et Vat. Cod. male. — V. 6. δρυμοί. Ad paſtorem referendum; *ſylvae* enim pro *paſcuis* frequenter ap. poëtas; λιμένες ad nautas, qui nave fracta perierant.

VII. Cod. Vat. p. 399. Plan. p. 88. St. 130. W. Argumentum vide ad *Apollonid* Ep. XI. — V. 4. ἐνδρέφωνον. Vat. Cod. κηλίδ' omnes vett. usque ad Steph. — κηλὶς, τὸ μίασμα. *Eurip.* Iphig. T. 1200. εἴπερ γε κηλὶς ἔβαλέ νιν μητροκτόνος. *Sophocl.* Oedip. C. 1134. ᾧ τις οὐκ ἔνι Κηλὶς κακῶν ξύνοικος. — ¶. 206.] V. 5. κοῦραι. Nymphae, quae h. l. pro ipſa aqua ponuntur. — εἰς βάκχον. Vide *Meleagr.* Ep. CXIII.

VIII. Cod. Vat. p. 398. Edidit *Jenſius* nr. 135. Anth. *Reisk.* nr. 786. p. 168. Malus, arbor, cujus dimidia pars exaruerat, de invidia conqueritur, quod eruca unum, quod progenuiſſet, malum comederit. — V. 1. Ἡ. μὲν. *Jenſ.* μεν. *Reisk.* Sic eſt in Cod. — Sed qui hîc veram lectionem repoſuit, in fine verſus male ſcripſit κεῖνό γε λεύσσων (ſive δεδορκώς), quae conjectura ex prava totius loci interpretatione enata eſt. Unice vera eſt ſcriptura Codicis. κεῖνα, τὸ ἥμισυ, illa pars, quae adhuc ſupererat (alterâ intermortuâ), unum malum progenuit in ſummo cacumine. Hoc carmen haud ſcio an *Longo* obverſatum ſit, qui L. III. p. 97. malum deſcribit, cui γυμνοὶ πάντες ἦσαν οἱ κλάδοι, καὶ ἓν μῆλον ἐπέθετο ἐν αὐτοῖς ἄκροις ἐκφύτατον, μέγα καὶ καλόν. Hoc Daphnis decerpit, metuens, μὴ ἑρπετὸν φαρμάξῃ συρόμενον. — V. 3. πόων δένδρων. eruca, quae arbores laedit. Laudavit hoc diſtichon, ubi varias vocis πόων ſignificationes illuſtrat,

Schneiderus in Peric. cr. p. 89. — *καρποφόρος*. Cod. — *ἢ πτιλένωτος*. Dubiae ſignificationis vocabulum. *πτίλα. πτερὰ ἁπαλά. Heſych. πτίλον. πτερὸν ἁπαλώτερον. Suid.* De pluma uſurpavit *Sophocl.* ap. *Clem. Alex.* p. 716. Jupiter *ἐκπεφισμένος πτίλαν κύκνειον*. De pinna *Ariſtoph.* in Acharn. 1182. Priore ſignificatione ſi accipiendum eſt *πτιλένωτος*, ad dorſum erucae pilis, tanquam lanugine, tectum reſpicitur: ſi alterâ, vox *κάμπη* de eruca intelligi nequit, ſed aliam quandam beſtiolam, tenuibus alis inſtructam, ſignificare debet. De inſectorum alis vocem *πτίλον* uſurpari, notavit *Schneiderus* in Lexic. p. 461. — V. 6. »In Cod. ſic ſcriptus hic verſus: *ποῤῥεῖ καὶ τούτους γηρὰν κεἰ μ' ἔλεγον*. quae verba nec augur, nec Sibylla exposuerint. Salmaſius tentabat: *καὶ τούτοις κῆρας ἄγει μελίας*. in quibus parum eſt lucis, et adeo obſcurae, ut »novae potius obductae tenebrae quam veteres diſcuſſae videantur. Audaciori conjectura locus ſanandus »erat, aut in menda relinquendus.« *Br.* Hoc profecto longe fuiſſet melius, quam novum verſum procudere, in quo membranarum lectionis nec vola, ut ajunt, nec veſtigium. Non melius *Reiskio* emendandi conatus proceſſit, qui ipſam Invidiam h. l. loquentem induci exiſtimans, ex conjectura dedit: *ὁ Φθόνος, ἐς πολὺν ὄχλον ἐπέβλεπον· ἐς δὲ τὰ μικρὰ Ποῤῥεῖ, καὶ τούτου γυῖα ῥάναιμ', ἔλεγεν. Ad haec Invidia: Ego quidem, ait, magnam laedere oculis turbam ſoleo; at qui pauca corrumpit, illius oſſa libens equidem ſpargerem.* Quae merae ſunt tenebrae. Partem veri, pro meo quidem judicio, *Salmaſius* vidit; in cujus emendatione, quamvis plurima tenebroſa ſunt et minime probanda, illud tamen praeplacet, quod *γηρὰν* in *κῆρας* mutavit. Vide, an corruptiſſimus locus in hunc modum emendari queat:

ὁ φθόνος εἰς πολὺν ὄγκον ἐπέβλεπεν· ἐς δὲ τὰ μικρὰ
ποῤῥεῖ, καὶ τοῦτον Κῆρα καλεῖν ἔκρινε.

Haec et ſenſum efficiunt omnino bonum, et a lectionis

quam Cod. praeſtat, veſtigiis parum recedunt. In tanta mea egeſtate, arbor ait, non putaram fore, ut uno hoc malo privarer. Invidia enim copias et amplitudinem luſcis oculis limare ſolet: qui autem ne egenis quidem et exiguis parcit, nae illum non invidioſum, quod lenius, ſed peſtem et perniciem appellare fas eſt. — Primum ſcripſimus εἰς πολὺν ὄγκον. Solet enim ὁ ὄγκος τοῖς μικροῖς opponi. *Euripides* in Melanippe fragm. XV.:

ὦ τέκνον, ἀνθρώποισιν ἔστιν οἷς βίος
ὁ μικρὸς εὐκτὸς, γίγνεται δ' ὄγκος κακόν.

ut h. l. olim emendavimus in Exercitt. crit. T. I. p. 217. Sed plurimum huc faciunt verba *Incerti Poëtae* ap. *Stobaeum* T. CIII. p. 561. Ὄγκου δὲ μεγάλου πτῶμα γίνεται μέγα· Πρὸς γὰρ τὸ λαμπρὸν ὁ φθόνος βιάζεται, σφάλλει δ' ἐκείνους, οὓς ἂν ὑψώσῃ τύχη. Sententia eadem ap. *Ovidium* Remed. Am. 369. *Summa petit livor: perflant altiſſima venti: Summa petunt dextrâ fulmina miſſa Jovis.* — Κὴρ pro infeſto et peſtifero daemone; ut κῆρες *peſtes*, ap. *Syneſium* p. 38. ἀξιῶν αὐτοὺς πάσης ἐλαύνεσθαι γῆς καὶ θαλάττης, ὡς ὄντας κῆρας πόλεών τε (peſtem et perniciem civitatum) καὶ πολιτείας. Cf. *Valcken.* ad Hippol. p. 283.

IX. Cod. Vat. p. 396. Plan. p. 32. St. 49. W. Hiſtoria de puella, quae, cum ſponſi amplexus timens e cubiculo aufugiſſet, a canibus lacerata eſt. — V. 1. ἐπὶ παρθένοισιν. Vat. Cod. De παστὰς et παστὸς vide ad *Philipp.* Ep. LIV. — Παιδάλης ancillae nomen ap. *Propert.* IV. 7. 39. — V. 3. μοῦνην. Sic Vat. Cod. optime. In „Planud. μόβοιν, quod quid eſſet, non mirum, interpretum nullum dicere potuiſſe.“ *Br. Huetius* p. 6. conjecit πόσιος. Idem in ora Cod. *Scaligeri* invenit γ' ἀεμόβιον, (et ſic in not. mſc. Bibl. Bodl.) quod nempe prima illa Veneris initia vi coaleſcant; vel quod Venere conſtent et coaleſcant vitae principia. μόβοις legendum putabat *Opſopoeus*, ut eſſet nomen proprium viri, genitivi caſus.

Brodaeus tentabat δειμᾶται τὰ βοῖν πρῶτα ζυγά. sive δείμαθ' ἅμα βοῖν πρῶτα ζυγά. ut haec per parentheſin dicta ſint: primum jugati boves timent. Haec nullius ſunt aſſis. — V. 4. παρθενικαῖσι. Vat. Cod. — V. 6. ἀΐφνης. Vulgo. quod ex Cod. Vat. mutatum eſt.

AUTOMEDONTIS CYZICENI EPIGRAMMATA.

¶. 207.] *I.* Cod. Vat. p. 574. Primus edidit *Toup.* in Addendis ad Theocrit. T. II. p. 398. ultimo verſu omiſſo. De paedotriba quodam, a pulchris pueris circumdato. — V. 1. παιδοτρίβην. qui pueros palaeſtricam docet. — V. 3. profert *Alberti* ad *Heſych.* v. ὑποκόλπιον, ubi ὦμον legitur, ut in Cod. Vat. ὤμων *Toup.* dedit. Color, ut ap. *Meleagr.* Ep. V. ἀγκὰς ἔχοις Διόδωρον, ὁ δὲ γλυκὺς ἐντὸς εἴδοι Δωρόθεος, κεῖσθαι δ' εἰς γόνυ Καλλικράτης. — ὑποκόλπιον. Sic *Paul. Silent.* Ep. XII. ἄλλην ὑποκόλπιον εὐθὺς ἑλίξεις. ubi vide. — V. 6. παιδοτριβεῖς. Luſus eſt in ambigua ſignificatione verbi τρίβειν, quod, in arte palaeſtrica technicum, ad obſcoenam libidinem transfertur. Cf. *Straton.* Ep. LXIV.

II. Cod. Vat. p. 550. Primum diſtichon expromſit, ubi nomen Κόννιχος illuſtrat, *G. Koen.* ad *Gregor.* D. D. p. 134. Ad puerum de mutatá formae pulcritudine, ipſiusque mente ſimul immutata. — V. 1. καὶ om. *Koen.* qui recte habet λάσιαι, ut Cod. Vat., ubi *Br.* apogr. λάσια exhibet. — V. 2. κλάσσει. Vat. Cod. — Quae ſequuntur, per interrogationem accipienda puto: Κόννιχε, τοῦτ' ἀγένου; *talis igitur evaſiſti?* — V. 3. Iterum vitioſe *Br.* apogr. οὐκ ἔλειον. Vat. Cod. ἔλαιον. Hic interrogandi ſignum ponendum, in fine pentametri delendum. Seq.

verſu *Br.* cum inveniſſet ἐν ναὶ καὶ —, hoc perperam mutavit in γίνεο ναί —. Veram lectionem jam dudum reſtitui in Emend. in Ep. gr. p. 41.:

οὐκ ἔλεγον; μὴ πάντα βαρὺς θέλε, μηδὲ βάναυσος
εἶναι. καὶ κάλλους εἰσί τινες Νεμέσεις.

quam emendationem nunc confirmavit Apogr. noſtrum, quod quin hoc quoque in loco genuinam Vat. Cod. lectionem exhibeat, noli dubitare. Monuerat poëta Connichum ſuum, ne nimis ſit ſaevus, neque nimis facilis. Idem *Strato* ſic expreſſit Ep. LI.:

μήτε λίην στυγνὸς παρακείμενο, μήτε κατηφὴς,
Δίφιλε, μηδ' εἶης παιδίον ἐξ ἀγέλης.

Voce βάναυσος de puero meritorio idem uſus eſt Ep. LXXVI. — Recte deinde Cod. καὶ κάλλους. *Etiam pulcritudo ſuam habet Nemeſin*, quae ſuperbientes et inſolentes puniat. *Philoſtrat.* Epiſt. XIX. p. 921. ad puerum: ταχέως σε θεασάμην γενειῶντα καὶ παρὰ ἀλλοτρίαις θύραις κείμενον. ναὶ Ἔρως, ναὶ Νέμεσις, ὀξεῖς θεοὶ καὶ στρεφόμενοι. Conf. *Straton.* Ep. LXXI. *Agath.* Ep. XIII. 9. Plane ut noſter, *Meleager* Ep. XXII.:

ἀλλὰ, Πολυξενίδη, τάδ' ὁρῶν, μὴ γαῦρα φρονήσεις·
ἔστι καὶ ἐν γλαυτοῖς φυομένη Νέμεσις.

Facit ad hanc paederaſtae admonitionem dictum Bionis ap. *Stob.* T. LIX. p. 410. Βίων πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι τὸ κάλλος τυραννίδα ἔχει, Φεῦ, ἔλεγε, τυραννίδος τριχῇ καταλυομένης. ubi τριχὶ legendum eſſe, apparet ex *Plutarch.* Amor. T. II. p. 770. B. ἔτι δὲ φορτικώτερον ὁ σοφιστὴς Βίων τὰς τῶν καλῶν τρίχας Ἁρμοδίους ἐκάλει καὶ Ἀριστογείτονας, ὡς ἅμα καλῆς τυραννίδος ἐκπαλαττομένους ὑπ' αὐτῶν τοὺς ἐραστάς. In verbis, quae hunc locum praecedunt, vulgo etiam legitur τριχῇ αἱρεῖσθαι τὴν φιλίαν pro τριχὶ διαιρεῖσθαι, ut praeclare emendavit *Rubnken.* ad Tim. p. 190. — V. 5. ἔσω μάνδης. in caulam veniſſe videris, hirco ſimilior quam puero

puero ſcilicet. In eadem re Auctor Ep. ἀδηλ. XXXVIII. ἦν θέος ἐξ ἐρίφου τεηχὼν ἔθηκε τράγον. — ὅτε β. Cod. Vat. male. — ἴσχειν σε φρένας. *Horatius* IV. Carm. X. 6. ad Ligurinum:

Dices Heu, quoties te in ſpeculo videris alterum,
Quae mens eſt hodie, cur eadem non puero fuit?
Vel cur his animis incolumes non redeunt genae?

III. Cod. Vat. p. 106. Εἰς πόρνην ἐρχηστρίδα. Edidit *Reiske* in Miſc. Lipſ. T. IX. p. 142. nr. 321. Lubricas ſaltatricis cujusdam aſiaticae artes deſcribit et miratur. — V. 1. κακοτέχνοις σχήμασιν. figuris libidinem excitantibus. *Philodem.* Ep XXI. ὦ κακοτεχνοτάτου κινήματος. Mulier κακοτεχνοῦσα τοὺς νέους eſt ap. *Ariſtaen.* II. Ep. 18. p. 99. Vide *Abreſch.* in Lect. p. 256. — Ejusmodi autem artes inde a teneris unguiculis edocta exercebat. *Horat.* III Carm. VI. 17. *Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo, et fingitur artibus: Jam nunc et inceſtos amores De tenero meditatur ungue.* Item de Dionyſia quadam Anth. Lat. T. II. p. 271. *Cujus in octava laſcivia ſurgere meſſe Coeperat et dulces fingere nequitias.* — ὀνύχων κινουμένην fuit primitus in Cod. Vat. ſed error emendatus. — ¶. 208.] V. 3. παθαίνεται. Sic Vat. Cod. et *Salmaſ.* qui hoc diſtichon laudavit ad Scr. Hiſt. Aug. T. II. p. 427. Apogr. Lipſ. πυθαίνεται. Laudatur autem pantomima, quod omnes affectus artis ope praeclare exprimat et imitetur. παθαίνεσθαι proprie dicuntur oratores affectu concitati. Cf. *Erneſti* in Lex. Techn. Rh. p. 237. — βάλλει τὰς χεῖρας, ad tibiae ſonum manus apte jactat. *Propert.* IV. 5. 45. *Si brachia jactat, I comes et voces ebria junge tuas.* Idem L. II. 18. 5. *Sive aliquis molli deducit candida geſtu Brachia.* quod expreſſit *Ovid.* II. Amor. 4. 29. *Illa places geſtu, numeroſaque brachia jactat.* — V. 5. τρίβακον πάσσαλον hinc profert *Alberti* ad *Heſych.* T. II. p. 1413. In obſcoena ſignificatione vocabuli πάσσαλος

ſuo more ludit *Ariſtophanes* in Eccl. 1011. ταῖς πρεσβυτέραις γυναιξὶν ἔστω τὸν νέον Ἕλκειν ἐνατὶ λαβομένας τοῦ πατάλου. — τρίβακα. κατατετριμμένα. *Suid.* Proprie *pannoſum, multo uſu detritum.* Laudatur igitur mima, quod nec ſenes reſpuat, ſed in his quoque libidinis ſcintillas excitare noverit. *Salmaſium* hunc verſum explicare in Not. ad *Achill. Tat.* p. 732., notavit *Schneiderus* in Per. Crit. p. 11. — V. 7. γλωττίζει. Hinc γλωττίσματα, *impudica oſcula.* Vide ad *Crat.* Epigr. T. II. p. 3. Ad gloſſam *Moeridis*, καταγλωττίσματα, τὰ περίεργα φιλήματα p. 224. *Pierſon* hoc diſtichon expromſit, qui ἐπιτρίψῃ habet, ut *Reisk.* emendavit lectionem apogr. Lipſ. ἐπιθρίψῃ In Sched. Lacroz. ἐπὶ βίψῃ. Sic Cod. Vat. *Repoſianus* in Anth. Lat. T. I. p. 47. *Saepe levi cruris tactu permovit amantem In flammas.* *Ariſtoph.* Acharn. 737. πόρνην, ἥτις τὸ πέος τρίψει καὶ τὴν ὀσφύν. — V. 8. κορύνην. *Nicander* Alex. 408. δεινὴν βρωμήεντος ἐναλδήσασα κορύνην. *Schol.* αἰδοῖον ἔνου.

Ex T. III. p. 331.] *III*^{a}. Cod. Vat. p. 511. Secum loquitur Automedon, convivio, ut videtur, parato, ad quod meretricem arceſſi velit. Sed mox eum facti poenitet, timentem, ne ſe ridendum propinet. — V. 1. πέμπε, κάλει. Haec ad ſe ipſum. Jam licet mittas, qui meretriculam arceſſat; omnia enim parata ſunt. — Deinde ſe ipſum ab hoc conſilio revocat. — V. 3. αὐτή. Sic pronomina ſaepiſſime ponuntur ad res obſcoenas ſignificandas. Ceterum in Cod. legitur: αὖτη γὰρ λαχάνη νοναι σαρωτέρη πρὶν ἀκάμπης ζῶσα νεκρά. Probabilem ſenſum emendando effecit *Br.*: an ipſa poëtae verba divinaverit, dubitare licet. *Schneiderus* hoc diſtichon poſt v. 6. collocandum cenſebat, ut αὐτὴ ad κώπην referretur; quod mihi neceſſarium non videtur. Praeterea corrigit:

αὐτὴ γὰρ λόγχης στιβαρωτέρα, ἢ πρὶν ἀκαμπὴς
ζῶσα, νεκρά . . . .

Ingenioſe] et fortaſſe vere. Lectio λαχάνου tamen habet, quo ſe tueatur. Fortaſſe legendum eſt:

αὕτη γὰρ λαχάνου συβρωτέρη, ἢ πρὶν ἀκαμπὴς
ζῶσα, νεκρὰ μυρῶν πᾶσα δέδυκεν ἔσω.

Heſych. συβροί. ἰσχνοί. λαγαροί. ἄβροι. (ſic lege pro τάφροι) Haec enim, quae, dum viveret, inflexibilis erat, nunc demortua, quavis beta languidior pendet et ſe intus femora, recepit. — *Catull.* LXVII. 21. *Languidior tenera cui pendet ſicula beta. Ovid.* L. III. Amor. VII. 66. *Noſtra tamen jacuere, velut praemortua, membra Turpiter, heſterna languidiora roſa.* Encolpius ap. *Petronium* c. CXXXII. illam ſui partem quaſi devotam videns, *Illa*, ait,

Non magis incepto vultus ſermone movetur,
Quam lentae ſalices, laſſove papavera collo.

Conf., ſi tanti eſt, Anthol. Lat. III. 273. p. 690. — V. 4. πᾶσα δέδυκεν ἔσω. *Petronius* l. c.: *Namque illa metu frigidior rigente bruma confugerat in viſcera mille operta rugis.* — V. 5. ἀνάμπτος. Proprie navis inſtrumento nautico non inſtructa. Conf. ad *Antiphili* Ep. I. 8.

IV. Cod. Vat. p. 514. Plan. p. 174. St. 254. W. — V. 1. ὅτ' ἐπίνεμεν. Excuſi omnes, vitioſe. Codd., quos conſuluit *Br.*, ἔτε πίν. quod ſenſus flagitat. Veſperi, dum vino calemus, humanis invicem animis ſumus; mane autem, vini vaporibus diſſipatis, nihil niſi inimicitiae et ferina rabies. — In laudem vini ſcriptum videtur, quod animos conciliet.

V. Cod. Vat. p. 553. *Automedonti* vindicat carmen, quod in Plan. p. 144. St. 209. W. *Apollinario* tribuitur, cujus Epigramma praecedit. Scriptum in Polycarpum quendam, trapezitam, ut videtur, et decoctorem, ut *Huetius* p. 15. exiſtimat. — V. 1. κενῆς παράσιτε τραπέζης. Paraſitum vocat menſarium, qui aliena pecunia, ipſius fidei concredita, ad vitam ſuſtentandum uteba-

tur. Sed jam menſa, ad quam antea alebatur, vacua, pecuniâ illâ deperditâ. — V. 2. λήσῃ. Vat. Cod. — Vulgo κεφματίοις ψευδόμεν' ἀλλοτρίοις; ubi *Scaliger* ad *Propert.* l. I. VIII. p. 360. vocativum pro nominativo poſitum eſſe contendit. Non opus eſt ad talia confugere poſt repertam lectionem Vat. Cod. — V. 3. Polycarpus, et ſuis et alienis bonis concoctis, cum jam premi coepiſſet a creditoribus, rarius in forum prodibat, et conſpecto e longinquo aliquo ex creditoribus ſuis, ſe in pedes dabat. — V. 5. τὸ σὸν αὔριον. Omnes veteres edd. τὸ σὸν ἀργύριον. quod in ἄργυρον mutandum cenſebat *Joſ. Scaliger*. *Stephanus* primus αὔριον dedit ex Cod. Idem conjecturâ aſſecutus eſt *Opſopoeus*. Hanc lectionem confirmant Vat. membr. Omnibus quidem promittebat Polycarpus, cras, dicens, tuum habebis, veni, quaeſo, et aufer. — κοὐδ' ὁμόσας. Duplex negatio. Ne juratus quidem fidem apud quenquam invenis. — V. 7. „Vat. „Cod. πέλαζε. Scribendum videtur πελάζοι: nondum „enim abierat; ſupra ὑποκάμπτεις ἤδη καὶ ζητεῖς.“ *Br.* Nihil Polycarpo ſupereſſe ait *Automedon*, niſi ut aſylum quoddam quaerat. Hoc autem parodia ſignificavit, quam *Schol.* notavit in marg. Wechel. Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσε. Odyſſ. ι. 39. Qui enim Samothracum deorum myſteriis initiati erant, ſingulare Cabirorum praeſidium in tempeſtatibus experiri putabantur. Vide ad *Diodor. Sard.* Ep. I. Hoc igitur ad Polycarpum, in alienae pecuniae fluctibus laborantem, jocoſe transtulit.

VI. Cod. Vat. p. 549. Αὐτομέδοντος. In Plan. p. 146. St. 213. W. ἄδηλον eſt. Ad Athenienſes, minimo pretio jus civitatis vendentes, hoc carmen pertinere, apparet ex nominibus Atticis Triptolemi, Cecropis, Erechthei et Codri. Jam antiquis temporibus, Demoſthenis aevo, Athenienſes propter facilitatem, quam in jure civitatis vendendo oſtendebant, notabantur. Vide *Spanhem.* in Orb. Rom. c. XVI. p. 123. ſq. ed. Lond. et, qui ejus fa-

cilitatis exemplum narrat, *Plutarch.* T. II. p. 182. D. Hanc ob cauſam Auguſtus Athenienſibus interdixit, μηδένα πολίτην ἀργυρίου ποιεῖσθαι. *Dio Caſſ.* T. I. p. 736. 2.— V. 1. ἀνθρακίων. Carbones vectigalis loco ap. Romanos dabantur. Vide *Stewech.* ad *Vegetium* L. IV. 8. p. 239. Simile quid olim de Claudio dictum eſſe, *Schneiderus* me monuit, apud *Dion. Caſſ.* T. II. p. 955. eum civitatem vendere, καὶ ὑάλινά τις σκεύη τετριμμένα δῶ τινι. quo ſpectant haec ap. *Senecam* in Apocoloc. p. 852. *Conſul numularioluſ, qui vendere civitatulas ſolebat.* — V. 2. αὐτὸς τε. omiſſo ὁ Vat. Cod. — V. 3. ὑφηγήτορι. Vat. Cod. Quo ſenſu ὑφηγητὴς hoc loco ſit poſitum, obſcurum eſt. *Brodaeus* vertit, *duci, qui ſe introducat et inſinuet. Subpruszori, Opſopoeus. Boettigerus in den Vaſengemählden,* Faſcic. II. p. 200. interpretem intelligit, qui in templis peregrinos circumducat resque viſu dignas oſtendat. Quum ὑφηγεῖσθαι ſit *viam monſtrare, praeire, auctorem eſſe, ſuadere,* (vide *Bud.* Comm. Gr. L. p. 260.) ὑφηγητὴς autem ſive ὑφηγήτωρ *dux* et *auctor,* (vide *Sallier.* ad *Thom. M.* p. 878. ſq.) facile adducor, ut hic rhetorem intelligam, qui, parva mercede accepta, jus civitatis compararet ſtudioſo hujus beneficii. Fortaſſe etiam is eſt, qui civitatis jure donandum ad tribules adducebat, inſcribendumque curabat. — Sed, ut dixi, res eſt obſcurior. — V. 4. ἢ rec. man. additum in Vat. Cod. — V. 5. ταῦτ'. Hoc ſi mente ſervaveris, licebit te ex nobiliſſimis Athenienſium familiis oriundum eſſe dicas. Quantum vero Athenienſes antiquiſſimis temporibus generis nobilitati tribuerint, ſatis conſtat. A priſco illo Athenarum rege, Κόδρῳ, qui genere praeclaro conſpicui erant, Κοδρίδαι εὐγενέστεροι dicebantur. Vide *Diogen.* Cent. IV. 84. et *Arnald.* in Lect. gr. p. 82.

¶. 209.] *VII.* Cod. Vat. p. 550. Plan. p. 185. St. 269. W. *Stob.* Tit. X. p. 127. 37. Gesn. 75. Grot. — Timet poëta, ne hoſpes, apud quem coenaverat, eum

iterum invitet. — V. 2. *λαπάχαγον κράμβης.* Aſparagus ſive cyma braſſicae, proprie cauliculus olerum primitus e terra exeuntium. Vide *Salmaſ.* de Hom. H. I. c. XXX. p. 33. *μήλινον*, lutei coloris, ut veteris, decem nimirum dierum. *Martial.* XIII. 17. *Ne tibi pallentes moveant faſtidia caules, Nitrata viridis braſſica fiet aqua.* Iſti autem braſſicae cauliculi in coena noſtri; magis erant ſimiles culmis cannabinis; tam tenues, tamque macilenti erant. De *καννάβινος* dedit quaedam *Huetius* p. 17. — V. 3. Cavebo, ne ejus, qui me hac coena acceperit, nomen prodam. — *ἔστι γὰρ ὀξύς.* i. e. *ὀξύθυμος*, ut ap. *Theocrit.* Eid. XIV. 10. — V. 3. *φόβος οὐχ ὁ τυχών.* ingens metus, ne me iterum ad coenam vocet.

VIII. Cod. Vat. p. 550. Plan. p. 129. St. 187. W. Facetum carmen in Arrium quendam, Phoebi aedituum, qui munera et victimas deo oblatas ſtatim auferens, Apollini ne minimam quidem earum partem permittebat. — V. 2. *καὶ σύ γε.* Vulgo. — V. 4. *ἰκτίνου χεῖρα. milvinas manus.* Imperatorem rapacem *vulturium* appellat *Cicero* Or. in Piſon. 16. *Famem*, quae ad raptum faciendum exſtimulat, *milvinam Plautus* vocat in Menaechm. I. 3. 29. — V. 5. „*ἀκνίσσου.* Vat. Cod. perpe„ram. Vide ad Archiam XVI.“ *Br.* *ἄκνισσον βωμὸν* Apollo aram ſuam appellat, in qua propter Arrii rapacitatem nihil hoſtiarum comburebatur. Erat autem *τῶν νεωκόρων* ſacrificare, deorum ſimulacra cuſtodire, ludos et certamina in dei honorem habita curare. De horum hominum dignitate et officiis diſerte disputavit *Selden* in Marm. Arund. Operum T. II. p. 1571. ſqq. — V. 6. ſi quis hoſtias adduxerit. *τὴν πομπήν*, ſacrificium, ut ap. *Ariſtoph.* Acharn. 248. *ὦ Διόνυσε δέσποτα, Κεχαρισμένως σοι τήνδε τὴν πομπὴν ἐμὲ Πέμψαντα, καὶ θύσαντα.* Av. 848. *ἵνα θύσω τοῖσι καινοῖσι θεοῖς, τὸν ἱερέα πέμψοντα τὴν πομπὴν καλῶ.* — V. 7. *ἐν Διός.* Vulgo et in Vat. Cod. Hoc ſi emendatione indiget, ſcripſerim:

ναὶ, Διὸς ἀμβροσίῃ πολλὴ χάρις.

Quae ſequuntur, parum commode dicta: Unus ex vobis, i. e. mortalis eſſem, ſi deum fames attingeret. Dicendum erat: Conſumerer, fame enecarer; ſive, ut *Grotius* vertit: — *namque heic conderer, ut vos, Ipſe, deos poſſet ſi tetigiſſe fames.* Fac, ſcriptum fuiſſe:

εἰς ἀΐδεω γὰρ
ἦλθον ἄν, εἰ λιμοῦ καὶ θεὸς ἡψάνετο.

et nihil ad ſenſus integritatem deſiderabis. Sed tam audacibus conjecturis quod pretium ſtatuendum ſit, non ignoro. Alii itaque viderint.

IX. Cod. Vat. p. 556. ſq. »Epigramma hoc, quod »in codicibus meis non habeo, uberioribus inſtructus »copiis in lucem protulit primus cl. d'Orville in Siculis »p. 271. mutilo ultimo verſu, cujus poſtrema haec tan»tum, νέην ἴεραι βοσκάμεναι, in codice lecta fuerant. Admo»dum probabiliter ſupplevit vir eruditiſſimus, ſcribendo »ἢ ἐλάφου, νεσσὴν ἠέρα βοσκόμεναι. ἡμίονοι pro ἢ ἐλάφου pla»cuit cl. Toupio Epiſt. de Syrac. p. 343. Cur autem »huic illud praetulerit, nullam idoneam rationem ex»cogito, quam ipſe dixerit. Feſtinanter e Theocrito, »qui mihi ad manum erat, epigramma deſcripſi, non »inſpecto Orvilliano exemplo, quo nunc collato et re »attentius conſiderata, illius conjecturam ἢ ἐλάφου prae»fero. Vide Lucillii XCVII.« *Br. Toupii* emendandi pruriginem damnat et *Dorvillii* lectioni merito patrocinatur *Burmann.* in Anth. Lat. T. II. p. 698. ſq. — Deſcribitur hoc carmine mulorum macilentorum jugum. De uſu mulorum in re vehiculari vide *Bochart.* in Hieroz. P. I. L. II. c. 9. et *Scheffer.* de Re Vehic. I. 8. — V. 1. κοιμέουσιν. Vat. Cod. — V. 2. λιταῖς ἴκελαι. Sic Cod. Vat. Non λιταῖς εἴκελαι, ut ait *Dorvill.* Reſpicitur locus notiſſimus *Homer.* Il. ι. 499. unde ſeq. verſ. ὀφθαλμὼ reſtitutum eſt pro vitioſo ὀφθαλμῶν. — V. 4. Ἡφαίστου

πομπή. Vulcani sacrificium *Dorvill.* interpretatur. *Toupius* autem mulos, dignos, qui in Vulcani comitatum reciperentur, quia claudi scilicet. Prius praefero, ita tamen, ut muli Vulcani appellentur hostiae propter id ipsum, quod claudicant. — σκύτινα δαίμονια. non veri muli, sed mulorum umbrae. Manes δαιμόνια vocantur et δαίμονες. In *Euripid.* Alcest. 1140. Hercules Admeto conjugem reducit μάχην ξυνάψας δαιμόνων τῷ κοιράνῳ, *umbrarum regi.* Vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 178. — σκύτινα, *coriaceae*, autem vocantur, quibus nihil nili pellis et ossa relicta erant. Macilentorum philosophorum adumbrans imaginem *Antiphanes* ap. *Athen.* XIII p. 565. F. σοφιστῶν, λεπτῶν, δειλαίων, σκυτίνων. Sic σκυτίνη πικουρία, respectu habito ad συκίνην ἐπικουρίαν, *Aristoph.* dixit in Lysistr. 110. ubi vide *Flor. Christ.* p 226. — V. 7. κορώνης ἢ ἀλάφου. Ductum ex versu *Hesiodi* ap. *Plutarch.* T. II. p. 415. C. Ἔννεα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη Ἀνδρῶν ἡβώντων· ἔλαφος δέ τε τετρακόρωνος. Vide *Davisium* in *Ciceron.* Tusc. Qu. L. III. 28. et *Ruhnken.* Epist. crit. p. 112. sq.

X. Cod. Vat. p. 514. Plan. p. 20. St. 32. W. Veram philosophiam per compendium poëta docet, Epicuri somniis omissis. Explicat hoc carmen *Erasmus* in Proverb. Chil. II. VII. 98. — V. 1. εὐδαίμων. Similem rerum ad beate vivendum pertinentium enumerationem facit *Philemon* ap. *Lucian.* de Lapsu c. 6. Fragm. nr. 71. p. 364. Αἰτῶ δ' ὑγείαν πρῶτον, εἶτ' εὐπραξίαν, Τρίτον δὲ χαίρειν, εἶτ' ὀφείλειν μηδένι. — ¶. 210.] V. 3. Dicta sunt haec ad mentem *Hipponactis* ap. *Stob.* Tit. LXVI. p. 418. 25. Δύ' ἡμέρω γυναικός ἐστιν ἥδιστα, Ὅταν γαμῇ τις, κἀκφέρῃ τεθνηκυῖαν. quod etiam *Chaeremon* expressit ap. eundem p. 419. 15. γυναῖκα θάπτειν κρεῖττόν ἐστιν ἢ γαμεῖν. — V. 5. μάτην cum ζητεῖν jungendum.

XI. Cod. Vat. p. 493. Plan. p. 65. St. 95. W. Nicetae rhetoris eloquentia per comparationem laudatur.

Vide de hoc Niceta *Philoſtrat.* in Vit. Soph. p. 510. qui eum Nerva imperante floruiſſe tradit. Eundem commemorat *Plin.* Epiſt. VI. 6. *Julius Naſo — prope quotidie ad audiendos, quos tunc ego frequentabam, Quintilianum et Nicetem Sacerdotem ventitabat.* Ejus nomen *Freinsheimius* reſtituit in Dial. de cauſ. corr. eloq. c. 15. — V. 1. Veluti ventus leniter ſurgens, ſic Nicetae oratio a principio ſedata et lenis. ἀήτης ἐπὶ πρυτόνοισιν. Aura eſſe videtur, quae funes percurrit, circum funes ludit. Sunt enim οἱ πρύτονοι, οἱ ἐκατέρωθεν τοῦ ἱστοῦ σχοῖνοι ἐκτεταμένοι εἰς τὴν πρῷραν καὶ πρύμναν. *Heſych.* Similitudines a navigatione ad dicendi artem translatae paſſim obviae. Apud *Ariſtoph.* in Ran. 1029. Chorus Aeſchylum, cauſam contra Euripidem dicturum, hortatur, ne ſe ira patiatur abripi: ἀλλὰ συστείλας ἄνεμοισι χρώμενος ταῖς ἱστίοισιν, Εἶτα μᾶλλον μᾶλλον ἄξεις, Καὶ φυλάξεις, ἡνίκ' ἂν τὸ Πνεῦμα λεῖον καὶ καθεστηκὸς λάβῃς. *Quintil.* Inſt. Or. X. 7. 23. de extemporali dicendi facultate agens: — *deliberare, non haeſitare videamur. Hoc, dum egredimur e portu, ſi nos nondum aptatis ſatis armamentis agee ventus; deinde paulatim ſimul euntes aptabimus vela et disponemus rudentes et impleri ſinus optabimus. Id potius, quam ſe inani verborum torrenti dare quaſi tempeſtatibus, quo volent, auferendum.* Ejusdem ſimilitudinis veſtigium eſt ap. *Ciceronem* in Brut. c. 24. ubi cum dixiſſet, Galbae orationem et gravem et incitatam fuiſſe, addit: *dein cum otioſus ſtilum prehenderet, motusque omnis animi, tanquam ventus, hominem defecerat, flacceſcebat oratio.* — V. 3. Procedente oratione vehementius inflatur, omnibus velis expanſis navigat, ἱστιοδρομεῖ. — V. 4. πακτώσας. antennis malo firmiter alligatis, quod vento fortius flante fieri ſolet. — V. 6. ἔμπορος εἰς. Vat. Cod. Latet aliquid. *Salmaſius* in notis ad Aldin. edit., *non dubito*, ait, *quin ἔμπορος ſit ex emporio Planudis, quod huic loco ineptum eſt.*

Automedonti Aetolo in Vat. Cod. tribuitur Ep. inter Theocritea VIII.

PHILIPPI THESSALONICENSIS EPIGRAMMATA.

¶. 211.] *I.* Hoc ſecundae Anthologiae prooemium legitur in Vat. Cod. p. 83. cum inſcriptione: Ἕτερος στέφανος Φιλίππου τεῦ Θεσσαλονικέως· ἓν ἐποίησε κατὰ μίμησιν Μελεάγρου. συνῆξε δὲ καὶ αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἐμφερομένων ποιητῶν, ἐξ Ἀντιπάτρου, Κριναγόρου, Ἀντιφίλου, Τυλλίου, Φιλοδήμου, Παρμενίωνος, Ἀντιφάνους, Αὐτομέδοντος, Ζωνᾶ, Βιάνορος, Ἀντιγόνου, Διοδώρου, Εὐήνου καὶ αὐτοῦ Φιλίππου. ἔγραψε δὲ οὗτος ὁ Φίλιππος στέφανον πρός τινα Κάμιλλον. Ut omnis haec nova collectio Epigrammatum ad *Meleagri* exemplum inſtituta fuit, ſic hoc quoque prooemium conſcriptum eſt ad imitationem prooemii illius, quod Gadarenſis poëta Coronae ſuae praefixit. Editum eſt a *Vavaſſore* de Epigr. p. 179. ſq. *Fabricio* in Bibl. gr. Vol. II. p. 687. *Martino* in Epiſtol. T. I. p. 192. *Reiskio* in Notit. Poët. p. 267. — V. 1. κλυτόδενδρες. Pieria nobilibus arboribus conſita. Ad poëtas, cum arboribus comparatos, hoc epitheton ſpectat, quod an ab antiquiore poëta uſurpatum ſit, ignoro. — V. 2. πρωτοφύτους. Fallitur *Martinus*, qui πρωτοφύτους κάλυκας opponi putat τοῖς ἀρτιφύτοις ἄνθεσι v. ult. Duo haec vocabula idem ſignificant, recentiores flores, qui paulo ante prodierant. Sic noſter Ep. VII. πρωτογόνῳ γάλακτι de recenti lacte uſurpavit. — V. 3. νεανῆς Vat. Cod. Mart. Fabr. Vavaſſ. νεαρῆς *Reiske* dedit ex ap. Lipſ. σελὶς νεαρή, poëtarum recentiorum opera. *Antip. Theſſal.* XXIII. poëtrias vocat ἀενάων ἐργάτιδας σελίδων. et de *Ariſtophanis* carminibus idem Ep. XXV.

ἡγεῖθ' ἕσον Διόνυσον ἔχει σελίς. — ἀντανέπλεξα diſerte ſcriptum in membranis, et ſic *Mart.* *Vavaſſor* ἄντα ἔπλεξα. Ap. Lipſ. et hinc *Reisk.* αὐτὸν ἔπλεξα. Codicis ſcriptura procul dubio vera, quae *Philippum*, cum *Meleagro aemulantem*, novam coronam nectere ſignificat. — V. 4. Μελεαγρίοις. Vat. Cod. Μελεαγρῆος *Mart.* Noſtrum *Vavaſſ.* et *Reisk.* — V. 5. Quum veterum poëtarum opera legeris, haec quoque pauca, quaeſo, legas recentiorum carmina. παλαιοτέρων κλέος, illuſtres illos antiquitatis poëtas. — Κάμιλλα. *Mart.* vitioſe. Nihil de hoc *Camillo* conſtat. — ὀλιγοστιχίη. Sive de brevioribus carminibus, qualia ſunt Epigrammata, ſive de collectione non adeo ampla accipiendum. — V. 9. Τύλλιας vitioſe *Martin.* — μελίλωτον. Sic lotus vocabatur apud Naucratitas. Plurimus ejus ad coronas uſus. μελιλωτίνους στεφάνους, πάνυ εὐώδεις καὶ καύσωνας ὥρᾳ ψυκτικωτάτους commemorat *Athen.* III. p. 73. A. B. Cf. L. XV. p. 678. C. p. 685. F. *Salmaſ.* Exerc. Plin. p. 686. ſq. *Bod. a Stapel* ad *Theophr.* VII. p. 903. — ἀμάρακον. Vid. *Meleager* I. 41. — V. 10. Apogr. Lipſ. μύρτα δ' ὡς. unde *Reisk.* fecit μύρῳ' ὡς. Reliqui omnes membranarum lectionem exhibent. — V. 11. Ζωνάς. Vat. Cod. Σωνάς. *Mart.* — V. 12. ἐλαίῃ. Vat. Cod. et *Mart.* Reliqui ἐλάῃ. Hac vocis forma noſter iterum utitur Ep. XX. καὶ πέρκην ἤδη χρυσοχίτων' ἐλάην. — Pro ἴον in fine verſus *Reiskius* ἔφυ dedit, non indicata lectionis varietate. — V. 13. συνεπίπλεκε. Vat. Cod. Omnes edd. συνεπέπλεκε, praeter *Martinum*, qui συνεπίπλοκα dedit. *Reiskius* ex apogr. Lipſ. δὲ inſeruit poſt Εὐήνῳ. — V. 14. ἰθέλεις. Vat. Cod. et *Reisk.* ἰθέλοις *Vavaſſ.* In hoc quoque diſticho agnoſcimus imitatorem *Meleagri*, cujus ſunt haec in Prooemio ad finem: ἄλλων σ' ἔρνεα πολλὰ νεογραφῶ.

II. Vat. Cod. p. 590. Ἄδηλον. Editum eſt inter Callimachea nr. XLVII. p. 314. cujus poëtae id eſſe ſuſpicabatur *Albertus* ad *Heſych.* T. I. p. 839. Tanquam

ἀδήλου idem carmen exhibuit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 332. *Brunckius* ſecutus eſt conjecturam valde probabilem *Jo. Pierſoni*, qui id *Philippo* tribuendum eſſe cenſebat propter Ep. III. ubi Archeſtrati pueri fit mentio, Veriſim. p. 83. ſq. Expreſſit *Philippus* Epigr. *Meleagri* XXXIV. Archeſtratum puerum, quem pulchrum eſſe negans poëta in Nemeſis iram incurrerat, precibus placare conatur. — V. 3. συνήρπασε *Dorvill.* neglecto doriſmo. συναρπάζειν poſitum videtur pro ἁναρπάζειν, ad poenam rapere, ut συμμάρπτειν in eadem re ap. *Herodotum* L. VI. 86. p. 478.:

— κραιπνὸς δὲ μετέρχεται, εἶσοκε πᾶσαν
συμμάρψας ἐλέσῃ γενεὴν καὶ οἶκον ἅπαντα.

Simplex μάρπτειν ap. *Euripidem* Stob. Eclog. Grot. p. 121. ſq. Δίκη — βραδεῖ ποδὶ στείχουσα μάρπτει τοὺς κακοὺς ἀεὶ βροτῶν. Idem verbo συναρπάζειν eodem ſenſu utitur in Bacch. 443. Βάκχας — ἃς συνήρπασας. et 728. κἀγὼ ξυνεπῄδησ', ὡς ξυναρπάσω θέλων. — καὶ εὐθὺς ap. Lipſ. — ἐκείμαν ἐν πυρί. Etiam hoc ductum ex *Meleagro* Ep. XVI. τὸ γὰρ πλέον ἐν πυρὶ παίδων βαλλόμενος κεῖμαι. *Horat.* I. Carm. XIII. 8. *arguens, Quam lentis penitus macerer ignibus.* — V. 4. πᾶς δ' ἐν ἐμοί. Vat. Cod. Eleganter hoc correxit *Pierſon.* Haud aliter *Meleager* Ep. XXIII. ὡς ἀπ' Ὀλύμπου Ζεὺς, νέον οἶδεν ὁ παῖς μακρὰ κεραυνοβολεῖν. *Aſclepiades* Ep. XIII. τόξοις μὴ βάλλετέ μ', ἀλλὰ κεραυνοῖς, καὶ πάντως τέφρην θέσθε με κἀνθρακιήν. — V. 5. ἱλασάμεσθ' Vat. Cod. quod correxit *Anna Fabri* et alii. In apogr. Ruhnk. ἱλασόμεθα τὸν θεόν. et in marg. ἱλασσώμεθ' ἢ τὸν θ. Pro ἢ *Erneſtus* dedit ἅ. male. — V. 6. κρέσσων. Vat. Cod. — Puerum magis vereor quam Nemeſin; quare illum placabo, haec valeat.

¶. 212.] *III.* Cod. Vat. p. 512. Edidit *Pierſon.* in Veriſim. p. 84. V. 3 – 5. laudat *Albertus* ad *Heſych.* v. ἐμπερκάζουσαν T. I. p. 1200. In puerum, qui, dum ſo-

ruerat pulcritudine, poëtam ſpreverat; nunc, *in faciem mutatus hiſpidam*, ultro ſe ejus amplexibus offerebat. — V. 2. οἰνωπαῖς. Vat. Cod. οἰνωπὸς edidit *Pierſon.* et ſic correxit *Cornel. de Pauw* in Apogr. ſuo. Sed vereor, ut ſic recte procedat oratio. Nam ad οἰνωπὸς ſubaudiendum foret ἦς: quo facto, pendent verba ψυχὰς ἔφλεγες ἡϊθέων, cum apodoſis ſequentibus verbis contineatur. Alia eſſet ratio, ſi v. 1. legeretur: ἡνίκα μὲν καλὸς ὦν. Nunc veram puto membranarum lectionem, οἰνωπαῖς. ἀμφὶ παρειαῖς enim non eſt *circa genas*, ſed διὰ παρειῶν: *flaveſcentibus genis*. Hic praepoſitionis ἀμφὶ uſus frequens eſt apud *Pindarum*, cujus haec ſunt: Olymp. VIII. 55. Πέργαμος ἀμφὶ ταῖς – χερὸς ἐργασίαις ἁλίσκεται. Iſthm. VII. 11. ἀμφὶ πυκναῖς Τειρεσίαο βουλαῖς. Dionyſus perſonatus in *Euripidis* Bacchis v. 236. deſcribitur οἰνωπὸς, ἔσσοις χάρισι Ἀφροδίτης ἔχων. et v. 438. οὐδ' ἤλλαξεν οἰνωπὸν γένυν. Conf. *Valckenar.* ad Phoeniſſ. 1167. — V. 4. παίζων. De amoris luſibus accipe. In Sardanapali epitaphio (vide T. I. p. 185.) quod vulgo ſic profertur, ἔσθιε, πῖνε, παίζε, ut ap. *Arrian.* Expedit. Alex. II. 5. 5., illud παῖζε cum ἀφροδισιάζε commutatur ap. *Plutarch.* T II. p. 336. C. — Jejunum eſt in proximis, ὡς –, *pulchritudinis florem ut roſam perdidiſti*. Putabam:

τὴν ἀκμὴν ἠρινὸν ἠφάνισας.

Similiter ap. *Rufinum* Ep. VIII. ſcribendum videtur:

οὐδὲ τὸ καλὸν
τῶν ἰλαρῶν μήλων ἠρινὸν ἐξέφυγεν.

ubi vulgo ἢ ῥόδον legitur. *Galenus* in Protrept. c. VIII. τὴν τῶν μειρακίων ὥραν τοῖς ἠρινοῖς ἄνθεσιν ἐοικυῖαν. — ἀφανίζειν in hac re proprie dicitur. *Philoſtrat.* Epiſt. XXXV. p. 929. φθονερὸς γὰρ ὁ χρόνος καὶ τὴν κάλλους ἀκμὴν ἀπάγει καὶ τὴν ἄνθους ὥραν ἀφανίζει. *Strato* Epigr. LIV. οἷόν μου παιδίον ἠφάνισεν. *Xenoph. Epheſ.* I. p. 10. ἤδη δὲ αὐτῇ τὸ σῶμα πᾶν ἠφάνιστο καὶ ἡ ψυχὴ καταπέπτωκε. ubi vide cl.

Locella p. 149. — V. 5. ἐπιπερκάζεις. Metaphora de uva, quae ubi nigrescere incipit, ἐπιπερκάζειν dicitur, translata ad puerum, cujus genas prima lanugo obumbrat. *Hesych.* ἐμπερκάζουσαν. ὑποθάλλουσαν. μελανίζουσαν. περκάζει. μελανίζει. ποικίλλει. *Aristaenet.* L. I. 3. p. 19. βότρυς δὲ οἱ μὲν ὀργῶσιν, οἱ δὲ περκάζουσιν. Fortasse apud *Philostratum* Epist. X. p. 918. legendum, ὥσπερ τῶν βοτρύων οἱ εὖ περκάζοντες, pro πεάττοντες. Vide *Salmas.* ad Solin. p. 364. *Variat luventibus uva racemis. Propert.* IV. 2. 13. cum quo consp irat *Horat.* II. Carm. V. 8. ubi de puella immaturis annis — *tolle cupidinem Immitis uvae: jam tibi lividos Distinguet autumnus racemos Purpureo varius colore.* quem illustrat *Cuningham* p. 264. — V. 5. φίλον ἕλκων. Vat. Cod. et *Pierson.* qui nihil hic corruptelae suspicatus est. *Brunckius* recepit conjecturam *Toupii* in Emend. in Suid. II. p. 201. νῦν φίλος accedis, antea φιλίας οὐδεὶς λόγος. *Theocrit.* Eid. XV. 144. καὶ νῦν ἦνθες, Ἄδωνι, καὶ ὄκκ' ἀφίκῃ, φίλος ἥξεις. Mihi tamen vulgata ferenda videtur. φίλον ἕλκων est, *amicum invitans;* ut ap. *Straton.* XVII. κἀκεῖ Τειρεσίην ἢ Τάνταλον ἐς πότον ἕλκε. Frequentius hoc sensu ἐφέλκεσθαι ponitur. *Leontius* Ep. X. κάλλει καὶ τέχνῃ πάντας ἐφελκομένη. — V. 6. Stipulas mihi largiris, cum aliis ipsam messem permiseris. *Asclepiad.* Ep. I. καί τις ἂν εἴποι κρείσσονας αὐχμηρὰς ἀσταχύων καλάμας. ubi vide notas p. 22.

IV. Cod. Vat. p. 608. πεντάμετρον μόνον. Unum hoc exemplum est graeci carminis e continuis pentametris, quo poëta Venerem, cujus deae manifesta ubique potentia, invocat. Nemo ante *Brunckium* edidit, qui postremos duos versiculos sic, ut in Analectis habentur, refinxit, usus cum *Reiskii* conjecturis, in margine apographi, quod nunc in bibl. Suhmiana asservatur, tum emendatione docti viri in apogr. Lipsi. qui ἐργασίαις τὸ καλαῖς conjecit. In membranis autem legitur:

ἐν πᾶσι μύθοις ἔργοισιν τε καλοῖς
πάντη γὰρ πᾶσι σὴν ἀηλοῖς τιμήν.

Vereor, ne *Brunckius* verſuum numeros corrigens, poëtae aliena affinxerit. Certe τιμὴν, quod membranae habent, elegantius eſt, quam quod librariorum oſcitantiae aut gloſſatoris ſedulitati tribui queat. Quis, quaeſo, ſpoponderit, verum eſſe, quod lemmatis auctor dicit, totum hoc carmen pentametris conſcriptum eſſe? Quid, ſi *Philippus* varia metra conjungere voluit, ut alii ante eum fecerant? Vide *Dorvill.* Vann. crit. p. 185. ſqq. Perperam enim ſaepenumero librarios de iſtorum carminum metris ſtatuiſſe, ex multis exemplis ſatis conſtat. Haec nos certe ab audaci mutatione retrahere debent.

V. Cod. Vat. p. 157. Edidit *Reiske* in Anthol. nr. 403. p. 3. et *Toup.* in Epiſt. crit. p. 124. Archicles piſcator anchoram, naſſas et reliqua piſcaturae inſtrumenta Neptuno dedicat. — V. 1. laudat *Suid.* T. I. p. 459. cum interpretatione, ἡ ἄγκυρα ἡ τὸν βυθὸν οἰκοῦσα; niſi fuit ἡ τὸν βρύον οἰκοῦσα. Eſt enim βρύον muſcus marinus, praecipue id ejus genus, quod in ſcopulis naſcitur. Vide *Heſych.* v. βρύον. Quid interſit inter βρύον et φῦκος, docuit *Bod. a Stap.* ad *Theophr.* IV. p. 411. Cf. III. p. 132. Apud *Philoſtrat.* Icon. II. 16. p. 833. Glaucus ſic deſcribitur: φεῦ, τῶν στέρνων, ὡς λάχνη μὲν αὐτοῖς ἐγκατέσπαρται, βρύων κομῶσα καὶ φυκίων. — ἐρυσινηΐδα. quae navem retinet. *Theaetet. Scholaſt.* Ep. I. ἄγκυραν ἐχενηΐδα. Similiter *Sophocles* ap. *Athenaeum* L. III. p. 99. D. anchoram appellat νηὸς ἰσχάδα. — V. 3. μόλυβδον. Vat. Cod. quod et ipſum verum. Vide de hac diverſitate ſcripturae Intrpp. *Moer. Att.* et *Thucyd.* T. I. p. 370. ed. Bip. Agitur hoc v. de plumbo retis ἀψῖδι appenſo. Sunt autem ἀψῖδες proprie τὰ κύκλα τῶν τροχῶν, αἱ περιφέρειαι. *Heſych. Scheffer.* de Re Vehic. I. 6. p. 52. Hinc etiam

retis περιφέρεια. Rem illuſtrant ſimiles loci in carminibus dedicatoriis. *Julian. Aegypt.* Ep. VI. εὐκύλπου τε λίνοιο περίπλοα κύκλα μολίβδῳ. Ipſe *Philippus* Ep. XXII. λίνον ἀκρομολίβδου, rete, in ſuperiore margine plumbo inſtructum, habet. Emendatione non opus, qua hunc verſum tentavit *Salmaſ.* in marg. ap. Guyet. δίκτυον μολίβδοῦν; eamque recte impugnat *Cornel. de Pauw* in not. mſc. ubi tentat: δίκτυον μολίβδῳ ἠψιδωμένον; quod ſe bene haberet, ſed membranarum lectioni non praeferendum eſt. — V. 4. ἐπ' ἐσφραγισμένους. Vat. Cod. Naſſas munitas, metaphorâ a ſigillo ductâ interpretatur *Salmaſ.* in ap. Guy. At σφραγίζεσθαι, ut latinorum *ſignari*, nonnunquam ponitur pro *inſtructum, diſtinctum eſſe.* Vide ad *Rufin.* Ep. II. Naſſis aptari ſolet ſuber, quod in aquae ſuperficie natans, ubi naſſa lateat, ſignificat. Vide *Bergler.* ad *Alciphr.* l. 1. p. 12. ed. Wagn. et quae notavimus ad *Archiam* Ep. X. p. 255. — Ceterum *Reiskius* τοὺς poſuit ante φελλοῖς, quod certe vulgari verborum poſitioni accommodatius. Membranarum tamen ſcriptura verſum molliorem reddit. — V. 5. ὑδατιστεγῆ. Vat. Cod. unde *Salmaſ.* in marg. ap. Guy. ὑδατιστεγῆ fecit. *Reiskius* cum in ap. Lipſ. ὑδατοστεγῆ reperiſſet, dedit ὑδατοστεγῆ. *pileum caput ambientem et imbres humoremque omnem arcentem.* Idem ἀμφικέφηνος in notis derivat a κρᾶς κράτος, ἀμφικράφηνος. Melius derivaveris a κράνον, quod e κάρηνον contractum eſt. Hoc certe rectius et verius, quam cum *Salmaſio* in marg. ap. Guy. ἀμφίκρημνον legere, quod ipſe emendationis auctor de pileo ab utraque parte reciſo interpretatur. *Corn. de Pauw* membranarum lect. tuetur, eamque a κρήνη derivat, quam vocem de aqua pluviatili uſurpari non dubitabat. Eidem tamen etiam ἀμφίτρητον in mentem venit. In piſcatorum ſuppellectili *Theocritus* Eid. XXI. 13. πίλους commemorat, qui *Reiskio* propter aberrationem Aldinae temere ſuſpecti fuerunt. — V. 6. πυρητόκον. Sic membr. Apogr. πυροπλό-

πυρσοπλόκον. *Reisk.* πυρσοτόκον. Vox alibi non occurrit. λίθον πυρσοτόκον dixit *Theaet. Schol.* Ep. I. μητέρα πυρσῶν τήνδε λίθον *Julian. Aeg.* Ep. VI. — V. 7. Ποσειδών. apogr. Lipſ. et *Reisk.* — Ἀρχικλῆς. Hoc nomen perperam legit auctor lemmatis: ἀνάθημα τῷ Ποσειδῶνι παρὰ Χαρικλέους. Laudat h. v. cum ſeq. *Suidas* v. ἄλη T. I. p. 108. — V. 8. ἠϊόνων. Vat. Cod. et duo Codd. regii in *Suidae* l. ubi vulgo ἠϊόνος habetur. *Toupius* legendum cenſet: τῆς ὑπ' ἠϊόνων ἄλης. *vitae litoralis*, qualem piſcatores agunt. Haud aliter *Cornel. de Pauw* h. l. conſtituit. ἄλης eſt ap. *Suid.* et in membranis Vat. nec mutari debebat in ἄγρης, quod *Salmaſii* inventum in apogr. Guy. et Ruhnk. legitur. ἄλη. πλάνη. *Suid.* quod huic loco convenit, ubi piſcator loquitur, moleſtias et labores navigationis non amplius ferens. Sic venator Ep. VIII. δαμεὶς χρόνῳ Ἀπεῖπεν ἤδη τῆς ὀρεινόμου πλάνης. et Ep. XXIII. piſcator Neptuno inſtrumenta ſua dedicat, ἱκεσίη μογερῆς παύσαθ' ἁλιπλανίης. Delus inſula ap. *Callimach.* H. in Del. 205. ἄβλητον ἄλης ἐπαπαύσατο λυγρῆς. Idem eſt ἀλητὸς, ap. eundem in fr. CCLXXVII. μαστύος ἀλλότ' ἔκαμνον ἀλητύι. ubi legendum: ἀλλ' ὅτ' ἔκαμνον, *poſtquam fatigati erant.*

VI. Cod. Vat. p. 158. Edidit *Kuſter.* ad Suid. v. κύμβαλα T. II. p. 394. *Reiske* in Anthol. nr. 405. p. 4. Gallus Clytoſthenes furoris inſtrumenta Rheae ponit. Cf. *Erycii* Ep. II. Incert. Ep. CLXXIV. — V. 1. κεραξάχειρα. Vat. Cod. et ap. Lipſ. in cujus marg. κεραξίχειρα notatum. Hoc recepit *Reiskius.* Noſtrum inveni in ap. Guyet. et Ruhnk. idque tuetur *Suidas*, qui h. v. cum v. 6. laudat v. τύμπανον T. III. p. 516. — V. 2. *Suid.* v. κύμβαλα. l. c. Cymbala intus cava, κοιλοχείλεα, quo vocabulo hujus inſtrumenti ratio paulo obſcurius indicatur. ὀξύδουπα. Ap. Anonym. Ep. CLXXIV. ὀξύφθογγα κύμβαλα. — V. 3. κεροβάς. tibias (hoc enim λωτοί, nulla materiae ratione habita) ex cornu factas, ſoni gravioris. Ep. Incerti l. c. βαρυφθόγγων ἁλπλητὴν Αὐλῶν, οὓς μόσχου λοξὸν

ἔκαμψε κέρας. Haec Gallorum inſtrumenta conjungit *Catull.* LXIII. 21. *Ubi cymbalûm ſonat vox, ubi ſympana reboant, Tibicen ubi canit Phryx curvo grave calamo.* Qui de his diſputavit *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. IX. 8., *ſympana* cum *cymbalis* confudiſſe videtur. Vide, quae collegit *Burm.* ad. Anth. Lat. T. II. p. 503. — ¶. 213.] V. 4. στροβυλίσας et ἐπ' ὠλόλυξεν. C. V. Prius derivandum a στρόβιλος, quod *trochum* ſignificat; hinc στροβιλεῖν et στροβιλίζειν, quo verbo rotatio capitis eorum, qui gallico furore correpti erant, pingitur. *Catullus* l. c. 23. *Ubi capita Maenades vi jaciunt hederigerae, Ubi ſacra ſancta acutis ululatibus agitant.* Ceterum metro nihil cum *Kuſtero* timendum. στροβιλίζειν antepenultimam modo corripit, modo producit. In στρόβιλος certe media producitur ap. *Ion Chium Athenaei* L. III. 91. E. στρόβιλος ἀμφ' ἄκανθαν εἰλίξας δίμας: et ap. *Ariſtoph.* Εἰρ. 864. in tetrametro jambico: εὐδαιμονέστερος φανεὶς τῶν Καρκίνου στροβίλων. — V. 5. σάγαρις. κοπὶς ἢ πέλεκυς. *Suid.* T. III. p. 274. ubi h. v. laudat. αἵματι φοινιχθέντα φάσγανα. Ep. incert. CLXXIV. *Saxum acutum* Attini tribuit *Ovid.* in Faſt. IV. 237. *acutam ſilicem Catull.* l. c. 5. — λυσιφλεβῆ. quo vena demetitur. φλεψ, *vena. Alcaeus* Ep. VIII. κειράμενος γονίμην τις ἄπο φλέβα. Vide ad *Leonid. Tar.* Ep. XXVI. — V. 6. *Suid.* l. c. λεοντίδιφθε σοι Ῥείη κ. θῆκα. — V. 7. γηράσας pro ἀναπαύσας πόδα γηραλέον.

VII. Cod. Vat. p. 159. Edidit *Reiske* in Anthol. nr. 410. p. 7. Eleganti hoc carmine caprarius Pani, quem ipſe rudi manu edolaverat, ſacra facere fingitur. — V. 1. ἐκ φηγοῦ. φήγινος κολοσσὸς Herculis ap. *Erycium* Ep. IV. — αὐτόφλοιος. Vide ad *Apollonid.* Ep. X. T. II. P. I. p. 359. — V. 3. αἰγιβάτην. *Reisk.* — V. 4. μεθύσας. imbuens. Infra Ep. XXIII. κώπην ἅλμης τὴν μεθύουσαν ἔτι. Vide ad *Philodemi* Ep. XVII. — V. 5. διδυμάτοκας. *Reisk.* Formam διδυματόκων agnoſcit *Theocrit.* Eid. I. 25. VIII. 45. — Mox ἔσοιντο malit *Brunckius*; in talibus enim dedi-

cationibus, quae voto terminantur, optativum adhiberi. At quid impedit, quominus is, qui preces fundit, se voti damnatum iri confidat, eamque confidentiam verbis significet? Notandum tamen, verbum ἔσοντα in codice recentiori charactere scriptum esse. — V. 6. Pro τρηχὺν *Reisk.* πικρὸν dedit, errore sive suo, sive ejus, qui cod. Lips. scripsit. — Nullius pretii est conjectura *Salmasii* in marg. Guyet. κἄκτοθι φεύγουσι sive φεύξουσι.

VIII. Cod. Vat. p. 161. Editum a *Majo* in Catal. Bibl. Uffenb. p. 583. *Alberto* ad *Hesych.* v. ἐπισφύρια T. I. p. 1392. *Reiskio* in Anth. nr. 412. p. 8. Quum in quibusdam apographis in duo carmina divulsum esset, *Kusterus*, vitio non animadverso, quatuor priores versus pro integro Epigrammate exhibuit ad *Suid.* T. I. p. 525. Recensum poëta instituit instrumentorum artis venatoriae, quae Gelon, venator decrepitus, Pani dedicat. — V. 1. ὑλισκόπῳ. Cod. Vat. *Guyetum* in marg. ὑλησκόπῳ emendasse, notavit *Albertus*. Recte. Sic ὑληφόρος. ὑληωρός. ὑληκοίτης. Ipse tamen *Hesychii* editor ὑλοσκόπῳ mallet, ut *Kusterus* edidit. — V. 2. ἐκτέρυσε *Kuster.* ἀκτέρισε *Salmas.* in ap. *Guyet.* Vera est vulgata. Vide Interpp. *Hesychii* in ἴδρισε et ἀκτέρισε. Male etiam *Majus* ἐν ἐρίῳ tentat pro ἐν ἔργῳ. Hasta Gelonis nostri longo tempore *in ipso venationis opere* (non aerugine igitur) detrita erat. — Mox codex λίνῳ πολυστρόφῳ. Nostrum edidit *Albertus* et *Reisk.* λίνου πολυστρόφου *Kuster.* γηραλέον νεφέλας τρόχος appellat *Antip. Sid.* XVII. quod carmen *Philippus* expressisse videtur. — V. 4. „δειραγχέας. Sic „recte scriptum in apogr. Buher. [et in Cod. Vat.] „Hinc *Suidas* δειραγχέας πάγας, τὰς τὴν δέρην ἀγχούσας, „quam vocem supra *Archiae* reddidi VIII. 3. ubi male „editum erat δειραχθὲς pro δειραγχές." *Brunck.* — V. 5. νευροπλεκεῖς. ap. Lips. — Vers. seq. Cod. ὠκεῖς. „Salmasius „reposuit ὀχεῖς, i. e. ἱμάντας. Ordo est: νευροπλεκεῖς τὰ „ὀχεῖς, νυκτάλων ἐπισφύρους. Lora e nervis, quibus fera-

„rum crura conſtringuntur.“ *Br.* *Reiskius* dubitans, an ποδίσχρας pro ποδιστῆρας poni poſſit, ὠκεῖς ποδιστὰς dedit et junxit: nervis plexas pedicas, ſubito ferarum malleolos implicare doctos. At vox ποδιστὴς non magis obvia quam ποδίστρα. In *Salmaſiana* emendatione mihi parum arridet ſubſtantivorum accumulatio, ὀχεῖς, ποδίστρας, ab hujus carminis indole aliena Nec video, quid in ὠκεῖς π. tantopere reprehendi poſſit. Certe celeritas in pedica non indigna erat, quae commemoraretur. — V. 7. κλοιούς. Vide ad *Antip. Sidon.* Ep. XVII. 3. p. 25. κυνούχους h. l. eodem ſenſu accipiendum, quo ap. *Leonid. Tarent.* Ep. XI. ὁ τὸν κύνα κρατῶν δεσμός. Vide not. T. I. P. II. p. 73. — V. 8. ἀπ' εἶπεν. Vat. Cod.

IX. „Incertum, utrum Leonidae Tarentini an Phi„lippi. Edidit Salmaſ. in Plin. p. 73. ex eo emendatius „Toup ad Suidam II. 170. [II. p. 285.]“ *Br.* Qui *Leonidam* hujus carminis auctorem fecerit, novi neminem. In Vat. Cod. inſcribitur p. 177. ἀνάθημα ταῖς Νύμφαις. παρὰ γραὸς πονιχρῆς. Λάκωνας, οἱ δὲ Φιλίππου Θεσσαλ. et ſic *Dorvill.* in Sicul. T. I. p. 166. *Reisk.* Anthol. nr. 458. p. 22. Scriptum eſt in anum, quam pedibus graviter laborantem aquae calidae Symaethi ſanarunt. — V. 1 – 3. laudat *Suidas* v. γραῦς T. I. p. 495. fine varietate. Semper mihi ſuſpectam fuiſſe fateor lectionem Codicis et *Suidae*, γυρὴ πόδας, *varis pedibus*. Quomodo enim, quaeſo, fieri poterat, ut, quae hoc vitio laboraret, quod non morbi, ſed naturae eſt, aquarum vi ſanaretur? Quare mihi non ſic videtur ſcripſiſſe *Philippus*, ſed

ἡ πυρὰ πόδας.

luxatis pedibus laborans. *Schol. Homeri* Il. β. 599. πυρὸς καλεῖται ὁ κατά τι μέρος τοῦ σώματος βεβλαμμένος. Noſter Epigr. XIV. γυῖ' ἀναπηρωθείς. Ep. LXIX. πυρὸς ὁ μὲν γυίοις, ὁ δ' ἄρ' ὄμμασι. *Pauſan.* III. 8. τὸν γὰρ δὴ ἕτερον τῶν ποδῶν

ἐκπνέωντο ὁ Ἀγησίλαος. *Agath.* Hiſtor L. II. p. 56. ἄμφω τῶ ποδὶ πεπηρωμένος. Cum hac lectione plane conſpirat v. 8. ἀμφίχωλον σκέλος. — V. 2. laudat *Suidas* v. παιώνιον T. III. p. 68. παιωνίοις τισὶ φαρμάκοις, σωτηρίοις, θεραπευτικοῖς, ἰατρικοῖς. Pro nomine proprio habebat *Salmaſius*, ſine cauſa idonea. — V. 3. 4. *Suidas* in διεσκήρπτε T. I. p. 579. — μὲν vitioſe ap. *Toupium*. Vide *Tyrwhitt.* in Notis ad Toup. Emend. T. IV. p. 420. — τετρωμένην. Cod. Vat. *Suidas* et edd. usque ad *Reiskium*, qui diu ante *Toupium* τετρυμένην emendaverat. Epigr. Inc. DCXLIX. γήρᾳ καὶ πενίῃ τετρυμένος. *Addaeus* Ep. III. τετρυμένον ἐργατίνην βοῦν. Vide ad *Anytes* Ep. VII. At vetula noſtra non dicitur *detrita* ſive *confecta* aetate, ſed morbo male affecta, τετρωμένη, ut recte Codex. *Euſtath.* Od. ε. p. 219. 26. τὸ τρῶσαι ἰωνικῶς τὸ βλάψαι δηλοῖ. Od. φ. 295. οἴνός σε τρώει μελιηδής, ὅστε καὶ ἄλλους βλάπτοι. — V. 5–7. laudat *Suidas* in οἶκτος T. II. p. 665. „In cod., „ut et apud Suidam, ſcriptum αἵ τ' ἐρινόμου Αἴτνης π. Εὐμέ„θου. Hoc poſtremum recte a doctiſſimo Weſſeling emen„datum, Probabil. c. 29. extremo, ubi mirum a viris „diligentiſſimis, Weſſelingium dico et Hemſterhuſium, „non obſervatum fuiſſe hoc Epigr. in Salmaſii Plinianis. „ἐρινόμου in metrum peccare videtur. Salmaſius emen„dabat ἐριννόμου. Hemſterhuys ἐριβρόμου, aut ὀρεινόμοι, „relatum ad αἱ Νύμφαι. His longe praeſtat Toupii con„jectura πυριπνόου.“ *Br.* αἱ 'ν πυρηνόμου dedit *Reiske.* — Pro εἶλεν *Salmaſius* εἶχεν tentabat, in marg. ap. Guyet. — ¶. 214.] V. 6. Συμαίθου idem primus emendavit. Eſt fluvius in agro Catanaeo, hodie *Lagiaretta* ſive *Lalaretta*, (vide *Cluver.* Sic. Ant. L. I. p. 124. 48.) celebratus etiam Jovis amoribus, qui juxta eum Nympham compreſſit Thaliam, ex quo concubitu nati ſunt Palici, tradente *Macrobio* Saturn. V. 19. Conf. inprimis *Valcken.* ad *Callimachi* Eleg. p. 175. — V. 8. ἀμφίκω. λον *Salmaſ.* vitioſe. Mox in contextu ap. Guy. et Ruhnk.

ἄρτεμι legitur; in marg. ἀρτεμές. Haec est genuina scriptura codicis. Ordo est: λιβὰς Αἰτναίη διεστήριξεν (i. e. ἔθηκε) τὸ ἀμφίχωλον αὐτῆς σκέλος ἀρτεμές. *debiles vetulae pedes aqua Aetnaea quasi fulsit et firmavit.* Quare neque cum *Reiskio* ἀδρανὲς, neque cum perspicacissimo *Wakefield* in Sylv. crit. T. I. p. 143. ἀσθενὲς σκέλος legerim. — V. 9. διεστήριξιν. Cod. Vat. *Dorv.* et *Salm.* — V. 10. ἐκήδεσαν. Nymphae dono delectatae aniculae de salute congratulatae sunt; ut haec explicat *Toupius.* At haec explicatio cum reliquis minime coit. Est potius: consentientes inter se tribuerunt ei, ut sine baculi ope domum rediret.

X. Cod. Vat. p. 183. sq. Edidit *Kuster* ad *Suidam* v. κεγχρίτιον T. II. p. 288. ubi Lexicographus v. quintum profert. *Reisk.* in Anthol. nr. 480. p. 34. Isidi Damis, ex undis servatus, sacra facit, deamque precatur, ut eum ex paupertate quoque eripere velit. Conf. Epigr. *Gaetul.* III. T. II. p. 166. et *Corn. Longini* Ep. I. p. 200. — V. 1. *Suidas* hunc versum laudans T. II. p. 521. v. μελάμβωλος, exhibet λινόστολε, ut Cod. Vat. In ap. Lips. λινόστολος. *Isis linigera* ap. *Ovid.* ex Ponte I. 1. 51. Amor. II. 2. 25. Cf. *Heins.* ad A. A. I. 77. Etiam Isiaci linteas vestes solebant gerere. *Plutarch.* T. II. p. 352. C. — V. 2. βῆθι. Cod. Vat. et *Kuster. Reiskium* apogr. Lips., quod θῆθι habet, in errorem induxit. — V. 3. *Suid.* v. λαγαρὸν T. II. p. 408. Tenuem placentam significat, vel talem, quae facile frangi et comminui queat. *Schol. Aristoph.* Vesp. v. 672. λαγαριζόμενον, τὸ λαγαρὰ ἐσθίοντα· ὅ ἐστιν εὔθρασται (l. εὔθραυστα) καὶ εὐτελῆ. Ejusmodi autem placentas diis aegyptiis fuisse dicatas, apparet ex *Juvenal.* Sat. VI. 540. *ansere magno Scilicet, et tenui popano corrupius Osiris.* In marg. ap. Guyet. et Reisk. γλαγαρὸν notatur. — V. 4. *Suid.* v. ἐνυδρορβίων T. I. p. 758. Anser Isidi sacer et in deliciis fuit. *Ovid.* Fastor. I. 453. *Nec defensa juvant Capitolia, quo minus anser*

Det jecur in lances, Inachi lauta, tuas. Cf. Intrpp. *Juvenalis* l. c. et *Petron.* c. 37. — V. 5. *Suid.* in κεγχρίτιον T. II. p. 288. et ψαφαρῇ T. III. p. 701. νάρδῳ ψαφαρῇ Vat. Cod. et *Suid.* Emendavit *Salmaſ.* in marg. ap. Guy. et *Kuſterus.* Hunc ſequitur *Toup.* Epiſt. crit. p. 58. emendationis auctorem non indicans. *Tenue* unguentum ſignificari videtur, cujus majus eſt pretium, teſte *Plinio* L. XIII. p. 680. Audaci conjectura *Reiskius* edidit γάστρα ψαφαρή, *fragilis gaſtra caricis onuſta;* quod minime probandum eſt. — κεγχρίτιδες (in Cod. Vat. κεγχρήτιον legitur) ἰσχάδες *Salmaſ.* interpretatur caricas, nigris veluti milii granis ſparſas, ſive omnino coloris varii, ad Solin. p. 240. ſq. Melius caricam cum granis interioribus, quae milii granis ſimillima, intelligas. — V. 6. *Suidas* in ἀστραφὶς T. I. p. 358. — V. 7. πελάγους. Cod. Vat. non, ut *Br.* in notis affirmat, πελάγευς. *Suidas* hoc diſtichon profert v. κεμὰς T. II. p. 295. In marg. ap. Guyet. tentatur: εἰ δ' ὡς ἐκ πελάγους βόσῃ τὸν Δ. ἔ. Κὴκ πενίης θήσει κε. κ. Hinc θήσει in quaedam apographa venit; nam in Cod. Vat. θόσει legitur, ut etiam ap. *Suidam.* Multa hîc parum recte poſuit *Brunckius*, cujus notam adſcribere ſuperſedeo. Expreſſa ſunt haec ſive ex *Gaetulico* l. c. ſive ex eodem exemplo (*Leonid. Tar.* Ep. XIII.), unde *Gaetulicus* duxit ſua:

... εἰ δ', ὥς μιν βαρύγυιον ἐπώσατο νεῦσον, ἐλάσσαις
καὶ πενίην, θόσῃ πιαλὸν χίμαρον.

Hinnulum promittit Iſidi, quia hinnuli Dianae mactabantur, cum qua Iſis ſaepenumero confunditur. χρυσόκερων reſpectu habito ad cervas Dianae currui junctas. *Callim.* H. in Dian. 102. κεράων δ' ἐπελάμπετο χρυσός. *Quintus Smyrn.* in recenſu laborum Herculis T. II. p. 475. χρυσόκερων ἔλαφον μετὰ ταῦτ' ἤγερσεν.

XI. Cod. Vat. p. 187. ſq. Edidit *Holſten.* ad Steph. Byz. p. 21. *Kuſter* ad Suid. T. I. p. 455. *Reiske* in Anth. nr. 493. p. 41. Apollinem Actiacum poëta ſecundam

navigationem rogat. — V. 1. Λευκάδος. *Virgil.* Aen. III. 274. *Mox et Leucatae nimboſa cacumina montis, Et formidatus nautis aperitur Apollo.* ubi vide ill. *Heynium.* In Leucatae cacumine templum fuit Apollini conſecratum. *Strabo* L. X. p. 452. B. Hinc *Leucadius deus* ap. *Ovidium* Triſt. V. 2. 76. et paſſim. Cf. not. ad *Antipatri Theſſ.* Ep. XXXIII. T. II. P. I. p. 314. ſq. — Laudat h. v. *Suidas* in αἰπὺ T. I. p. 655. — V. 2. τὸν ἠϊονίῳ Cod. Vat. Sinceram lectionem vidit *Salmaſius*, unde plurima apogr. Ἰονίῳ legunt. — V. 3. *Suidas* in χειροφυέα T. III. p. 664. et in δαῖτας T. I. p. 516. Panes deo offert, quales nautae comedere ſolent. — V. 4. *Suidas* hunc verſ. laudans v. ὀλίγον T. II. p. 678. ὀλίγην exhibet. Apogr. Lipſ. κειναμένην. Etiam in hoc Epigr. color ductus ex *Leonid. Tar.* XIII. et *Gaetul.* Ep. III. quorum hic στᾶγόνα σπονδίτιν — τὴν κύλικος βαιῇ πυθμένι κευθομένην offert Veneri. — V. 5. *Suidas* in βραχυφεγγίτης T. I. p. 455. Lucerna, cui parum olei affuſum, cujusque adeo flamma non diu durabit. ὠκύμορον φλόγα appellat *Oppian.* Κυνηγ. I. 131. Vide ad *Meleagr.* Ep. LXXVIII. — V. 6. „Cod. οἴγνης [οἴνγης]. quod Kuſterus probabiliter „emendavit, reponens ὄλπης. οἴγνης eſſe poſſet ab οἴγω, „unde οἰγέω, οἴγνυμι, *apertura, foramen.*“ *Br.* ὄλπης jam in marg. Guyet. et Ruhnk. reperitur. In eandem lectionem inciderat V. D. in Miſcell. Obſſ. Nov. II. T. IV. p. 241. *Reiskius* στύπης dedit; *ſtuppam igni alendo adhibitam.* Quanto illud elegantius! Flamma nutritur ex ampulla, quae parce et guttatim (βιοφειδὴς, quae ſuis bonis parcit) ex ore, cujus nonniſi dimidia pars humectatur, oleum affundit. Epitheta cum dilectu poſita rem mirifice extenuant et diminuunt. — V. 8. σύνδρομον, qui nos comitetur. πόμπιμον ἄνεμον. *Euripid.* Hecub. 1290. *Homer.* Od. δ. 360. οὐδέ ποτ' οὖροι Πνείοντες φαίνονθ' ἁλιάσιν, οἵ τε νηῶν Πομπῆες γίνονται ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης.

XII. Cod. Vat. p. 404. Anthol. Plan. p. 41. St. 60. W. Lyſiſtratus, in mediis undis cum vehementi tempeſtate urgeretur, a Dioscuris ſive Cabiris ſervatus eſt. — V. 1. ἐκ ζαήτου. Vulgo. Sed jam dudum ἐξ ἀήτου correxerat *Aldus* in edit. pr. quem aliae ſecutae ſunt, aliae non. Edit. rariſſima, quae prodiit ap. Nicol. Sabienſes, utramque lectionem conjungens legit ἐκξαήτου. Sinceram lectionem, quam *Toupius* ad Suid. P. II. p. 152. tanquam ex ingenio profert, etiam *Brodaeus* habet. Sic quoque Vat. Cod. ἐξ ἀήτου. ἐξ ἀνέμου. *Heſych.* — Mox Vat. Cod. αἰζοῦ νότου. ζαὴς νότος, impetuoſus. *Homer.* Odyſſ. μ. 313. ἄρσεν ἴκτι ζαὴ ἄνεμον νεφεληγερέτα Ζεύς. i. e. σφοδρῶς πνέοντα. Tempeſtatem ex diverſis ventis ortam deſcribit. *Horat.* I. Carm. III. 12. *nec timuit praecipitem Africum Decertantem Aquilonibus, Nec triſtes Hyadas, nec rabiem Noti. Virgil.* Aen. I. 84. *Incubuere mari, totumque a ſedibus imis Una Eurusque Notusque ruunt creberque procellis Africus, et vaſtos volvunt ad litora fluctus.* Conf. *Heinrich.* ad *Muſaeum* v. 316. p. 164. ſq. — ¶. 215.] V. 3. βυθίτης. Vat. Cod. ἐκ νειάτων μυχῶν. ex infimo mari. Sic ap. *Theocrit.* Eid. VII. 59. τόν τε νότον, τόν τ' εὖρον, ἃς ἴσχατα φυλὰ κινεῖ. — V. 4. ἔλισθεν. Vat. Cod. — ἰστός. Malus fractus, laborans, in tempeſtatum deſcriptionibus paſſim obvius. *Horat.* I. Carm. XIV. 5. *Et malus celeri ſaucius Africo. Alcaeus* ap. *Heraclid.* de Allegor. p. 15. Nusquam aliquid reperitur, quod huic loco, *sic* ἄλλα πτόας, ſit ſimile. *Toupius* quidem l. c. *Philippum* reſpexiſſe monet *Theocrit.* Eid. XV. 133. κύματ' ἐπ' ἀϊόνι πτύοντα. Haec quidem ſatis ſunt expedita; frequenter enim undae cadavera naviumque tabulas dicuntur ἐκπτύειν. *Oppian.* Hal. V. 596. τὰδ' ἠόσιν ἔπτυσαν αὐταῖς κύματα. *Leonidas Tar.* Ep. XCVI. τί μ' οὐκ — πηλόθ' ἁπὸ ψιλῆς ἔπτυσας ἠϊόνος; ubi vide not. et *Valck.* ad *Theocr.* Adon. p. 408. C. Sed haec loquendi ratio a noſtro loco aliena eſt. Recte igitur *Toupium* reprehendit cl. *Wake-*

field in Sylv. crit. T. I. p. 54. quod *elegantem* dixerit locutionem, quae ne ſenſum quidem habeat, et corrigendum proponit: εἰς ἄλδς πτυχάς. Gravius mendum hunc verſum deturpare ſuſpicor, in quo fortaſſe nec ἅλιεθεν ſincerum, quod verbum pro rei ratione et modo nimis videtur ignarum. — V. 5. „πλανώμενος ad Λυσι„στρατος refertur: prava diſtinctione turbatus hic erat „locus. Libri omnes ἐς κίδαν, quod ex oſcitantia, non „conſulto, mutatum eſt. Melior eſt ſic verſus, jambo „in quarta ſede poſito, loco anapaeſti.“ *Br.* Vulgo comma poſt πλανώμενος ponitur. Deinde in Analect. εἰς κίδαν erat. — Lectio Cod. Vat. φορτὶς δὲ σῦρεν κίδαν πλανώμενον – majoris depravationis ſuſpicionem movet. *Gilb. Wakefield* l. c. ἀνιώμενος corrigit. Nec *Grotium* vulgatam ſecutum eſſe, apparet ex ejus interpretatione: *Hiant ad Orcum jam trahebatur navis.* — V. 6. ἀρωγὸν αὐτᾷ. Edd. veteres omnes, praeter ed. Nicolin. Sabienſ. ubi ἀρωγοναυτὰς, quod *H. Stephanus* tacite recepit ſive ex conjectura *Brodaei*, ſive *Adriani Junii* in Animadverſſ. L. II. c. IX. Nihil *Opſopoei* interpretatione ineptius. Deos ἀρωγοναύτας *Junius* interpretatur de Dioscuris, de quibus nota res; nec minus dii Samothracii nautis opitulabantur. Vide not. ad *Callimachi* Ep. XXVI. T. I. P. II. p. 278. — V. 7. νεωκόρῳ debetur *Toupii* ſagacitati; vulgo et in membranis νηυκόρῳ, *navis cuſtodi.* Lyſiſtratus nimirum Dioscuris a ſacris erat: quae cauſa fuit, ut homini opitularentur. Sinceram lectionem perſpexiſſe videtur *Grotius*, qui vertit:

illi concitum ſedant fretum:
Unius hoc valuere cultoris preces.

Huetius p. 7. poëtam in verbis νεηκόρος et νεωκόρος ludere putabat. — V. 8. μόνῳ mallet *Brunck.* — ἱκοίμεσθ. male Cod. Vat. *Statius* III. Sylv. II. 1. *Di, quibus audaces amor eſt ſervare carinas, Saevaque ventoſi mulcere peri-*

cula ponti, Sternite molle fretum. Antip. Sidon. LXVII. εὐκτὶ κοιμάσεις ἀνέμων βρόμον.

XIII. Cod. Vat. p. 160. Anth. Plan. p. 438. St. 571. W. Coquus, Timaſion, Vulcano artis ſuae inſtrumenta dedicat. Comparandum inprimis Epigr. *Ariſtonis* I. T. II. p. 252. Coquorum inſtrumenta recenſet *Euſtath.* ad Il. λ. p. 820. 3. *Pollux* VI. 88 – 90. et iterum X. 95 – 111. — V. 1. laudat *Suid.* in κνώδαλον T. II. p. 335. ubi *Kuſterus* de vocabulo κνώδαλον recte ſtatuit, ad omnia animalium genera pertinere. Conf. quae nuper de eodem fuſe disputavit cl. *Ilgen* ad Hymn. Homer. p. 413. ſqq. — V. 2. βιπίδας. Vide ad *Dioscorid.* Ep. XII. et *Archiae* Ep. V. — πυρηνέμους quo ſenſu dictum ſit, divinari magis quam doceri poteſt. Flabellum deſcribitur *flammam vento*, quem facit, excitans. Sed idem ſenſus continetur epitheto πυριτρόφους. Fortaſſe fuit:

βιπίδας πυρηνέμους.

Archias l. c. νόθον κεύθουσαν ἄημα βιπίδα. — V. 3. »Ἰῳ »Planudeae excuſis libris male legitur ἰθμόν. Vat. et cod. »Jani Laſcaris ἠθμόν. Hujus ad oram ſcriptum hoc Scho»lion: ἠθμὸς, ὁ διϋλιστήρ· ἐγχελεῖον διατετρημένον πολλαῖς »τρύπαις, δι' οὗ τὸ ὑγρὸν εἴωθε διακρίνεσθαι τῶν παχυτέρων. »οἷον ἀπηθῆσαι. καὶ ἀπὸ βιβλίων ἀπηθῶν· Ἀριστοφάνης. (Ra»nis 974.) ἀπὸ τοῦ ἤθω, ἧσω, ἠμὸς, καὶ ἠθμός. δι' οὗ διη»θεῖται καὶ διαβιβάζεται. Quibus ſimilia leguntur in Ety»mol. M. p. 422. ubi l. 35. διακρίνεσθαι ſcribendum eſt »pro διακρίνειν.« *Br.* ἠθμὸν legendum eſſe, non fugit *Brodaeum*, nec *Joſ. Scaligerum* in not. mſc. Conf. *Pollux.* X. 108. ἠθμὸν legit etiam *Suidas*, qui hunc verſ. cum ſeq. excitat in ἰσχάρα T. II. p. 335. — V. 4. ἰσχάρην. *Ariſtoph.* Acharn. 887. ὑμῶν ἐξενέγκατε τὴν ἰσχάραν μου. δεῦρο καὶ τὴν βιπίδα. ubi Schol. ἰσχάραν per ἑστίαν interpretatur. Inprimis huc facit *Gloſſa* in Exodum Mſſc. ab

Hemſterhuſio prolata ad *Polluc.* X. 101. p. 1275. *Arula vas aeneum et quadratum, quatuor pedes habens, in quo carbones poſuerunt, et ſuper ipſum erat craticula et ſic aſſabant carnes.* Rem diſerte expoſuit *Caſaub.* ad *Athen.* I. 6. p. 22. Cf. Intrpp. *Heſychii* v. ἐσχάρα. Hinc appareret, eam κρεηδόκον vocari, quia carnes aſſandae huic arulae imponebantur. Alterum vero, quod additur, πυρὸς γέφυραν, ſignificare videtur arulam in ipſo igne collocandam. — V. 5. „Scholion in cod. Jani Laſcaris: „ζωμήρυσις, ἡ καὶ ζωμαρύστρις καὶ ἐτνήρυσις, ἐν ᾗ τὸ ἔτνος „ἀρύοντες, ὥσπερ οἰνήρυσις. πᾶν τὸ ταράσσον.“ *Br.* *Ariſto* l. c. ζωμοῦ τ' ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἐρυστρίδα. In Vat. Cod. ζωμήροισιν vitioſe. Facetus locus eſt de inſtrumentis artis coquinariae *Anaxippi* in Citharoedo ap. *Athen.* L. IV. p. 169. B. C. qui emendatione indiget:

Ζωμήρυσιν φέροις, ὀβελίσκους δώδεκα,
κρεάγραν, θυΐαν, τυροκνῆστιν παιδικήν,
στελεόν, σκαφίδας τρεῖς, δορίδα, κοπίδας τέτταρας.

Nemo facile dixerit, quid ſit τυροκνῆστις παιδική; nam *Dalechampi* interpretatio nullius eſt aſſis. Fortaſſe ſcribendum:

τυρακνῆστιν, δολίχα.

In *Ariſtophanis* Αἰολοσίκωνι ap. *Polluc.* X. 104. junguntur haec: δοῖδυξ, θύεια, τυροκνῆστις, ἐσχάρα. — V. 7. σοῦ Vat. Cod. — V. 8. „γυίων ἠρεθισμένος. Vulgo, γυῖον ha„bent etiam tres Planudei, ut metri lex poſcit.“ *Br.* Plurimae edd. vett. ἐρεθισμένος. Brunckiana lectio nititur auctoritate Vat. Cod. γυῖον ex cod. Scaligeri laudat Huet. p. 41.

XIV. Cod. Vat. p. 160. Anthol. Plan. p. 419. St. 554. W. Lyſixenus, agricola, ſenectute confectus, Cereri inſtrumenta ſua conſecrat. Expreſſit *Philippus* Epigramma *Antiphili* IV. T. II. p. 170. Quaedam hinc ſumſit *Agathias* Ep. XXX. — V. 1. ἀλεσίβωλον ἐφύραν.

instrumentum malleo simile, quo glebae comminuuntur. Cf. *Phaniae* Ep. IV. p. 53. Apud *Agathiam* ipsum aratrum κλασιβώλαξ vocatur. σφῦραν βωλοκόπον vocat *Pollux* X. 129. — V. 2. laudat *Suidas*, in γαμψὸν T. II. p. 467. πυρίλογους Cod. Vat. vitiose. Quod si tamen codex offerret

πυροτόμους

id vulgatae anteponerem. *Anziphil.* l. c. γαμψόν τε δρέπανον, σταχυητόμον ὅπλον ἀρούρης. — V. 3. Laudat h. v. *Suidas* T. I. p. 406. ἀχυρμιαί. οἱ τόποι, εἰς οὓς τὰ ἄχυρα ἀποφέρεται λικμώμενα. — τριβόλους. quae Latini *tribula* appellant. *Varro* de R. R. I. 52. p. 200. *Oportet — e spicis in area excuti grana. Quod fit apud alios jumentis junctis ac tribulo. Id fit e tabula, lapidibus aut ferro asperata, quo impositio auriga aut pondere grandi trahitur jumentis junctis, ut discutiat e spica grana: aut ex assibus dentatis cum orbiculis, quod vocant plostellum poenicum. Columella* L. II. 20. 4. Conf. *Schneiderum* ad *Varron.* p. 362. sq. ad *Columell.* p. 121. ubi nostrum quoque locum attigit, et *Longum* Pastor. III. p. 93. περιήλαυνε τοὺς βοῦς καὶ τοῖς τριβόλοις κατειργάσατο τὸν στάχυν. — V. 4. *Suid.* T. III. p. 530. ὕννις. γεωργικὸν ἐργαλεῖον, καὶ δόκαλαν. Hunc versum laudans ὕνιν scribit, adjecta nota: τὸ δὲ ῦ μακρόν. Est ea pars aratri, quae terram secat, vomer. Vide *Salmas.* ad Solin. p. 576. Cod. Vat. vitiose ὕνην. — V. 5. *Suid.* T. I. p. 448. ubi legitur καὶ κέντρῳ ὀπισθονυγῇ. — δεσμά. lora, quibus boves reguntur. βουστρ. τιν. docte pro δεσμὰ στρέφοντα τοὺς τῶν βοῶν τένοντας. — V. 6. ἀρουροτόνου. Planud. *Anziphil.* l. c. καὶ παλινουροφόρου, χεῖρα θέρευς, θρίναξ. — V. 7. »γυῖ' ἀνα»πηρωθείς. Sic omnino legendum. Nam corrupta est »lectio γυῖα πεπηρωθείς. Salmasius conjiciebat πεπειρωθείς »vel γυιά γε πηρωθείς, vel γυῖ' ἐπιπηρωθείς. Cod. J. Lasca»ris, ut Florentina, γυῖα πηρωθείς." *Br.* πεπηρωθείς est in Vat. Cod. et in tribus Aldin. Bad. Steph. Nicol. Sab.

γυῖ' ἐπιπηρωθεὶς conjecit *Joſ. Scaliger* in not. mſtis. Sed vide, an verbis, quae augmentum per ἀναδίπλωσιν praefigunt, ut πεπιθὼν, ἐκλελάθω et ſimilibus, etiam addendum ſit verbum πεπηρόω. Cf. quae collegit *Fiſcher* in Anim. ad Gramm. Veller. T. II. p. 314. ſq. — αὔλακα πολλῇ. multum arando, aſſiduo arandi labore debilitatus. Minus recte *Grotius*: *Corpore et ipſe ferens ſulcos Lyſiſtratus omni.*

XV. Cod. Vat. p. 160. Anthol. Plan. p. 447. St. 580. W. Leontichi, fabri lignarii, inſtrumenta recenſentur. Expreſſum carmen ex *Leonidae Tar.* Ep. IV. ubi vide not. T. I. P. II. p. 61. ſq. — V. 1. μολυβαχθὲς. Vat. Cod. Perpendiculum, plumbo gravatum. — Verba δευτέρῃ σφύρᾳ hinc excitat *Suid.* T. III. p. 418. Partem verſ. 2. idem in ἀρίδες T. I. p. 320. — „Conferendum „cum Leonidae Tar. IV. In utroque τῶν ἀρίδων mentio. „τεκτονικὸν ἐργαλεῖον eſſe, nobis dicunt grammatici, ſed „quodnam, ab iis non docemur. Stephanus *ſcobinam* „interpretatur; perperam. ἀρὶς inſtrumentum eſt, quod „fabri noſtri *la plane* appellant, duobus inſtructum ma„nubriis, et ideo Philippo ἀμφίδετον dictum.“ *Br.* — ¶. 216.] V. 4. „Scr. μιλτείῳ βάμματι. Sic. e Vat. Cod. „profert Salmaſ. de Homon. H. I. p. 95. ἰθυτόρου τε πρίο„νος μιλτείῳ βάμματι πειθόμενον. ἰθυτόρου etiam melius vi„detur quam ἰθύδρομον.“ *Br.* In Vat. Cod. legitur, ut in Planudea: ἰθύδρομόν τε πρ. μ. στάγματι πειθόμενον. Prius igitur *Salmaſius* memoriae vitio mutaſſe putandus eſt; alterum ſumſit ex *Suida* v. πρίων T. III. p. 174. Ad eundem locum reſpicere videtur *Salmaſius* ad Solin. p. 245. B. ubi memoria eum iterum fefellit, cum ſcriberet, σχοινὸς βάμματι πειθόμενος. Significatur ſerra, quae lineam, minio ſignatam, ſequitur. Vocabulum στάγμα nulla in Lexicis auctoritate nititur; quare hoc nomine lectio βάμματι praeferenda videtur. Sed elegantius fortaſſe ſcripſeris:

μιλτείῳ τάγματι πειθόμενος.

quo minium jubet, ſecutus. *Galenus* de Artib. c. V. p. 5. C. πρὸς τὸν θεὸν ἀποβλέπουσι, κοινῷ προστάγματι πειθόμενοι. — V. 5. μιλτοφυρῆ. *Leonid. Tar.* l. c. καὶ μίλτῳ φυρόμενοι κανόνες. *Suidas* in ἐφειλιξαν T. I. p. 920. σχοινίον τὸ ἐφειλιξαν μίλτῳ· ἀντὶ τοῦ ἔφυραν καὶ περιείλιξαν. Vitioſe Aldinae et Aſcenſ. μιλτοθυρῆ exhibent, quas perperam ſecutus eſt Sieph. μιλτοφυῆ *Suidas* habet in μίλτος T. II. p. 562. et in ψαλλομένη T. III. p. 699. τιλλομένη. κυρίως δὲ ψάλλειν τὸ τῷ ἄκρῳ τῶν δακτύλων τῶν χορδῶν ἅπτεσθαι. Cf. *Toup.* ap. Suidam P. II. p. 268. *Salmaſ.* in Plin. p. 821. D. hunc locum videtur reſpicere, et iterum p. 813. A. — V. 8. „ἀπέδυσε habent etiam membranae: ſed ſcribendum ἀπέλυσε.“ *Br.* Hujus emendationis neceſſitatem non video; imo vulgata lectio Brunckianae emendationi haud paulo praeſtare videtur. Ut totum corpus, ſic etiam ſpecies corporis, juventus ſenectusque, cum veſtimento comparatur, quod tempus, anni, mors denique mortalibus detrahit. Sic Epigr. Incert. DCLXIV. ἐς οὐρανίας δ' ἅρ' ἀτειρέος Ψυχὴ πατταίνει σῶμ' ἀποδυσαμένη. Serpentes paſſim dicuntur τὸ γήρας ἀποδύεσθαι. Vide *Barth.* ad *Statii* Theb. IV. 97. ſq. p. 926. *Schneider* ad *Aelian.* H. A. IX. 16. Et ſimili ratione γήρας ἀποσυλᾶν *Himer.* Or. Ecl. X. 13. p. 190. Quidni igitur iisdem ὁ χρόνος τὸ γήρας ἀποδύειν dicatur? Et ſi hoc, etiam aetas τὸ ἄνθος τῶν γυίων mortalibus detrahere dici poteſt.

XVI. Cod. Vat. p. 158. Antli. Plan. p. 447. St. 579, W. Demophon, faber aurarius, cum ſenectus ejus oculos caligine obduxiſſet, Mercurio artis ſuae inſtrumenta dedicat. — V. 1. *Suidas* T. I. p. 381. in αὐλός. — ὁ ἐπιμήκης φυσητήρ. et iterum in φιλήνεμος T. III. p. 600. Intelligitur fiſtula follis, quae in caminum inſerta, flammam excitat. Folles ipſi ſunt φῦσαι, ap. *Apollon. Rhod.*

IV. 763. ſive περιστῆρες ap. eundem IV. 776. — In Edit. pr. Flor. et Ald. αὐλοῦ. vitioſe. — V. 2. „κνησίχευ-„σον. Sic Vat. Cod. recte. In Planudeorum uno lectio-„nem a vera non longe remotam reperi, κρησίχρυσον, alii „peſſime τησίχρυσον.“ *Br.* Veram lectionem jamdudum perſpexerat *Brodaei* acumen, eamque probavit *Kuſterus* ad *Suid.* in βίνη T. III. p. 260. ubi τεχνησίχρυσον exhibetur, quod a vero proxime abeſt. τευσίχρυσον conjecerat *Joſ. Scaliger* in not. mſc. — V. 3. δίχηλον. forceps bifida, cancro, unde nomen duxit, ſimillima. In deſcriptione cancrorum *Plin.* IX. 51. p. 518. *Praeterea bina brachia denticulatis forcipibus. Statyll. Flacc.* Ep. V. p. 263. βαιβοσκελῆ, δίχηλον, ἀμφοδυότην. Petperam Vat. Cod. δίχειλον. — V. 4. Leporis pede aurifices utuntur ad ſcobem et ramenta colligenda. — V. 6. „καυθός. „Frequentem uſum hujus vocis ap. ſequioris aetatis poëtas „damnarunt critici quidam, quos Philippi et antiquio-„rum etiam exemplum defendere poſſet. Moſchio ap. „Stob. in Floril. Grot. p. 437. καυθούς τ' ἐξέτηξε δα-„κρύοις.“ *Br.* Noſter iterum Ep. XVII. et LIII. καυθὸς ὕφαιμος.

XVII. Cod. Vat. p. 152. Anth. Plan. p. 444. St. 577. W. Callimenes ſcriba, cum aetate provectus, oculis minus valeret, Muſis conſecrat artis ſuae inſtrumenta. Confer *Phaniae* Ep. III. ibique notata T. II. P. I. p. 161. ſqq. — V. 1. πλευρῆς. De chartae ſuperficie accipiendum. *Paul. Sil.* Ep. I. γυρὸν κυανέης μόλιβον σημάντορα γραμμῆς. — V. 2. Vulgo σμίλην. Doricam terminationem profert Vat. Cod. et *Suid.* in σμίλη T. III. p. 343. — V. 3. κανονὶς procul dubio idem, quod apud alios κανών. regula. — „παραθῖνα. Pumices aquae innatant, et a fluctibus ad litus impelluntur, ubi colligun-„tur. Sic vulgata lectio intelligenda. Sed aliud quid „ſcriptum fuiſſe reor, ſcilicet παραθῆγα, ut in Damocha-„ridis Ep. T. III. p. 69. τριγλαλέην τε λίθον, δονάκων εὐθηγέα „κέσμον.

„κόσμον. Hîc enim epitheton requiri videtur, quod pu-„micis uſum declaret, et quum ſequatur πόντου λίθον, „quid neceſſe erat παρὰ θῖνα addere? Eſt autem παρα-„θήγα pro παραθηγέα. ut in Sapphus IV. νεοθᾶγι σιδάρῳ, „pro νεοθαγεῖ." *Br.* *Suidas* h. v. laudans T. II. p. 343. περὶ θῖνα legit. Idem excitat v. 4. in κίσσηρις T. II. p. 319. *Brunckii* conjecturae favet nonnihil *Paul. Silent.* Ep. LI. καὶ λίθον ὀκριόεντα, δόναξ ὅθι δισσὸν ὀδόντα θήγεται ἀμβλυνθεὶς ἐκ δολιχογραφίης. *Julian. Aegypt.* Ep. X. λᾶαν, ὃς ἀμβλεῖαν θήγει γένυν καλάμων. Id. Ep. XI. λίθος εὐσχιδέων θηγαλέη καλάμων. Mihi tamen, ne quid diſſimulem, vulgata lectio non videtur ſollicitanda. — αὐχμηρόν. *aridum pumicem.* Vide *Schwarz* de Ornam. Libr. p. 210. — V. 5. 6. ἀπὸ παυσάμενος et ἐπ' ἰσκέπετο. Vat. Cod.

XVIII. Cod. Vat. p. 187. Anth. Plan. p. 424. St. 559. W. Vetula Minervae artis textoriae inſtrumenta conſecrat. Comp. *Leonid. Tar.* Ep. VIII. *Archiae* Ep. XI. *Antip. Sid.* Ep. XXII. XXVII. — V. 1. ὀρθιολάλοισι. Vat. Cod. ὀρθολάλοισιν tres Aldinae. — Laudat h. v. *Suid.* T. II. p. 714. Ὀρθρογόη χελιδών. λέγεται καὶ ὀρθολάλος. De pectinis ſonitu vide notata ad *Antip. Sidon.* Ep. XXII. Tom. II. P. I. p. 30. — V. 2. *Suid.* λειομίτου T. II. p. 436. ubi λειομίτου κάμακος legitur, ut in Vat. Cod. Proba eſt vulgata. κάμακες, quod verbum per appoſitionem cum κερκίδας jungendum, pectinis perticas ſignificat, quibus fila ſeu ſtamina laevigantur. Rem docte et diſerte explicavit cl. *Schneider* v. *Tela* in Indice Scr. R. R. p. 370. ubi docet, κερκίδα eſſe pectinem, quo confuſa ſtamina discriminantur, telaque percutitur. Hinc tot epitheta, quae ad ſonitum applauſi pectinis ſpectent. — V. 3. κτένα κοσμοκόμην. pectinem lanificum, quo comae lanarum ordinantur. Vide *Schneider.* l. c. p. 362. — V. 3. δακτυλοστρίβον. Vat. Cod. Excitat h. v. cum ſeq.

Suidas T. I. p. 373. Fusum suspensum e filo, quod verticillo torquetur. *Catullus* LXIV. 313.:

Dextera tum leviter deducens fila supinis
Formabat digitis; tum prono in pollice torquens
Libratum tereti versabat turbine fusum.

— V. 5. σχοίνοις. Vat. Cod. — ὀδόντι. Habet *Suidas* in τάλαρος T. III. p. 426. et Vat. Cod. Vulgo ὀδόντων. Cogitaverit aliquis de dente nentis mulierculae, cum ap. *Catull.* l. c. habeatur: *Atque ita decerpens aequabat semper opus dens, Lanaeque aridulis haerebant morsa labellis.* Sed intelligendus dens pectinis, quo lana carpitur. τολύπη enim est glomus lanarum carptarum, carminatarum et ad nendum paratarum, ut *Schneiderus* docuit l. c. p. 363. 364. — ¶. 217.] V. 7. Παλλαντιάς. Sic nonnulli Minervam appellabant, ut Pallantis filiam. *Clem. Alex.* Cohort. p. 24. ed. Ox. Cf. *Heyn.* ad *Apollodor.* T. II. p. 746.

XIX. Cod. Vat. p. 147. Anth. Plan. p. 418. St. 553. W. Soficles Cereri post messem primitias offert. — V. 1. χώρου μικροβύλακος. Fortasse ductum ex *Apollonid.* Ep. V. οὐ πεδίου πολυαύλακος. Ap. *Diodor. Zon.* Ep. II. agricola munera offert πενιχρῆς ἐξ ὀλιγηρασίης. — V. 3. αὖτις vett. edd. omnes praeter Steph. — V. 4. cum parte tertii laudat *Suidas* in ἄμβλὺ T. I. p. 135. et iterum in καλαμητομίης T. II. p. 229. utroque loco αὖθις et φέρει. Vat. Cod. φέρει. male. Similiter *Theocritus* VII. 155. post sacra Cereri facta descripta: ἅς ἐπὶ σωρῷ Αὖθις ἐγὼ πάξαιμι μέγα πτύον.

XX. Cod. Vat. p. 160. Planud. p. 430. St. 564. W. Munera a Damone, hortulano, Priapo oblata recensentur. Expressum ex Ep. *Diodori Zonae* III. p. 80. — V. 1. *Suidas* T. I. p. 477. in γεραιός. — Malum punicum *flavo regmine* (ξανθοχίτων) cum ab eo colore, quem

vulgo habet, abhorreat, *Schneiderus* ad Nicandri Alexiph. p. 339. dubitat, an a vulgari diverſum ſignificare voluerit poëta. *Columella* X. 243. *punica, quae rutilo miteſcit tegmine grani.* — γεραιόφλοια. rugoſae ficus. ῥυτιδόφλοιον σῦκον. *Zonas* l. c. — V. 2. ῥοδίας στ. Mira haec. Quis unquam uvae roſaceum ſive colorem ſive odorem tribuit? — ὠμὸν ἀποσπάδιον. uvam de vite decerptam. ἔμφακος ὠμᾶς *Theocritus* Eid. XI. 21. Uvam, maturam quidem, ſed nondum flacceſcentem, aridae et paſſae opponi puta. — V. 3. ap. *Suid.* v. ἄχνη T. I. p. 404. Hoc loco uſitatius eſſe λάχνη, quod de lanugine malorum et genarum proprie dicitur, notavit *Ruhnken.* in Epiſt. crit. p. 150. De malis cydoniis agitur, ut ap. *Zonam.* ubi vide not. *Virgil.* Ecl. II. 51. *Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala Caſtaneasque nuces. Calpurn.* Ecl. II. 91. *Cerea ſub tenui — cydonia luce.* — V. 4. κάρυα χ. ἐκφανέ' ἐκ λ. vulgo. Ad verbum fere *Zonas: καὶ κάρυον χλωρῆς ἐρτίδορον λεπίδος.* — V. 5. Ap. *Suid.* in σίκυον T. III. p. 313. et ap. *Schol. Ariſtoph.* Acharn. 519. qui χνοάοντα per πέπονα interpretatur. Vulgo σίκυον χλοάοντα. Utrumque vocabulum paſſim confunditur. Vide *Wernsdorf.* ad Himer. Orat. VII. 3. p. 515. σίκυον *Scaliger* conjectura aſſecutus eſt. — In Vat. Cod. χνοάοντα. — V. 6. πεχὴν eſt in ed. Flor. et duabus Ald. πεφσιχὴν Ald. pr. Reliquae πεχνήν. πέχνην revocavit poſt *Brunckium* cl. *de Boſch.* πέχη ἰλάῃ (vide Ep. I. 12.) eſt πεχνάζουσα. *miteſcere incipiens.* Idem eſt πέχος et πεχνὸς. *Heſych.* πεχνόν. μέλαν. ποικίλον. πεχνὸς. γλαυκὸς. μέλας. πεχνώματα. τὰ ἐπὶ τοῦ προσώπου ποικίλματα. — ἰλάῃ Vat. Cod. — V. 7. φιλοδῆτα. Vat. Cod. Idem Λάμων, ut Planud. quod fortaſſe ne conſulto quidem a *Brunckio* in Δάμων mutatum eſt. — V. 6. γυίοις θαλέθειν. Cf. ad *Meleagr.* CXXVIII. p. 144. *Archilochi* fr. XXVII. p. 170. *Horat.* Epod. XIII. 6. *Dumque virent genua, Et decet, obducta ſolvatur fronte ſenectus. Theocrit.* XIV. 70. ποιῆν

τι δεῖ, ἂς γόνυ χλωρόν. *Laberius* ap. *Macrob.* Saturn. II. 7. *cum vigebam membris praeviridantibus.*

XXI. Cod. Vat. p. 191. Planud. p. 412. St. 547. W. De Mercurii ſtatua, ab Hermogene, qui inter pueros victoriam e curſus certamine reportaverat, ad carceres poſita. Hermogenem, aliunde non notum, hinc laudat *Corſinus* in Catal. Nemeonicarum et Iſthmionicarum. — V. 1. Hunc verſum excitans *Suidas* in ἄχνους T. I. p. 405. et in ὑσπλιγξ T. III. p. 567. utroque loco ὑσπλήγγεσι legit, et ſic Plan. Uno γ Cod. Vat. De ejusmodi defectu literae γ vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 660. et quos laudat *Fiſcher* in Animadvv. ad Velleri Gr. p. 162. — ὑσπλήγγεσιν. Steph. ex Aſcenſ. — V. 2. „Δαιμονεῦς in „metrum peccat: in membranis δαῖμον ἐύς. Ad oram cor„rectum δαιμονέως.“ *Br.* V. 4. „Partem hujus penta„metri ap. Suidam deprehendit ſagaciſſimus Toup „Emend. III. 154. [p. 437. in στάδιον T. III. p. 366.] „ubi ſcriptum, ἐν σταδίοις ἰαθμοδήκην νέμειν. Kuſterus ἐν „omiſit, quod eſt in editione principe.“ *Br.* Ante *Toupium* idem monuerat *Oudendorp.* ad Thom. M. v. στάδια μάχη p. 806. — V. 4. κηαιμεσι. Vat. Cod. — V. 5. In Planud. et in Cod. Vat. ἔχων τίνας. quod *Grotius* ſic accepit, quaſi de Hermogenis liberis quaereret deus: *Divesne et prole? Novena. Brunckius* emendavit ἑλὼν τ. *quosnam vicit?* αἰρεῖν hoc ſenſu dixit *Ariſtides* Or. Platon. II. p. 129. ἐκ δέκα ποδῶν ἕξει τοὺς ῥήτορας. ut h. l. emendavit *Wyttenb.* ad Plutarch. de Ser. N. V. p. 8. ubi Schol. mſc. laudat: αἰρῶν τοὺς ῥήτορας ἀντὶ τοῦ νικῶν· καὶ Αἰσχίνης· αἱρεῖ γὰρ αὐτὴν οὐχὶ γραφὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ψήφισμα. — V. 6. „Male Planudea πόδας ἡερίους. Mer„curius loquitur: *Volavit, tanquam ſi pedes meos habuiſſet.* „Alas autem in pedibus habebat Mercurius, ſeu talaria:

„*quae ſublimem alis, ſive aequora ſupra,*
„*ſeu terram, rapido pariter cum flamine portant.*

„ἡμετέρους dedit Vat. membr.“ *Br.* Curſoribus pedes alati tribuuntur. *Antip. Sidon.* XXXIX. τοῖοι γὰρ παιδὸς πτηνοὶ πόδες. Equos de curſus praemio certantes *alipedes* vocat *Statius* Theb. VI. 298.

XXII. Cod. Vat. p. 141. ſq. Planud. p. 412. St. 548. W. Piſo, piſcator, Mercurio piſcaturae inſtrumenta conſecrat. Conf. *Leonid. Tar.* Ep. XXV. Ep. Incert. CXXVIII. — V. 1. ἀκροδέτους. arundines in ſumma parte ligatas. Quod inſtrumentum intelligatur, non ſatis ſcio. Fortaſſe arundo, cui hamus aptabatur. *Theaetet.* Ep. I. τῶν δ' ἐγκιστροδέτων συζυγίην δονάκων. — V. 2. Ap. *Suidam* T. I. p. 504. in γυρῶν. — ¶. 218.] V. 4. σχοινοτενεῖς. a fune junceo ſuſpenſas. σχοῖνος enim funibus plectendis inſerviebat. Facit huc *Herodot.* L. V. 6. p. 378. qui tantam in Praſiade palude piſcium copiam fuiſſe ait, ut, ſi quis januam aperiens κατίει σχοίνῳ σπυρίδα κενὴν, eam brevi tempore piſcibus repletam extraheret. — V. 5. ἔγκυον pro ἔγγυον, quod legitur in Planud., repoſuit *Huetius.* — V. 8. „Male antea legebatur ἀλθόμενος καμάτοις. „Emendavit Reiskius. Sic *Theaetetus* infra p. 514. γήραϊ „νοσοφθορῳ βεβλαμμένης παλάμης.“ *Br.* Senſum optime perſpexit acutiſſimus *Reiske*; an ipſam poëtae manum aſſecutus ſit, vehementer dubito. Lege, una litera mutata:

πολλοῖς ἀχθόμενος καμάτοις.

Theocrit. Eid. XVI. 79. ἀχθόμενοι σακέεσσι βραχίονας ἱππείοισι. *Heſych.* ἀχθόμενος. βαρούμενος. ἀχθομένη. βαρυνομένη. Vide *Abreſch.* in Auct. Diluc. p. 290. *Weſſel.* ad *Herodot.* II. 175. p. 189. Haud aliter emendavit h. l. *Joſ. Scaliger.* in not. mſtis.

XXIII. Cod. Vat. p. 147. Planud. p. 415. St. 550. W. In eodem argumento verſatur cum praecedente. — V. 1. μολόβδῳ. Vat. Cod. — V. 2. ἅλμης. *madidum nunc quoque rore ſali* vertit *Grotius.* — δυσθαλασσία. τὰ εἰς τὴν θάλασσαν ἐμβαλλόμενα. *Suidas* T. I. p. 635.

h. verſum excitans. — V. 5. φιλάναυτιν σπερματα. Vat. Cod.

XXIV. Cod. Vat. p. 455. Anth. Plan. p. 91. St. 133. W. Homeri nomen et gloriam nunquam interituram eſſe, poëta auguratur. Cf. Ep. Inc. CCCCXCII. — V. 1. οὐρανόν. Vat. Cod. Idem plane color ap. *Virgil.* Aen. I. 607. *In freta dum fluvii current, dum montibus umbrae Luſtrabunt convexa, polus dum ſidera paſcet; Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.* quae obverſabantur *Senecae* in Herc. Oet. 1582. ſqq. Cf. notata ad *Cleobuli Lindii* carmen T. I. P. I. p. 193. ubi laudanda erat parodia *Critiae* ap. *Athen.* L. XIII. p. 600. E. Οὔ ποτέ σου φιλότης γηράσεται, οὐδὲ θανεῖται, Ἐς τ' ἂν ὕδωρ οἶνῳ συμμιγνύμενον κυλίκεσσι Παῖς διαπομπεύσῃ περονάσεις ἐπιδέξια νωμῶν. Huc facit etiam *Virgil.* Ecl. V. 76.:

Dum juga montis aper, fluvios dum piſcis amabit,
Dumque thymo paſcentur apes, dum rore cicadae,
Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.

— V. 2. ἡέλιος. Venefica ap. *Senecam* in Herc. Oet. 459. *mea juſſi prece Manes loquuntur. — Nox media ſolem vidit, et noctem dies.* — V. 3. γλυκὺν ἅμα. Cod. Vat. — ἀροτήσιμον. Plan. et Cod. Vat. *Dorvillius* cum in una Anthol. editione reperiſſet ἀροτόσιμον, reſtituit eam lectionem, quam *Br.* in textum recepit. Vide ad *Charit.* p. 240. Citius mare aquam hominibus praebebit dulcem et potabilem. — V. 4. βαθὺ κλέος Vat. Cod. nec aliter edit. pr. Flor., tres Aldinae, ed. Nic. Sab. Sinceram lectionem Aſcenſ., ni fallor, prima exhibuit. — Nunquam fiet, ut veterum Homeri carminum oblivio ipſius auctoris nomen et gloriam deleat. Idem Homero promittit Anthol. Lat. L. II. p. 448. *Carmina ſola carent fato mortemque repellunt. Carminibus vives ſemper, Homere, tuis.* *Martial.* X. Ep. II. *At chartis nec fata no-*

cent, nec ſecula proſunt, Solaque non norunt haec monimenta mori.

XXV. Cod. Vat. p. 242. Anthol. Plan. p. 199. St. 290. W. Hiſtoria de Aelio, quem celebrat *Apollonid.* Ep. XII. p. 134. — V. 1. Ἄργους πρόμος. Plan. et Vat. Cod. Nec aliter lemmatis auctor: εἰς ἕτερον Αἴλιον Ἀργείων στρατίαρχον. Apud *Suidam* v. θρασύχειρ T. II. p. 204. haec ſic leguntur mutilata: Αἴλιος ὁ θρασύχειρ Ἄργους πρόμος τηξιμελεῖ νούσῳ κακοῦ. Quum hic Aelius in *Apollonidae* carmine Romanus vocetur, *Brodaeus* Ἄρεος legendum judicavit. Hoc probat *Kuſterus* l. c. Ad vulgatam non offendit *Grotius*, qui vertit: *Aelius Argolidum rector.* — ὀψὲ διώσας vulgo, in quo explicando nugatur *Brodaeus.* In marg. Wechel. notatur ut varia lectio ὁ ποτὲ δήσας. quod ſenſum habet non plane ineptum; ſed quanto praeſtantior, ipſis membranis Vat. firmata, emendatio *Scaligeri* ap. Huetium p. 21. et in not. mſc. ὁ ψελιώσας. In eandem ſponte inciderat *Jo. Pierſon.* ad *Moer.* p. 420. ψέλλιον ſive ψέλιον *armillae.* *Schol. Eurip.* ad Phoen. 799. ἔστι δὲ ψέλιον ὁ κρίκος τοῦ χαλινοῦ ἢ ἁπλῶς ὁ κρίκος. Conf. *Trill.* in Obſſ. p. 412. — V. 3. 4. Hoc diſtichon proferens *Suidas* in κεκολαυμένος T. II. p. 204. legit πρωτέην, ut etiam Vat. Cod. habet; πρωτέων tamen idem v. τηξιμελεῖ T. III. p. 463. *Animo cepit conſilium tam forti viro dignum, quoque antiquam ſuam virtutem teſtaretur.* — ἔδραμε. Fere ut *Plin.* L. III. Epiſt. VII. *Erat illi natus inſanabilis clavus, cujus taedio ad mortem irrevocabili conſtantia decucurrit.* — τηξιμελεῖ νούσῳ, id eſt γυιοβόρῳ. De morte *Ammianus* Ep. XXVI. καὶ τοὺς μὲν τήξας, τοὺς δ' ὀπτήσας — ἄξει πάντας εἰς ἓν βάραθρον. — ¶. 219.] V. 6. ἄνδρας. Conf. *Anacr.* Epigr. LXXX.

XXVI. Cod. Vat. p. 361. Anthol. Plan. p. 43. St. 62. W. Hiſtoria de vacca, quae cum ante Dianae aram collocata eſſet, ut victima, partum edidit; quo facto

dimiſſa eſt. — V. 2. θαῦμα vitioſe Vat. Cod. — V. 3. Hujus jam imminentem mortem antevertit partus maxime opportunus, i. e. εὔστοχος. Nihil eſt in hac lectione, quod merito reprehendas. *Jo.* tamen *Pierſon.* in Veriſim. p. 90. εὔτοκος ſive εὔλοχος tentabat. — V. 4. Parturientibus enim praeſto eſſe ſolet dea, nec eas, quarum miſereri didicit, ſibi immolari fas putat. οὐκ ἐδίκαζε ſuſpicatur *Joſ. Scaliger.* Fortaſſe recte. — ἂς ἐλεεῖν ἔμαθε. *Meleager* Ep. XLI. οἶδε παθὼν ἐλεεῖν.

XXVII. Cod. Vat. p. 406. Planud. p. 43. St. 63. W. De bobus, retia in mari ducentibus. Conf. *Leonid. Alex.* Ep. XXXVI. Excitat hoc carmen *Caſaubonus* ad *Aelium Lamprid.* Vit. Heliag. c. 24. T. I. p. 857. *Piſces ex vivariis ſuis bubus traxit.* Ad ſiluros cum hamo extrahendos Iſtri accolae bobus utebantur, teſte *Aeliano* H. A. XIV. 25. p. 801. Cf. *Harduin.* ad *Plin.* IX. not. 26. p. 538. — V. 1. τραχυτένοντες. manſuetum collum jugo praebere ſoliti. τένοντες enim de cervice proprie. Epigr. XIV. βούστροφα δεσμὰ τενόντων. Ep. XLIX. ἅπαιρέ μου τένοντος λέπαδνα. — V. 3. ἀσίδηρον. non vomere, ſed fune. — V. 4. μακροτέρων. Vulgo. Noſtrum eſt in Vat. Cod. Longo funi, cui everriculum aptum eſt, junctis ſulcos in mari trahimus. — V. 5. ἐκ σταχύων. poſt arationem piſcatui inſervimus. — V. 6. κἀν. Plan. κἂν. Vat. Cod. Reſpicitur hoc verſu ad *Homeri* mare ἀτρύγετον. — ἀροῦσι. Sic *Euripid.* ap. *Athen.* L. X. p. 422. A. ὑγρὰ δὲ μήτηρ, οὐ πεδοστιβὴς τροφός· θάλασσαν τήνδ' ἀροῦμεν, ἐκ τυχόντος βίου.

XXVIII. Cod. Vat. p. 429. *Philippo* hoc carmen vindicat, quod in Plan. p. 80. St. 117. W. ἄδηλον eſt. In navem, cui *meretricis* nomen. Ambiguis verbis poëta utitur, quae de navi et meretrice explicari poſſunt. Expreſſum eſt carmen ex *Antiphilo* Ep. I. p. 169. — V. 1. Leno hanc navem aedificandam curavit. ἀπ' ἔργων. *a quaeſtu meretricio.* ἐργάζεσθαι et ἐργασία vocabula vitae

meretriciae propria. *Nicarch.* Ep. X. κόπρε, σὺ δ' ἐργασίην καὶ λάβε καὶ μετάδος. *Artemidor.* Onirocr. II. p. 136. Venus nuda visa ἑταίραις καὶ μόναις (f. πόρναις) ἀγαθὴ καὶ ἐργαολαις συμαντική. Vide *Valcken.* ad *Herodot.* L. I. p. 48. *Interpp.* ad *Hesych.* v. ἐργάτις. — ὦρης ἔμπορος. pulcritudinis institor, leno. Haec sic explicata sensum habent optimum, nec opus erit cum *Reiskio* corrigere ἡ ναῦς — στομφουμένη, *quae lepidum nomen accepit a Veneris exercitio*; quam ejus conjecturam laudat *Schneider.* in Peric. crit. p. 17. — V. 4. εἰμὶ τάν. Vat. Cod. Idem vers. 5. οὐκ ἐτῶ. in marg. αἰτῶ. et v. 6. βαστάζων ξέναν. — Vereor, ut hujus versus lectio satis sincera sit. Nihil enim jejunius: *recipio advenientem*, *quemlibet hospitem fero.* Legerim insistens vestigiis Cod. Vat.:

ἐλθόντα δέχομαι πάντα βαστάζειν ξένον.

quemlibet hospitem mihi ferendum sumo, sive *ferre volo.* Hunc enim sensum habet verbum δέχεσθαι cum infinitivo junctum; quem ejus usum illustravit *Markland.* in conj. in Lysiam Or. XXV. p. 430. *Lennep.* ad *Phalar.* p. 271. — V. 7. ἐστέστω. Vat. Cod. *Sospater* (sive potius *Dioscorides*) Ep. I. T. I. p. 504. τῆς μὲν ἑστεσομένης, τοῦ δὲ σαλευομένου.

¶. 220.] *XXIX.* Cod. Vat. p. 403. Anth. Plan. p. 97. St. 143. W. In elephantum Caesaris currui junctum. Elephanti

Caesaris armentum, nulli servire paratum
Privato.

secundum *Juvenal.* XII. 106. Cornuficio ob rem praeclare gestam tribuit Augustus, ut, quoties foris coenaret, elephantis domum revehereturr. *Dio Cass.* XLIX. p. 574. 33. ubi vide *Fabric.* Triumphantem Caesarem elephantos comitatos esse, narrat *Sueton.* Vit. Caes. c. 37. de qua re videndus *Spanhem.* de Usu et Praest. Num.

T. I. p. 170. 720. Primus Romae Pompejus elephantos currui junxit, tradente *Plin.* L. VIII. 2. *Plusarch.* V. Pomp. T. I. p. 626. — V. 1. φαλαγγόμαχος. Vat. Cod. — πυργωθείς. ἐλέφαντες ἀχθόμενοι τοῖς πύργοις. *Dio Caſſ.* LXXIII. p. 1239. 71. — μυριόδους. Non de copia tantum, verum etiam de magnitudine μύριος uſurpatur, quod paſſim monuimus. — V. 3. ἀλλὰ φῷ στ. Vat. Cod. Idem ζυγοδέσμιος. — V. 7. Bellua quoque pacis ſentit munera.

XXX. Cod. Vat. p. 185. Plan. p. 444. St. 577. W. De apum examine, quod in navis roſtro mellificaverat. — V. 1. „Male antea legebatur κείμεθα. Ipſe poëta „loquitur. Nominativus ἔμβολα, quibus appoſiti alii, „τεύχεα et μαχτύρια; ab his pendet verbum activum σιμ„βλεύει, *recondunt.* Scripſi autem τεύχεα pro τείχεα. Hoc „bene de lateribus navium, non de roſtris dici poteſt, „quae ſunt navium arma.“ *Br.* Debetur haec emendatio *Stanleio* ad *Aeſchyli* Perſas 415. p. 778. eandemque lectionem expreſſiſſe videtur *Grosius*, dum vertit: *Roſtra aerasa cisis decus es tutela carinis.* *Suidas*, qui hoc diſtichon profert in ἔμβολα T. I. p. 720., τείχεα habet et ἔμβολα, haudi aliter ac Vat. Cod. — V. 2. Ἀκτιακοῦ. Auguſtus in pugnae Actiacae memoriam Ἀπόλλωνι τῷ Ἀκτίῳ τριήρη τε καὶ τετρήρη, τά τε ἄλλα καὶ ἑξῆς, μέχρι δεκήρους, ἐκ τῶν αἰχμαλώτων νεῶν ἀνέθηκε. *Dio Caſſ.* LI. p. 632. 1. Haec igne abſumta ſunt, *Strabonis*, ut videtur, tempore, quem vide L. VII. p. 325. Jam cum *Philippus* nonniſi primo poſt Chriſtum ſeculo exeunte ſcripſerit, (vide Prolegg. p. XLVI.) apparet, hoc Epigr., ut plurima alia, ex antiquiore poëta expreſſum eſſe. — V. 3. ἠνὶ αἰ. vulgo, et ap. *Suidam* in ἠνὶ T. II. p. 63. et in σίμβλοι T. III. p. 314. — V. 5. χρηστῆς. Vat. Cod. — Sub Caeſaris imperio vel hoſtium arma fructus ferre docentur. Suavi hac imagine de apibus in armis favos ſtruentibus recentiores poëtae paſſim uſi ſunt. Nihil huc

facit, quod apum examina armis, templis, domibus adhaerentia in diris ominibus ſunt habita, ut docet *Plin.* XI. 17. Veterum loca collegit *Fabricius* ad *Dion. Caſſ.* T. I. p. 272. et 492. *Ruperti* ad *Sil. Ital.* VIII. 635. p. 623. Eadem fuit ratio alius cujusdam imaginis, ad pacis otium ſignificandum paſſim adhibitae, cum araneae telam armis intendere dicuntur, (vide ad *Bacchylid.* Fr. IX. T. I. P. I. p. 282. ſq.) quod et ipſum inter infauſta habebatur omina.

XXXI. Cod. Vat. p. 398. Anth. Plan. p. 101. St. 149. W. In Thebanorum hiſtoria bona malis mirum in modum commixta eſſe docet. Cf. *Oneſt.* Ep. VI. VII. p. 290. quae hinc expreſſa. Notiſſimae ſunt Thebanae illae fabulae, quas data opera tractaverat *Lyſimachus* ἐν τοῖς Θηβαϊκοῖς παραδόξοις, de quo opere vide *G. Cuperum* Obſſ. I. 4. p. 25. ſqq. — V. 2. ἥσπασατο. Verbum non valde commodum ad exprimendum id, quod volebat poëta, Bacchum myſteria Thebanis tradidiſſe. Res ſic videtur accipienda: Bacchus, Thebanus, myſteria coluit; eadem Pentheus, et idem Thebanus, ſprevit. Sed ſic quoque non ſatis accurate locutus eſt poëta, cum Bacchum, myſteriorum inventorem, ea ἀσπάζεσθαι, *amplexum eſſe*, dicat. Fortaſſe tamen ἀσπάζεσθαι paulo laxiore ſignificatu accipiendum eſt pro *diligere, delectari.* Vide *Dorvill.* ad Charit. p. 42. — V. 7. οἰκτρόν. At non in omnibus *miſeranda*, ut ipſe poëta ait; bona enim compenſabant mala. Fortaſſe alia hîc olim obtinebat lectio. *Grotius* vertit: *O ſemper Thebae fati pila.* quo difficultas occultatur, non explanatur.

XXXII. Cod. Vat. p. 370. ſq. Planud. p. 61. St. 88. W. In luſciniam a delphino trans mare vectam. — V. 2. πνοῇ γάρ. Vat. Cod. et Plan. quod *Br.* tacite mutavit. Boreas, ventus Thracicus. Vide ad *Simonid.* Ep. CV. T. I. P. I. p. 266. ſq. Reſpicitur autem ad Tereum,

Odryſiorum regem. — ¶. 221.] V. 5. ἄκωπον. ſine remis navigantem. Mox στομάτων receptum eſt ex Vat. Cod. pro vulgato στόματος. Ad pluralem numerum fortaſſe offendebat *Planudes;* ſed fruſtra. — Vocem jucundam, qua delphini aures mulcebat luſcinia, κιθάρην appellat, reſpectu habito ad Arionem, qui δελφῖνος ὀχησάμενος πεῤὶ νώτοις Κῦμα μέλαν πεῤάσκε καθήμενος ἄτρομος αἰεὶ Ἀείδων. *Oppian.* Hal. V. 449. *Ille ſedens citharamque tenet, pretiumque vehendi Cantat et aequoreas carmine mulcet aquas. Ovid.* Faſt. II. 115. — V. 8. Ἀρειόνιος Vat. Cod.

XXXIII. Cod. Vat. in prioribus paginis poſt titulum. Planud. p. 196. St. 284. W. In Damoſtrati luctatoris ſtatuam. Hunc hominem, aliunde non cognitum, ex hoc carmine in Catalog. Iſthmionicarum retulit *Corſinus.* — V. 3. κατ' ὄγυρον. Vat. Cod. εὔγυρον πάλην interpretatur *Brodaeus* de gyro, in quo ſe luctatores contorquent. — V. 4. ψάμμονος. Vat. Cod. Arena nunquam ejus tergum ſignavit, nunquam dejectus eſt. σφραγίζεσθαι hoc ſenſu *Eurip.* Iph. Taur. 1372. δεινοῖς τε σημάντροισιν ἐσφραγισμένοι ἔφευγον. h. e. ſignati, vulnerati. Qui *Philippi* verſum excitavit *Bernardus* ad *Theoph. Nonum* T. II. p. 303., diverſas verbi σφραγίζεσθαι ſignificationes non bene diſtinxit. — V. 5. ἰὸν ἐς. Vat. Cod. — V. 7. λυσάτω. Similiter de Myronis vacca Ep. XLIX. πεῤιδήσας βάσει. — V. 8. „κονίσομαι. Sic Planudeae duo codd. „Libri excuſi κονίσομαι. quod aeque bonum eſt. Hoc eſt „a κονία; alterum a κονίζω. Utrumque eſt ap. Home„rum." *Br.* κονίσομαι Vat. Cod. ἔβδομον. poſt ſex victorias reportatas. κονίζεσθαι dicuntur athletae pulvere ſeſe conſpergentes. Hinc κονίζεσθαι idem, quod ἀγωνίζεσθαι. Vide *Euſtath.* ad Il. γ. p. 289. 35.

XXXIV. Cod. Vat. p. 408. Planud. p. 44. St. 64. W. In canem, quae ventre inciſo partum edidit. Similem hiſtoriam celebrat *Martial.* de Spect. Ep. XII. XIII. XIV.

— V. 2. εἱλκώθη. Vat. Cod. — παιδοπόρος γένεσις obſcurius dictum de genitalibus. — V. 3. συγκατέμυσε. uterus clauſus eſt, cicatrice obductus. μύειν, συμμύειν in re ſimili dixit *Horapollo* I. 47. p. 60. vaccam narrans, cum tauri congreſſum appetat, mugire; quod ſi taurus non adſit, συμμύει τὴν φύσιν, μέχρι τῆς ἑτέρας συνόδου. *Hippocrates* Aphoriſm. V. 51. ὀκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσι, τουτέων τὸ στόμα τῶν ὑστερέων συμμέμυκεν. Vide *Foeſ.* Oecon. Hipp. p. 358. *Theophan. Nonus* in Epit. c. CCIX. T. I. p. 164. ἐμπνευματοῦται ἡ μήτρα — τοῦ στομίου μύσαντος. — V. 4. Jam cruciatus puerperii inſtabant. βάσανον de cruciatu ſimpliciter uſurpavit *Jamblich.* Vit. Pyth. §. 68. p. 55. de morbi doloribus *Lucian.* in Tragop. v. 280. δεῦτ', ὦ σκηθρωπαὶ, πάντοθεν πωτώμεναι βάσανοι, πάρεδροι τῶν ἐμῶν βακχευμάτων. Vide *Interpp. Thom. Mag.* p. 143. — V. 5. ἐειδαρατόμησεν. Vat. Cod. — ἐξέθορεν. *Martial.* l. c. XII. *Exſiliit partus miſerae de vulnere matris.* De Apolline in inſula Delo nato *Homer.* Hymn. in Apoll. 119. ἐκ δ' ἔθορε πρόφρων δέ. ubi vide cl. *Ilgen* p. 228. Veterem Hymni auctorem imitatur *Callim.* H. in Del. 255. ἔγδουν οὐκ ἔτ' ἄεισαν, ὁ δ' ἔκθορεν. Plura vide ap. *T. H.* in *Lucian.* T. I. p. 211. ſq. ed. Bip. — Operarum vitio ed. Steph. φίλοι. — V. 7. Non amplius Lucinam puerperis opem ferre neceſſe eſt, cum etiam Mars ad idem negotium ſufficiat. At Lucinae etiam hoc tribuit *Martialis* Ep. XIII. *O quam certa fuit librato dextera ferro! Hanc ego Lucinae credo fuiſſe manum.* — λέλυται. abdicatur munere. Sic plane *Nicarchus* Ep. VI. οὕτω βούβαστις καταλύεται. Vide de hoc uſu verbi καταλύεσθαι *Valckenar.* ad *Herodot.* VI. p. 442. 3. — γαστέρας ἡμετέρας. *hominum uteros.* Quum ipſe poëta loquatur, ἡμετέρας offenſioni eſt. Fortaſſe fuit:

ἤρκται μαιοῦσθαι γαστέρα ΘΗΑΤΤΕΡΩΝ.

Similiter in *Antip. Theſſ.* Ep. LXIII. emendare conati ſumus: Ἔμπαλι δ' ἡ μὲν θηλυτέρων ὠδῖνας ἔλυσε.

XXXV. Cod. Vat. p. 532. Φιλίππου. In Planud. p. 184. St. 268. W. *Lucillio* adſcribitur. *Stobaeus* denique Tit. X. p. 126. 2. Gesn. 71. Grot. *Palladae* tribuit. Hinc *Salmaſ.* in libro de Uſuris p. 16. hoc diſtichon tanquam *Palladae* laudat. Hujus eſſe libentiſſime crediderim; a *Philippi* certe ingenio longius abhorret. — V. 1. ἐκδεδάνηκας, ab ἐκδανέω, ſcribendum contendit *Salm.* — εἴδωσι ὅ. vitioſe *Gesn.*

¶. 222.] *XXXVI.* Cod. Vat. p. 532. Λουκίλλου. Fallitur igitur *Brunckius*, qui hoc carmen in membranis *Philippo* adſcribi pronuntiat. *Lucillio* etiam Planud. tribuit p. 152. St. 221. W. Ejusdem poëtae ſunt etiam quinque quae ſequuntur Epigrammata. Noſtro continetur parodia Ep. *Antipatri Sidon.* XXXII. vide not. T. II. P. I. p. 40. Dion, fur exercitatiſſimus, auream Veneris ſtatuam cum Adonide rapuit. Ab eo inde tempore omnes ei fures principatum in arte ſua conceſſerunt. — V. 1. Dorismum neglexit Planud. — V. 3. »ὁλοσφύρητον praeter Vat. habent etiam tres Planudeae »codd.« *Br.* Vulgo ὁλοσφύριστον. Venus cum Adonide in eodem templo colebatur. *Pauſan.* IX. 41. p. 796. Ἔστι δὲ Ἀμαθοῦς ἐν Κύπρῳ πόλις· Ἀδώνιδος ἐν αὐτῇ καὶ Κύπριδος ἱερὸν ἔστιν ἀρχαῖον. Conf. *Arnald.* de Diis Aſſeſſ. c. 25. p. 177. — V. 5. αὐτὰ τοίνυν invenit Ald. in Cod. ſuo; idque temere receptum in Ald. 2. Eadem lectio reperta in Cod. Vat. — Idem ἄριστα.

XXXVII. Cod. Vat. p. 532. et Planud. p. 153. St. 222. W. *Lucillio* tribuit. Scriptum in eundem Dionem. Facete παροιδεῖται Ep. *Aſclepiadis* II.:

Εἰ πτερά σοι προσέκειτο, καὶ ἐν χερὶ τόξα καὶ ἰοί,
οὐκ ἂν Ἔρως ἐγράφη Κύπριδος, ἀλλὰ σύ, παῖ.

XXXVIII. Cod. Vat. p. 532. τοῦ αὐτοῦ. Planud. p. 152. St. 222. W. *Lucillii.* Non omnino expeditus

ſenſus. Hoc poëtam voluiſſe puto: Eutychides dicens, ſibi religionem eſſe jurare deum, neſcio quem, eundem tamen deum furto abſtulit idem, nulla ab hoc ſcelere religione prohibitus.

XXXIX. Cod. Vat. p. 532. ſq. *τοῦ αὐτοῦ.* Planud. p. 152. St. 222. W. *Lucillii.* Eutychides Apollinis, qui fures indicat, ſtatuam auferens, ſe deo fatidico ſuperiorem eſſe pronuntiat. Dorismum in hoc et ſqq. neglexit *Planudes.* — V. 3. *τέχνην τέχνῃ.* Vat. Cod. — *χείρεσι.* oracula tua cum meis manibus. — V. 5. *δ'* omittit Vat. Cod. Te propter linguae tuae importunitatem, quia mortalibus omnia indicas, ſtatim vendam. *ἀχαλινώτων στομάτων.* Vide not. ad *Theodorid.* Ep. VII. Tom. II. P. I. p. 124.

XL. Vat. Cod. p. 533. *τοῦ αὐτοῦ.* Anth. Planud. p. 153. St. 222. W. *Lucillius παρῳδεῖ* Ep. Incert. CCXVII.:

Βουκόλε, τὰν ἀγέλαν πόρρω νέμε, μὴ τὸ Μύρωνος
Βοΐδιον ὡς ἔμπνουν βουσὶ συνεξελάσῃς.

¶. 223.] *XLI.* Vat. Cod. p. 532. *τοῦ αὐτοῦ.* Plan. p. 152. St. 222. W. Aulus Mercurii ſtatuam auferens ſe magiſtro praeſtare gloriatur. Simile quid de Cilice fure habet *Martialis* L. VI. Ep. LXXII. — V. 1. *τῶν θεῶν.* Vat. Cod. — V. 4. *νυκτικλέπτας.* Vat. Cod. — V. 5. Hunc ſenarium laudat *Cicero* ad Famil. IX. 7. Vide *Erasm.* Chil. III. 5. 23.

XLII. Anth. Plan. p. 317. St. 457. W. In imaginem Medeae, etiamnum furentis. Expreſſit hoc carmen *Auſonius* Ep. CXXX.:

Quis te pictorum ſimulavit, peſſima Colchis,
In natos crudum volvere mente nefas?
Usque adeone ſitis puerorum haurire cruorem,
Ut ne picta quidem parcere caede velis?

Numnam te pellex ſtimulat? numne alter Iaſon,
Altera vel Glauce ſunt tibi cauſa necis?
Quin ne picta quidem ſis barbara. Namque tui vim
Cera tenax zeli concipit immodicam.

Vulgo hoc carmen diſtichio longius eſt. Sed hoc perperam ei adhaeſit et ſeparatim exſcribendum erat. — V. 3. ἤ τις. Plan. — V. 5. ἴρρε. Jaſon ad Medeam in Tragoedia *Euripidis* v. 1346. ἔρρ', αἰσχροπαιές. Abominatur poëta Medeae ſaevitiam, quam vel ipſam ceram ſentire affirmat. Haeremus in verbis εἰς ἃ θέλεις, quae *Auſonius*, negligenter plerumque graeca convertens, plane praeteriit. *Grotius* ſic vertit:

I procul in ceris etiamnum improba; ſentit
Effigies, tendat quo tuus ille furor.

Latina plana ſunt et perſpicua; graeca non item. Nam ſi eum ſenſum efficere voluiſſet *Philippus*, quem *Grotius* ei affingit, ſaltem ſcripſiſſet:

χ' ὅσσα θέλεις, ἡ γραφὶς αἰσθάνεται.

vel ſimile quid. Depravatum eſſe hunc verſum nullus dubito; ſed ſatis certam vitii emendationem non reperio. Quod olim propoſui in Emendatt. in Epigr. Gr. p. 53. αἱ σανίδες χἡ γραφὶς, non potui probare Cenſori doctiſſimo in Ephemerid. Jenenſ. anni 1794. nr. 167. p. 458. qui corrigendum cenſet: τῶν γ. ἀ. ζ. οἷς ἀσεβεῖς, ſive ἀθυτεῖς, κ. γρ. Idem fortaſſe fatebitur, elegantius eſſe et horum poëtarum indoli accommodatius, quod mihi ſe poſtea obtulit:

σῶν γὰρ ἀμέτρων
ζήλων λυσσαλέος καὶ γραφὶς αἰσθάνεται.

imago et ipſa furoris particeps. Sic ſolent poëtae. Incert. auctor Ep. CCCII. T. III. p. 215. ὦ, τίς ὁ τεχνίτης τόδ' ἀνέπλασεν, ἢ τίς ὁ γλύπτης, Ὃς λίθον εἰς μανίην ἤγαγεν εὐτεχνίῃ; Alius de Timomachi Ajace Ep. CCXCV. ὁ γράψας εἰδὲ

εἰδέ σε μαινόμενον, καὶ συνελυσεμήθη χειρὶ ἀνέρι. — γραφὶς est *ipsa imago.* ut ap. *Julian. Aegypt.* Ep. XXXII. 2. *Cometam* Ep. II. 5. *Incers.* Ep. CCCLII.

XLIII. Cod. Vat. p. 549. Plan. p. 137. St. 198. W. Contra grammaticos, nugarum architectos. Conf. *Antiphan.* Ep. V. p. 205. — V. 1. σῆπες *Brod.* invenit in ſuo libro. σῆπες ſunt tineae, lanam et chartam corrodentes. χάρτην σατρὸν τῷ χρόνῳ ὑπὸ κόρεων καὶ σητῶν ἡμιβρωτον. *Alciphron* L. I. 26. p. 104. σητόκοπα βιβλάρια. *Lucillius* Ep. XVIII. Ob hanc cauſam grammatici *omnium* libros *perſcrutantes* σῆτες ἁπάντων appellantur. Malim tamen:

σῆτες ἀκανθῶν,

cum et ſq. Epigr. iidem grammatici σῆτες ἀκανθολόγοι vocenter, et ap. *Antiphanem* l. c. σῆτες ἀκανθοβάται. ubi vide not. Haud aliter *Scaliger* in not. mſc. h. l. emendandum cenſebat. — V. 2. Τελχῖνες. qui omnia invidis oculis rimamini, calumniatores et mendaces. *Aelian.* H. A. VI. 58. obtrectatores allocutus, ἐμοὶ μὲν οὐ δοκεῖ, inquit, ὦ Σισύφων καὶ Τελχίνων καὶ Κερκώπων ζηλωταὶ ἄνθρωποι. *Nicolaus* ap. *Stobaeum* Tit. XXXVIII. p. 223. Τελχῖνες βάσκανοί τε σφόδρα ἦσαν καὶ φθονεροί. τεχνῖται δὲ ὄντες καὶ τὰ τῶν πρότερων ἔργα μιμησάμενοι, Ἀθηνᾶς Τελχινίας ἄγαλμα πρῶτοι ἱδρύσαντο, ὥςπερ εἴ τις λέγοι, Ἀθηνᾶς βασκάνου. Vide inprimis *Euſtathium* ad Il. ν. p. 915. 8. Od. α. p. 20. 8. ἡ δὲ παροιμία τοὺς φθονεροὺς καὶ ψογεροὺς Τελχῖνας καλεῖ. Hoc ſenſu ſophiſtae vocem adhibere ſolent. Vide *Spanh.* ad *Callim.* H. in Del. 31. p. 404. *Bergler.* ad *Alciphr.* L. I. 12. p. 75. ed. Wagn. *Wernsdorf.* ad *Himer.* Or. IX. p. 561. Alia de iisdem Telchinibus vide ap. *Valckenar.* ad Callim. Eleg. fragm. p. 143. ſqq. — V. 3. σκύλακες, ut ap. *Antiphanem* l. c. Καλλιμάχου πρόκυνες. — V. 3. Καλλιμ. στρ. Callimachi ſatellites, a quo tamen ipſo, quamvis ejus nomen et auctoritatem tanquam ſcutum vobis

praetenditis, maledicam linguam non cohibetis. — V. 5. οἷς τό μιν. qui in minimis particulis rimandis tempus conſumitis. *Herodicus* T. II. p. 65. οἵσι μέμηλε τὰ σφὶν καὶ τὰ σφῶν καὶ τό μιν ἠδὲ τό νιν. Heſiodus de Luciani cavillationibus queſtus T. III. p. 244. ἀλλ' οὐ μόνας ταῦτα σὺ, ait, οὐδὲ κατ' ἐμοῦ μόνου, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ ἄλλοι τὰ τοῦ ὁμοτέχνου τοῦ ἐμοῦ Ὁμήρου κατακιλίουσι, λεπτὰ οὕτω κομιδῇ, καὶ μάλιστα μικρὰ ἅττα διεξιόντες. Quae *Democritus* in ſophiſtas dixiſſe videtur, ap. *Clement. Alex.* Strom. I. p. 28. ed. Wirceb. etiam in grammaticos quadrant: ζητήσεις ἐριστικὰς ἐκπορίζοντες, λεξιδίων θηρᾶτῆρες, ζηλωταὶ τεχνυδρίων. — V. 6. ζητεῖν. Reſpicitur ad ζητήματα illa grammaticorum de locis Homericis. Qui in ejusmodi quaeſtionibus inveniendis et ſolvendis laborabant, λυτικοὶ appellabantur. Vide *Jonſium* de Script. gr. phil. T. II. p. 206. *Valcken.* Diſſert. de Schol. Homer. ined. p. 145. *Wolf*, in Prolegg. ad Homer. p. CXCV. Hos inanium ἐρωτημάτων inventores exagitat *Seneca* Epiſt. LXXXVIII. *Juvenal.* Sat. VII. 231.:

— *ut forte rogatus,*
Dum petit aut thermas aut Phoebi balnea, dicat
Nutricem Anchiſae: nomen patriamque novercae
Archemori: dicat, quot Aceſtes vixerit annos,
Quot Siculus Phrygibus vini donaverit urnas.

ubi vide *Grangaeum.* — Pro εἰ κύνας Cod. Vat. εἴκονας vitioſe. — V. 7. κατατρίζοντες. Plan. Fortaſſe rectius, quam Vat. Cod., ſi vera eſt *Euſtathii* obſervatio ad Od. ω. p. 820. 36. ἰστέον δὲ ὅτι τρύζειν μὲν διὰ τοῦ υ ψιλοῦ ἐπὶ τρυγόνων — τρίζειν δὲ κυρίως ἐπὶ νυκτερίδων. Tenuem ſonum ſignificari apparet. Junge: κατατρύζοντες ἄλλων, contra alios disputantes, clamantes. — ἐς δ' ὑμᾶς ſuſpicabatur *Joſ. Scaliger* in not. mſc. Vereor, ut recte. Optat poëta, ut virus ſuum in alios evomant, nec ſua ſcripta inanibus obſervationibus ſuis commaculent. Hoc eſt ἀποσβέ-

σατε ἰὸν ἐς ἡμᾶς. venenum veſtrum, quo noſtra ſcripta adflare poſſitis, exſtinguite. ἀποσβέννυσθαι dicuntur ea, quae abeunt, evaneſcunt, exareſcunt. Solis ardor ἔσβεσεν λευκοὺς λιβάδας. *Antiphilus* Ep. XXXIX. σβέννυντο πηγαί. Epigr. Heroic. XX. σβέσσον ἀγηνορίην, *excute ſuperbiam. Paul. Silent.* Ep. XXXV. Multa his ſimilia ap. poëtas Anthologiae exſtant. Obverſabatur *Philippo* Ep *Leonidae Tar.* XIV. ἀλλὰ σὺ, Μῶμε, ἴθι κεῖς ἑτέρους ὀξὺν ὀδόντα βάλε.

XLIV. Vat. Cod. p. 553. *Philippo* hoc carmen vindicat, quod ἄδηλον eſt in Anthol. Plan. p. 138. St. 201. W. Aſtrologis et grammaticis, vanis rebus intentis, valedicit. — V. 1. quorum oculi nunquam non circa coelum et ſtellas errant. — V. 2. οἵ τ' ἀπ' Ἀρ. qui ab Ariſtarcho familiam ducitis. — V. 3. ζητεῖ. Ald. pr. et Aſcenſ. — V. 4. Fabulam de Proteo et Pygmalione exponit *Brodaeus* h. l. De poſteriore vide *Meurſium* in Cypro II. 16. — ¶. 224.] V. 5. λευκὸν στίχον. intellectu facilem. Docte haec explicuit *Brodaeus.* Opponitur μέλαινα ἱστορίη, rerum reconditarum et abſtruſarum cognitio. Cf. *Th. Graevium* ad *Callimach.* H. in Cerer. 123. *Strato* comicus in loco faceto ap. *Athen.* L. IX. p. 383. A. ubi coquum deſcribit, omnia obſcure et aenigmatice ſignificantem:

— τί οὖν, ἀπόπληκτε, περιπλοκὰς λέγεις;
πηγὸς πάρεστι; πηγός; οὐχὶ λευκὰ σὺ
ἐρεῖς, σαφέστερον δ' ὃ βούλει μοι λέγειν;

ut hunc locum feliciter reſtituit *Caſaubonus,* quem vide p. 662. *Suidas*: Λευκόν. — λευκὴ γὰρ λέγεται φωνὴ ἡ εὐήκοος. Vide *Olear.* ad *Philoſtr.* p. 194. et 205. *Vocem candidam* etiam Latini dixerunt, *fuſcam* ei opponentes, ut Graeci μέλαιναν et φαιάν. *Reimar.* ad *Dion. Caſſ.* T. II. p. 999. — V. 6. παρακαλλιμάχους. Vulgo. Noſtrum eſt in Vat. Cod. *Callimachum* hic excitat propter τὰ Αἴτια et Ibin, carmina obſcurarum fabularum pleniſſima;

quamvis nullum ejus poëma erat, quod grammaticis non multiplices difficultates opponeret, cum in rebus tum in verbis.

XLV. Vat. Cod. p. 512. Anth. Plan. p. 174. St. 254. W. Vitis ad hederam, ne nimis arcto complexu ipsam constringere et enecare velit. — V. 1. σκολιὸν πέδα. *Erycius* Ep. XIII. σκηνίτης μαλακοὺς κισσὸς ἄλοιτο πόδας. Vide not. ad *Simm. Theb.* Ep. II. T. I. P. I. p. 330. sq. Tribuitur hederae τὸ χορεύειν, respectu ad ejus cum scena attica cognationem habito. *Simmias* l. c. ἐν θυμέλῃσι καὶ ἐν σκηνῇσι τεθηλὼς βλαισὸς Ἀχαρνίτης κισσός. — V. 2. βοτρυόπαιδα. *Theocris.* Epigr. IV. 8. ἔνθα πέριξ κέχυται βοτρυόπαις ἕλιξι ἄμπελος. — χάρις βρομίου. Bacchi munus, vitem. Ad arctos amplexus significandos hederae imagine utitur *Horat.* I. Carm. XXXVI. 18. *nec Damalis novo Divelletur adultero, Lascivis hederis ambitiosior.* Epod. XV. 5. *Arctius atque hedera procera adstringitur ilex Lentis adhaerens brachiis.* Inprimis autem huc facit *Laberius* ap. *Macrobium* Saturn. II. 7:

Ut hedera serpens (ἑρπυστὴς) vires arboreas necat,
Ita me vetustas amplexu annorum enecat.

— V. 3. τίς γὰρ ἁλεῖται Vat. Cod. — Quis enim te, nisi in compotationibus, coronis adhibeat? Quodsi me enecas, tu quoque tuo honore privaberis. De coronis hederaceis vide *Athen.* XV. p. 675. C. D.

XLVI. In prioribus Vat. Cod. paginis. Planud. p. 295. St. 434. W. In Heran Laodicensem athletam, aliunde non notum. Expressum partim ex *Antip. Sidon.* Ep. XL. — V. 1. λεύσων. Vat. Cod. „ταυρογάστορα. In „Lexicis non comparet. Eum significat, qui ventre presso „est, cui castigatus venter, non tumidus.“ *Br.* — V. 2. Ἄτλαντα. Ex *Antipatro* l. c. σιδαρέους Ἄτλαντος ὤμους. — V. 4. μηρὸν. Vat. Cod. — πάμμαχον. Ex *Antip. Thess.* Ep. LXVIII. de Glycone: ὁ παμμάχων κεραυνὸς — ὁ καινὸς

Ἄτλας. — V. 5. Σμύρνα. Ludos Smyrnae celebratos commemorat *Pauſan.* VI. 14. p. 485. Pergamena certamina *Dio Caſſ.* LI. p. 652. 99. Argis quinquennales ludi celebrari ſolebant de clypeo, qui agon appellabatur ἀσπὶς ἐξ Ἄργους. *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Pallad. 35. p. 647. De Actiaco certamine dixit *Stephan. Byz.* v. Ἄκτια. πόλις Ἀκαρνάνων — ἐν ταύτῃ Ἀπόλλωνος γυμνικὸς ἀγὼν καὶ ἱππικὸς καὶ πλοίων ἅμιλλα διὰ τριετηρίδος ἦν. Vide, quae de hoc agone collegit *Joſ. Scaliger* de Emend. Temp. p. 456. ſqq. *Fabricius* ad *Dion. Caſſ.* p. 632. 12. et nuper *Ignarra* de Palaeſtra Neapol. p. 64. ſq. — V. 8. τὴν Λιβ. *Pindarus* Ol. II. 178. de Theronis munificentia: ἐπεὶ ψάμμος ἀριθμὸν περιπέφευγεν, Ἐκεῖνος ὅσα χάρματ' ἄλλοις ἔθηκεν, τίς ἂν φράσαι δυνατός. Epigr. ἀδέσπ. XXXIV. κἀπὸ Λιβύσσης Ψάμμου ἀριθμητὴν ἀρτιάσαι ψηφίδα.

XLVII. Cod. Vat. p. 185. Anth. Plan. p. 426. St. 560. W. Preces ad Dianam pro Caeſare de morbo avertendo. Quum de *Philippi* noſtri aetate non ſatis conſtet, vanum fuerit inquirere, in cujus Auguſtorum morbum hoc carmen compoſitum ſit. Preces fiunt ad Dianam σώτειραν, quam Thebani ad peſtilentiam depellendam invocant ap. *Sophocl.* in Oedip. Tyr. 216. Ejusdem deae partes fuerunt in ſanandis Proeti filiis, ut inde apparet, quod Melampus, illis ab inſania liberatis, templum Dianae conſecravit. *Pauſan.* VIII. 18. p. 637. — V. 1. κούρα Vat. Cod. a man. ſec. — V. 2. θαλάμους ὀρέων. i. e. μυχούς. Idem hoc loco θάλαμος, quod θαλάμη. *Pindar.* Pyth. IX. 60. de Cyrene venationis ſtudio dedita: ὀρέων κευθμῶνας ἔχει σκιόεντας. — V. 3. 4. excitat *Suid.* T. III. p. 539. in ὑπερβορέων: ἀντὶ τοῦ πόρρω. — V. 5. γὰρ Plan. et Vat. Cod. pro δ' ἄρ', quod *Br.* tacite in textu poſuit. — ἀτμὸν Λιβ. *Antiphil.* Ep. VI. ὃ δ' εὐώδης ἀτμὸς ἔχῃ πλοκάμους. — V. 6. καλλιθύτων ταῦρον Plan. Prius etiam Vat. Cod. habet, Mutato accentu καλ-

λιθυτῶν recte emendatum esse apparet. κάπρον. Apris inprimis infesta. Vide *Callimach.* H. in Dian. 151. sqq.

¶. 225.] *XLVIII.* Planud. p. 301. Steph. 442. W. Φιλίππου nomen in edit. Steph. et Wech. omittitur. Sed in Aldinis et Nic. Sabiensi. edit. εἰς ἄγαλμα Φιλίππου. Castigavit *Brodaeus:* Εἰς τὸ τοῦ Διὸς ὀλυμπίου ἄγ. Φιλίππου. — V. 1. εἰκόνα δείξων. Dii artificibus passim apparuisse dicuntur. Vide not. ad *Parmen.* Ep. V. p. 202.

XLIX. Cod. Vat. p. 478. sine auctoris nomine. Φιλίππου Μακεδόνος est in Plan. p. 306. St. 445. W. Poëta fingit agricolam Myronis vaccae, tanquam vivae et spiranti, imposuisse jugum. Cf. *Antip. Sidon.* Ep. LVI. p. 21. et Ep. Incert. CCXXIX. p. 196. — V. 2. λέπαδνα. Ἱμάντες πλατεῖς, οἷς ἀναδέονται οἱ τεράχηλοι τῶν ἵππων πρὸς τὸν ζυγόν. *Hesych.* ubi vide *Intrpp.* Conf. *Eustath.* ad Il. ε. p. 456. 3. — εἶδηρον. Ed. pr. Flor. — αὐλακιεργάτην. vulgo. αὐλακιεργάτα. Vat. Cod. — V. 3. ἀμόν. Ed. Flor. pr. αμῶν. Vat. Cod. Scribendum spiritu mutato ἀμὸν sive ἀμῶν; utrumque enim locum habet. Vide *Fischer.* Anim. ad Velleri Gr. gr. T. II. p. 227. — V. 4. τέχνᾳ δ' ἐξεπόνησεν. Plan. metro claudicante; cui vitio mederi cupiens *Jos. Scaliger* in not. msc. τέχνᾳ μὲν ἐκπόνησεν. parum feliciter. Praestantissima lectio ἐζωπόνησεν debetur Vaticano codici, qui praeterea τέχνα legit, quod fortasse non spernendum. Epigr. Incert. Auct. CCXV. p. 213. ἥρπασε τέχνα τὴν φύσιν. Vide quaedam hujus generis in Animadverss. nostris in *Callistrati* Stat. p. 18. — ἔψυν ἔμπνουν. speciem meam animavit. Auctor Incert. Ep. CCXCVIII. Ἐκ ζωῆς με θεοὶ τεῦξαν λίθον· ἐκ δὲ λίθοιο Ζωὴν Πραξιτέλης ἔμπαλιν ἐργάσατο. *Petron.* c. 88. *Myron, qui paene hominum animas ferarumque aere comprehendit.* — V. 5. ὡς πολλάκις με κάρσμυκᾶσθαι θέλειν. Haec mihi valde inepte videntur dicta. Dixerat vacca, sibi a Myrone viventis spirantisque speciem tributam esse; nunc eadem

addit, ſe nonnunquam *mugire velle;* ut ſua ipſius ſpecie decepta videatur ſcilicet. Ab ejusmodi ineptiis cum ſibi in aliis locis caverit *Philippus*, h. l. ſcribendum exiſtimo:

ὡς πολλάκις με πάπομυκᾶσθαι δοκεῖν.

ita animatam et vividam ſpeciem expreſſit Myron, ut iis, qui me videant, ſaepe mugire videar. Hoc aptum et ex poëtarum ſophiſtarumque conſuetudine. Huc fortaſſe reſpexit *Geminus* Ep. VI. p. 280. μυκᾶται γὰρ ὁ χαλκὸς, ἢ ὅτι ἔμπνουν ὁ τεχνίτας Θήκατο. *Antip. Sidon.* Ep. LIV. et LV. ἀ δάμαλις, δοκέω, μυκήσεται — πλάττεις ἔμπνοα καὶ σὺ, Μύρων. *Lucian.* in Phalar. T. II. p. 198. de Perilli tauro, κινήσεως αὐτῷ καὶ μυκηθμοῦ ἔδει μόνον πρὸς τὸ καὶ ἔμψυχον εἶναι δοκεῖν. *Philoſtrat.* Jun. Imag. X. p. 880. in deſcriptione ſcuti, ubi boves erant: τὸ δὲ καὶ μυκωμένων ὅσπερ ἀκούειν ἐν τῇ γραφῇ καὶ τὸν ποταμὸν κελάδοντα εἶναι δοκεῖν, παρ' ὃν αἱ βόες, πῶς οὐκ ἐναργείας πρόσω; et mox: ὁ μὲν γὰρ μεμυκέναι δοκῶν καὶ σπαίρειν σπαράττεται. — V. 6. ἔργα: ad arationem. *Apollon.* Lex. Homer. p. 296. ἔργον. ὅτε μὲν ψιλῶς Ὅμηρος ἔργον λέγει, μηδενὸς ἑτέρου συμφραζομένου — τὴν γεωργίαν δηλοῖ. Quaedam huc pertinentia collegit *Rittersh.* ad *Oppian.* Hal. I. 105. p. 177. — προσδήσας. Cf. Ep. XXXIII. 7. Ep. inter ἀδέσπ. CXXII. (quod *Antipatri Sidonii* eſt) ἃ μόλιβος κατέχει με καὶ ἃ λίθος. *Geminus* Ep. VI. ἡ βάσις ἡ κατέχουσα τὸ βοΐδιον, ᾗ πεπέδηται.

L. Cod. Vat. p. 482. Plan. p. 306. St. 445. W. dorismo neglecto. In equum aëneum Lyſippi. Ad hoc opus *Junius* in Catal. Artif. p. 115. pertinere ſuſpicatur verſus *Statii* I. Sylv. I. 86.:

Cedat equus — — —
— — — quem tradere es auſus
Pellaeo, Lyſippe, duci, mox Caeſaris ora
Aurata cervice tulit.

Sed in his de equo, cui Alexander inſidebat, in *Philippi* carmine de nudo agitur equo. Praeterea hos ap. *Statium* verſus merito pro ſuppoſititiis habent *Barthius* et *Mark-*

landus. Conf. Epigr. *Michael. Pſelli* T. III. p. 127. — V. 2. κορωνιῶν. γαυριῶν. *Heſych.* *Simonides* ap. *Etymol. M.* p. 270. 46. καὶ σχῦλα βαίνων, ἵππος ὡς κορωνίτης. Vide not. ad *Archilochi* fr. XL. p. 175. — *Statius* l. c. v. 46. *At ſonipes, habitus animosque imitatus equeſtres, Acrius attollit vultus, curſumque minatur: Cui rigidis ſtant colla jubis, vivusque per armos Impetus.* — V. 4. οὐρίσκεν. jubam, ad veli inſtar, ventis tradidit. Nusquam alias hoc verbum (ab οὖρος derivandum) occurrit. *Grotius* vertit: *deque toto vertice Vento fluentes fundit in curſum juban.* — V. 5. ἡνιοστρόφους. Vat. Cod. et mox ἐναερίοις et κριτικεντρίοις. In tribus Aldin. κριτικεντρέοις. *Joſ. Scaliger* in not. mſc. κριτικεντρίοις. — V. 7. παρ' ἐλπίδας. Vat. Cod. et Plan. Uſitatam dicendi formam revocavit *Brunck.* παρ' ἐλπίδα. *Euripid.* Oreſt. 975. Hippol. 1121. Fragm. incert. 187. *Thucyd.* IV. 62. τῷ παρ' ἐλπίδα μὴ χαλεπῶς σφαλλέσθω. Eadem ratione παρὰ δόξαν et παρὰ γνώμην ap. pedeſtres ſcriptores ſaepenumero. Non tamen propterea immutanda Codd. lectio. παρ' ἐλπίδας certe habet *Euripid.* Hecub. 680.

LI. Anth. Plan. p. 308. St. 448. W. Recenſentur Herculis labores T. II. p. 475. in carmine, quod *Quinto Smyrnaeo* tribuitur; in Ep. ἀδεσπ. 282. et in Anthol. Lat. I. 42. et 43. p 21. ſq. Adde *Senec.* Herc. Oet. 1 – 51. — V. 2. γένην. Ed. Flor. pr. — ℔. 226.] V. 3. »In ἐλκύσας media corripitur. Ap. Homer. Il. ε. 558. »ubi legitur τείχει ὑπὸ Τρώων ταχέας κύνες ἑλκύσωσιν, e me»lioribus libris ſcribendum eſt ἑλκήσωσιν. Aemilianus »infra ἕλκυσεν ὑστάτιον νᾶϊα καταφθιμένης.« *Br.* — V. 5. ἀδάην. Vulgo.

LII. Anthol. Plan. p. 310. St. 450. W. De Hercule ab Amore armis ſpoliato. Comparandum Epigr. *Gemini* IV. p. 280. qui hanc ſtatuam Lyſippi opus eſſe docet. — V. 1. ἤθελε pro ἐβούλετο. Ed. pr. Fl. et Ald. —

V. 4. ῥόζος. clava. πτόρθον vocat *Geminus*. βαρύπους. cujus inferior pars gravior et amplior. Amoris impotentiam celebrans chorus ap. *Senec.* in Hippol. 317. nec Herculis exemplum omittit:

Natus Alcmena posuit pharetram,
Et minax vasti spolium leonis;
Passus aptari digitis smaragdos.
— — — — — —
Et manu, clavam modo qua gerebat,
Fila deduxit properante fuso.

Hos tam molles amores Lycus Herculi exprobrat in *Senecae* Herc. fur. 465. *Fortem vocemus, cujus ex humeris leo Donum puellae factus ex clava excidit, Fulsitque pictum veste Sidonia larus?*

LIII. Planud. p. 318. St. 458. W. Ad hirundinem, quae in tabula, ubi Medeae imago picta erat, nidum construxerat. — V. 2. μαῖαν vocat Medeam, cujus tutelae hirundo pullos suos tradidisse videbatur. — V. 3. καινὸς ὕφαιμος. oculus sanguine interfusus, qualis furentium. Multa similia collegit, nostro non omisso, *Dorville* ad *Charit.* p. 40. Ut hîc Medea φόνιον πῦρ ab oculis dicitur κατεάπτειν, sic ap. *Asclepiadem* Ep. XII. ἵμερον κατεάπτουσα κατ' ὄμματος. *Meleager* Ep. XXXVIII. ἤστραψε γλυκὺ κάλλος, ἰδοὺ φλόγας ὄμμασι βάλλει. — V. 4. ἄπο στων λάει. Vulgo. — V. 5. σίδηρος. Semper cum gladio repraesentabatur Medea. Vid. *Böttiger in den Vasengem.* T. I. 2. p. 163. — V. 6. κἂν κηρῷ. ut supra Ep. XLII. ἔρρε καὶ ἐν κηρῷ παιδοκτόνε. Epigramm. ἀδέσπ. CCXCV. de sculptore conqueritur Philoctetes, quod καὶ ἐν χαλκῷ τὸν πόνον εἰργάσατο. Ep. CCXCVII. ἀ δ' ἀγέρωχος Λύσσα καὶ ἐν χαλκῷ κεῖνο τὸ πικρὸν ἔχει. Quaedam hujus generis laudavimus ad *Antipatr. Sidon.* Ep. XXXI. T. II. P. I. p. 39.

LIV. Anth. Plan. p. 325. St. 465. W. In Venerem armatam. Vide ad *Leonidam Tar.* Ep. L. T. II. P. I.

p. 106. sq. — V. 1. φιλομμειδὴς. una Wechel. Reliquae edd. omnes uno μ. — V. 3. Similis color in Ep. *Antimachi* T. I. p. 167. ἔντεά σοι γὰρ Ἔρωτος ἐφίμερα, ἃ τε κατ' οὐρὰν τέρψις, καὶ κροτάλων θηλυμανεῖς ὄτοβοι. Utrique poëtae obversabatur fortasse locus Homericus Il. ε. 428. οὔ τοι, τέκνον ἐμὸν, δέδοται πολεμήϊα ἔργα· Ἀλλὰ σύ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο. In hoc contextu vocabulum παιὰν suspectum est. Paeanes certe, qui proprie in Apollinis honorem canebantur, Veneri non magis grati, quam reliquis diis. Hoc loco autem ponendum erat aliquid, quod Veneris numini et cultui proprium et peculiare esset. Quare legendum puto:

σοὶ παστὸς φίλος ἦν, καὶ ὁ χρυσοκόμης Ὑμέναιος.

Sic totum hoc distichon continet circumscriptionem earum rerum, quas *Homerus* ἔργα γάμοιο vocavit. παστὸς, torus nuptialis. *Meleager* Ep. CXXV. φέγγος ἐδαδούχουν παρὰ παστῷ Πειθοῦς. Vide, quae notavimus ad *Antip. Sidon.* Ep. XCVIII. T. II. P. I. p. 94. — αὐλοὶ etiam ad nuptias spectant. *Homer.* Il. σ. 493. — πολὺς δ' ὑμέναιος ὀρώρει· Κοῦροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνεον, ἐν δ' ἄρα τοῖσιν Αὐλοὶ, φόρμιγγές τε βοὴν ἔχον. *Terent.* Adelph. V. 5. 6. *verum hoc mihi morae est, Tibicina et hymenaeum qui cantent.*

¶. 227.] *LV.* Anth. Plan. p. 328. St. 468. W. Mercurius, Priapi partibus fungens, viatorem olera tangere vetat. De Mercurio hortorum et agrorum custode vide *Heynium* in Commentat. Soc. Reg. X. p. 83.

LVI. Planud. p. 338. St. 478. W. Primus hoc carmen edidit Aldus in Lection. Nam in ed. pr. Flor. omissum est. *Brunckius* in Anal. haec sic distribuit, ut ap. *Stephanum* distributa leguntur. In Lect. p. 184. distinctionem interlocutorum mutavit, sic:

— — Π. θίγγανε μηδεμιᾶς.

Ο. ὀργίλος ὡς ὁ Πρίηπος. Π. ἐρεῖς· ἔτι καὶ κενὸς ἥξεις.

Ο. ναὶ λίτομαι, δός μοι. Π. καὶ γὰρ ἐγὼ δέομαι.

Ο. χρῄζεις γὰρ, λέγε μοι, παρ' ἐμοῦ τινός; Π. ἔστι νόμος που, δὸς, λάβε. Ο. καὶ θεὸς ὢν κ. τ. λ.

V. tertium ſic explicat: *quam pronus in iram es, Priape!* Cui hic reſpondet: *Dices, quantum volueris, iracundum me eſſe; nec ſic magis proficies.* At hoc diſtichon mihi ſincere ſcriptum non videtur. Pro ἔτι in notis mſc. *Joſ. Scaligeri* ἔστι reperio, quod locum non habet: quare aliud quid a viro doctiſſimo ſcriptum eſſe exiſtimo. Certe verba, ἐρεῖς ἔτι καὶ πενδὸς ἥξεις, et dura et obſcura ſunt. — V. 6. δὸς, λάβε. Paroemia paſſim in ſenſum obſcoenum detorta. *Strato* Ep. XLVI. δὸς λάβε παίζει Σωσιάδας ὁ καλὸς, καὶ Διοκλῆς ὁ δρεύς. Similiter in Luſibus nr. XXXVIII. hortorum deus: *Paedicare volo, tu vir decerpere poma. Quod peto, ſi dederis, quod petis, accipies.* Ibidem nr. V. *Quod meus hortus habet, ſumas impune licebit: Si dederis nobis, quod tuus hortus habet.* Cf. *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 484. — V. 8. σῦκα. Non aliter luſit *Marc. Argent.* Ep. XXII. ἢν δὲ μόνον σὺ θίγῃς τῆς ἰσχάδος, ἰσχάδα δώσεις· Ὡς ἰσότης πάντων ἐστὶ δικαιοτάτη.

LVII. Anth. Plan. p. 333. St. 472. W. In Amores deorum arma geſtantes. Anaglyphum poëtam deſcribere puta. Cf. *Secundi* Ep. T. III. p. 5. Fuit ejusmodi anaglyphum in Muſeo Capitolino. Vide *Propylaeen* T. I. p. 43. — V. 2. φρυασσόμενοι. *exultantes et triumphantes.* *Secundus* l. c. ὅπλα φέρουσι θεῶν νήπι' ἀγαλλόμενοι. φρυάττεσθαι dicuntur, qui ſpiritus ſumunt. Hinc φρύαγμα et τῦφος frequenter jungitur. Vide *Intrpp. Thomae M.* p. 901. *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Pallad. 2. p. 605. *Wetſten.* ad N. T. II. p. 479. — V. 6. λαμπάδα. Vulgo. *Br.* nihil de emendatione monuit. Sed vera eſt procul dubio, ſive a cod. oblata, ſive ab ingenio. Duabus taedis inſtructa viſitur Diana. *Ariſtophan.* Ran. 1406. Διπόρευς· ἀνέχουσα λαμπάδας ὀξυτάταιν χεροῖν Ἑκάτη. Plura in hanc rem, etiam ex nummis, protulit *Spanhem.* ad *Callim.* H. in

Dian. v. 11. p. 169. v. 116. p. 259. — V. 7. οὐκ ἄχθος. Temere igitur indignamur mortales, si quos Amor telis suis superat, cum ipsi dii arma sua Amoribus tradiderint.

¶. 228.] *LVIII.* Vat. Cod. p. 394. Planud. p. 379. St. 518. W. In testam, quae tenero palmiti munimenti loco apposita erat. — V. 1. Ἀδριανοῖο vulgo, quod pro nomine proprio potoris cujusdam habebat *Brodaeus.* Nostram lectionem servavit Vat. Cod. Utra forma praeferenda sit, vix dixeris. Ἀδριανὸν πόντον dixit *Strato* Ep. XCI. nec aliter dixit *Horat.* I. Carm. XVI. 4. *sive flamma Sive mari libet Adriano.* Cf. etiam *Steph. Byz.* p. 24. Notanda sunt vasa Adriatica. Fortasse in urbe Adria fabrica erat vasorum figlinorum paulo celebrior; fortasse etiam apud Graecos vasa Itala sic vocabantur, quod ipsis supra mare Adrium adveniebant. Vide ad *Antiphili* Ep. VII. ubi νέκταρ Ἀδριανὸν pro Italo vino occurrit. — λαιμὸς μελίγηρυς. ex cujus collo liquor cum suavi strepitu destillabat. Hinc *Marc. Argent.* Ep. XVIII. de lagena; εὔλαλε, περιῤῥέλως, εὔστομε. quae ante oculos habuit auctor ἀδέσπ. Ep. LXXVII. — V. 4. τεινομένῳ. Palmes erat acclinis ad tugurii parietem; si sincerum est καλόβᾳ, de qua lectione dubitare nos cogit epitheton τρυφερήν. Scribendum puto:

πρὸς τρυφερὸν τεινομένῳ κάλαμον.

Palmitibus enim jungebant calamos, quibus se applicarent tenerae vites. *Columella* IV. 12. 1. *arundines singulis viticulis applicabimus binas, aut, si regionis conditio permittit, de vepribus hastilia. Virgilius* Georg. II. 358.:

Tum laeves calamos et rasae hastilia virgae
Fraxineasque aptare sudes furcasque valentes,
Viribus enisi quarum et contemnere ventos
Adsuescant, summasque sequi tabulata per ulmos.

Anthol. Lat. T. I. p. 490. *Foecunda vitis conjuges ulmos*

gravat, *Textasque inumbrat pampinis arundines*. — V. 5. Pro γὰρ Vat. Cod. δὲ legit.

LIX. Cod. Vat. p. 401. Anth. Plan. p. 33. St. 49. W. De vacca simul arante et vitulum lactante. — V. 1. πυρητόκον. *Brunckius* tacite in textu posuit. Vat. Cod. γυρητόμον legit, quae est vulgata lectio omnium edit. praeter eam, quam *Nicolini Sabienses* curarunt. Haec enim γυητόμον exhibet. Idem in mentem venerat *Brodaeo*, qui et γειοτόμον suspicatur, et Anonymo Bibl. Bodlej. *Scaliger* in not. msc. γυρητόμος tentavit, nulla interpretatione addita. δάμαλις γυρητόμος esset, quae aratrum orbiculatim ducit; sed sic malim γυητόμος, terram proscindens. *Grotium* γυητόμον probasse, apparet ex latina ejus versione: *scindentes jugera sulcos*. His omnibus elegantior *Brunckii* lectio, praesertim ob sequens τέμνει; an etiam verior et sincerior, dubitari debet. — V. 3. ἀροτροπόνου. Plan. et Vat. Cod. Ap. *Huetium* p. 6. *Jos. Scaliger* emendasse dicitur μετ' ἀροτροπόνου ζεύγλης; sed in notis msc., quas mihi consulere licuit, ἀροτροπόνους legit, ut etiam doctissimo praesuli in mentem venit. — V. 4. δεύτερον ἄλγος. *Asclepiad.* Ep. XIX. καὶ τὸ τρίτον ἄλγος ἔρωτι. — V. 6. ἐὰν φείσῃ, sine dubio ad vaccam referendum. Non satis accurate *Grotius*: *Si parcere matri non vis, at vitulo parce, juvencus erit.* — δαμάλης malit *Brodaeus*, quia poëta ὁ μόσχος dixerit.

LX. Cod. Vat. p. 405. Anth. Plan. p. 9. St. 15. W. Leonidas munera ipsi post mortem a Xerxe oblata aspernatur. In eodem argumento versatur *Antiphil.* Ep. XXXVIII. unde hoc expressum. — V. 1. πουλὺ δέμας. Ingens Leonidae corpus. αὐτοδάϊκτον. quia Leonidas se ultro morti objecerat. — V. 2. εὐχλαίνου Ald. in Lect. idque receptum in Ald. 2. 3. — V. 3. ἤχησον. Vulgo et in Cod. Vat. Causam emendationis reddere neglexit *Br.* quae mihi quidem minime videtur necessaria. ἠχεῖν,

ut Latinorum *ſonare*, is dici poteſt, qui alta voce aliquid recitat. Sic certe *Pindarus* ap. *Dionyſ. Hal.* de comp. verb. T. II. p. 41. ἀχεῖτε ὀμφᾷ μελέων σὺν αὐλοῖς, Ἀχεῖτε Σεμέλαν ἐλικάμπυκα χοροί. *Sophocl.* Trachin. 866. ἠχεῖ τις οὐκ ἄσημον, ἀλλὰ δυστυχῆ κωκυτὸν εἴσω. i. e. *edit.* Sed vide, an *Philippus* ſcripſerit:

κἠκ νεκύων δ' ἤχησεν ἔπος Σπάρτας πολὺς ἥρως.

Leonidas Tar. Ep. LXI. τῷδ' ἔπος ἐκ γαίης τόσον ἄπνευ. Cf. Not. ad *Aſclepiad.* Ep. XIX. T. I. P. II. p. 38. — V. 5. αἶρε. *Brunck.* revocavit lectionem ed. pr. Flor. et Ald. quam Vat. Cod. confirmat. Vulgo ἦρε, quod Aldus in Cod. quodam reperit. — V. 6. κήξω. Vat. Cod.

LXI. Cod. Vat. p. 407. ſq. Anth. Plan. p. 26. St. 41. W. In laurum, quae in Caeſaris ara enata erat. *Julius Caeſar* L. III. de bello civili 105. ubi et alia oſtenta commemorat, *Trallibus*, ait, *in templo Victoriae, ubi Caeſaris ſtatuam conſecraverant, palma per eos dies in tecto inter coagmenta lapidum ex pavimento exſtitiſſe oſtendebatur.* Verum huc inprimis facit hiſtoria, quam *Quintilianus* narrat Inſt. Or. VI. 3. 77. *Auguſtus nuntiantibus Tarraconenſibus, palmam in ara ejus enatam, Apparet, inquit, quam ſaepe accendatis.* Ad hoc prodigium *Philippus* haud ſcio an reſpexerit. Eadem enim res varia ratione narrari potuit, et ipſe poëta, acuminis captandi cauſa, fortaſſe laurum pro palma poſuit. Erat Tarracone templum Auguſti, ſub *aeternitatis Auguſtae* nomine exſtructum, cujus effigies in nummis Tarraconenſium occurrit. Iidem, ut erant inſigni erga Auguſtum ſtudio conſpicui, poſt ejus mortem quoque *aram cum palma* in nummis exhibuerunt. Vide *Vaillant* Numism. Aer. Imper. T. I. p. 45. Simile prodigium narrat *Dio Caſſ.* XLVIII. p. 559. 45. — V. 1. Δάφνη ποτὲ, verbis transpoſitis, Vat. Cod. quo repoſito verſus mollius decurret. — ἀνέτειλεν, Idem. — V. 2. μελαμπέτηλον. Vat.

Cod. δάφνης κλῶνα μελαμπέταλον dixit etiam *Meleager* Ep. I. 14. — V. 4. θέλει Ζῆνα. Vat. Cod. quod fortaſſe ſervari debebat. — Caeſares ſuos adulantes Romani Joves appellare ſolent. *Oppian.* Κυνηγ. I. 3. Αὐσονίου Ζηνὸς γλυκερὸν θέλος Ἀντωνῖνε. cum quo loco noſtrum comparavit *Arnald.* in Lect. gr. p. 177. *Horat.* I. Epiſt. XIX. 43. *Jovis auribus iſta ſervas.* Idem II. Serm. VI. 56. *O bone, nam te Scire, deos quoniam propius contingis, oportet.* — ¶. 229.] V. 6. μὴ οὐ τίκτειν. *Joſ. Scaliger* in not. mſc.

LXII. Cod. Vat. p. 449. Difficile hoc Epigramma edidit *Salmaſius* Hiſtor. Aug. T. II. p. 218. et ex eo *Burmannus* ad Sueton. Claudium c. 21. p. 756. et iterum *Burm.* II. ex Cod. Voſſiano et Grotii in *Dorvill.* Sic. T. II. p. 430. *Reiskius* in Jenſian. nr. 78. p. 145. nr. 728. Theſſalorum in tauris domandis artificium deſcribitur. Plurimum ad ſenſum illuſtrandum facit *Plinius* H. N. VIII. 45. p. 472. *Theſſalorum gentis inventum eſt, equo juxta quadrupedante, cornu intorta cervice tauros necare.* quem locum ex hoc carmine ſic corrigere conabatur *Salmaſius*: *cornu intorto reſtibus* ſive *vestibus*; fruſtra, monente *Voſſio* ad *Catull.* p. 194. ſq. Diſertius illud Theſſalorum inventum deſcribit *Sueton.* in Claud. c. 21. in ludorum commemoratione, quos Claudius exhibuerat: *praeterea Theſſalos equites, qui feros tauros per ſpatia circi agunt, inſiliuntque defeſſos et ad terram cornibus detrahunt.* Hinc apparet, quo ſenſu apud *Plinium* accipienda ſint verba *cornu intorta cervice*; quae lucem lucrantur etiam ex *Theocriti* Eid. XXV. 145. Herculem, taurum domantem, pingentis:

> τοῦ μὲν ἄναξ προσιόντος ἐδέξατο χειρὶ παχείῃ
> ἐκταίοῦ ἄφαρ κέρεος· κατὰ δ' αὐχένα νέρθ' ἐπὶ γαίης
> κλάσσε βαρὺν πίεζε δύντα.

Alia hujus generis dedimus in Exercitatt. crit. T. II. p. 121. Ceterum confer, quod *Burmannus* monuit,

monimentum antiquum inter Marmora Oxon. p. 267. in quo festum ταυροκαθάψια, seu juventutis Thessalicae exercitia in tauris domandis, exhibetur; et *Dion. Cass.* LXI. 9. p. 988. — V. 2. ἀτευχήτους. Nullis igitur armis instructi tauris adequitabant. Non argutandum in eo, quod iidem equites ὁπλιζόμενοι dicuntur, i. e. promti et parati ad tauros petendos, quamvis sine armis. Oxymori speciem de industria effecisse videtur poëta. θηρσὶν, i. e. εἰς θῆρας, *in feros tauros.* — V. 3. »Quid sint δενδροτυπεῖς »πῶλοι, non ego magis aliis dixerim. Quomodo *Grotius* »intellexerit, ex ejus versione non liquet:

»*Sed rapido saltu, velut alta evellitur arbor,*
»*Sic jacere in frontem fortia vincla parat.*

»Nihil simile in graeco hexametro, qui, ut et sequens, »corruptus mihi videtur.« *Brunck.* δενδροτυπεῖ dedit *Jens.* et *Salm.* quod *Reiskius* in κεντροτυπεῖ mutandum censebat; cujus conjecturae eum postea poenituit. Verum videtur, quod *Schneiderus* reponendum censebat:

κεντροτυπεῖς πώλους —

equos stimulo excitatos. — Mox haeremus in ζεύξει, quae est scriptura Cod. In *Dorvillii* Sicul. perperam excusum τεύξει. *Brunckius* corrigit πελάσει, conjectura non minus audaci quam improbabili. Futuri temporis terminationem ab h. l. alienam esse, apparet ex v. 6. ubi est ἐξεκόλισε. Melius, ex hac quidem parte, *Reiskius* ζεῦξε. In marg. ap. Pawiani δενδροτυπεῖ ζεύγει habetur, quod fortasse ex Vossiano libro fluxit. Verbum videtur requiri, quod *incitare*, *impellere*, sive etiam *inscendere* significet. Tum fortasse ante σκιρτήματι incidendum, ut jungantur verba sic: σκεύδων ἀμφιβαλεῖν πλέγμα σκιρτήματι ταύρων, periphrastice pro ταύροις σκιρτῶσι. — V. 4. tauri fronti laqueum circumjicere studens: σκεύδων ἀμφιβαλεῖν τῷ μετώπῳ πλέγμα. Hinc πλέγμα μετωπίδιον, nove, nec tamen contra horum poëtarum consuetudinem. Quamvis laquei

quei in hac Theſſalorum exercitatione nulla alibi mentio fiat, vix tamen licuerit poëtae verba in alium ſenſum accipere. Non enim facile acceſſerim *Voſſio* ad *Catull.* p. 195. πλέγμα et ἄμμα h. l. de manuum vinculo interpretanti; multo minus *Pauwio*, qui μετωπίδιον πλέγμα interpretatur de cornibus inflexis et in ſe recurrentibus, quae illi conentur ἀμφιλαβεῖν, (ſic enim corrigit,) manibus tenere. — V. 5. ἀκρότατον ἄμμα. laqueus ſummis cornibus innexus. εὔροον. facile ad levem impulſum ſeſe inclinans et in quamcunque partem velis vergens. Sic haec cum *Reiskio* explicari poſſunt; nec tamen huic interpretationi multum tribuerim. — V. 6. τόσην Vat. Cod. et ἐξεκύλησε. τόσσην ἐξεκύλισσε *Salm.* ἐξεκύλισε ſcribendum eſſe docuit *Brunck.* ad Theocrit. XXI. 70.

LXIII. Cod. Vat. p. 370. Planud. p. 73. St. 106. W. Naufragus a fluctibus circumactus, in patris cadaver incidit; quo conſcenſo ſalvus in portum pervenit. — V. 2. φύσιος. Vulgo. νῆα φύσεως. nec manu factam, nec conſulto delectam, ſed ab ipſa natura mihi oblatam et ob hanc cauſam jucundiorem. — V. 3. ἀλγὸν omnes veteres, praeter Steph., qui ἀλγῶν habet, eumque ſecuta Wech. — V. 5. ἤγαγεν εἰς λ. δὲ καί. Vat. Cod. aeque bene.

LXIV. Cod. Vat. p. 396. ſq. Planud. p. 82. St. 120. W. Platanus, quam venti everterant, vino irrigata denuo vireſcere coepit. Optime *Brodaeus* laudavit *Macrob.* Saturn. II. 9. *Hortenſius platanos ſuas vino irrigare conſuevit. Plinius* T. I. p. 655. *Tantumque poſtea honoris increvit, ut mero infuſo enutrirentur; compertum, id maxime prodeſſe arboribus.* Add. *Martial.* L. IX. 62. de Caeſaris platano: *Crevit et effuſo laetior umbra mero.* Vehementer igitur a vero ſenſu aberravit *Opſopoeus*, qui hoc carmen de vite platanum obumbrante interpretatur. — V. 1. εὐθαλής. Vat. Cod. — V. 2. ἐαπίδῃ.

Vulgo. — V. 3. ἔστι. Ed. pr. Flor. et Ald. ἔστη Ald. 2. ἔστην, quod Ald. in Cod. invenit, Ald. 3. et Aſcenſ. — ὄμβρον. cum hic mihi latex quovis anni tempore ipſo Jovis imbre ſit laetior et utilior. — V. 6. ἄλλων κλινομένων. De ceteris arboribus, vento proſtratis, interpretatur *Brodaeus*; cujus explicationem merito impugnat *Burmannus* Anth. Lat. T. II. p. 356. Argutior eſt ſenſus, quem *Grotius* perſpexit et optime reddidit his verbis:

Sic mihi vita redux: aliorum corpora flectit
Evius: at noſtrum rectius eſſe dedit.

LXV. Cod. Vat. p. 398. Anth. Plan. p. 52. St. 75. W. De muliere, quae, cum omnes ſuos liberos morte ſibi ereptos vidiſſet, etiam adoptivum filium praematura morte perdidit. — V. 1. ἡ πυρὶ πάντα τεκοῦσα. quae omnes ſuos liberos rogo et flammis peperit. — „βαρύπενθος habent libri omnes et hinc agnoſcunt Lexica. „Analogiae magis conſentaneum eſſet βαρυπενθής. " *Br.* a *Schneidero* monitus. βαρυπενθὴς etiam *Joſ. Scaliger* in not. mſc. emendavit. — ¶. 230.] V. 3. ἐφόρμισα. Vat. Cod. Ald. 2. et ed. Nicol. Sabienſ. ἐφώρμισα, τὸν θυμὸν ſc. animum ad alienos applicui liberos. — V. 5. εὔπαις. quamvis ipſa liberos pepereram, eo tamen deveni, ut filius mihi adoptandus eſſet. — V. 8. καὶ λοιπαῖς. Sic *Philippum* ſcripſiſſe dubito. Fortaſſe legendum:

ἦδη καλλατείαις πένθος ἐγὼ γέγονα.

LXVI. Cod. Vat. p. 399. Planud. p. 53. St. 75. W. Ariſtodice, ſenorum liberorum mater, omnes amiſit, partim morbo, partim naufragio. — V. 2. ἄχθος. Idem quod alibi ὄγκος in eadem re. δουλοσύνας ἄχθος ἀποσάμενος. *Ariſto* Ep. I. p. 258. — V. 3. ἤρισε. terra et mare, quaſi certamine inito, in eam furit. — V. 4. ἤμυσαν. Fortaſſe ex *Homero* Il. 9. 306. μήκων ὡς ἑτέρωσε κάρη βάλεν — Ὡς ἑτέρωσ' ἤμυσε κάρη. — V. 5. λεί. Omnes veteres praeter Aſcenſ. Steph. — Ad cippos eorum, qui in terra perie-

runt, luſcinia eſt; naufragos autem flet ut alcyon. *Eumath.* de Hyſm. et H. L. X. p. 448. τὴν γλῶτταν ἀλκυόνος πολυπενθέστερα, ἀηδόνος θρηνητικώτερα, αὐτῆς Νιόβης μιμούμενα τὸ πολύδακρυ, πρὸς θρῆνον ἐρίζουσα. Anthol. Lat. T. II. p. 126.:

Cum te, nate, fleo, planctus dabit Attica aëdon,
Et comes his lacrymis veniet pro conjuge Seiren,
Semper ut Alcyona flebit te voce ſuprema.

LXVII. Cod. Vat. p. 263. Planud. p. 212. St. 309. W. ἄδηλον. Iterum p. 248. St. 360. W. ubi φιλίππου. In naufragi cadaver, ab undis et ſcopulis miſere laceratum. — V. 1. ξόνιον τόδε σῆμα. Vat. Cod. et Plan. loco priore. Loco ſec. ἠιόνι. At pro σῆμα omnino σῶμα ſcribendum, quod jam *Huetius* viderat p. 21. et ſic *Brunck.* in Lectt. emendavit. *Brodaeus* interpretatur, quaſi legiſſet Ἰόνιον. *Groſius* vulgatam interpretatione tuetur ſua: *Sparſa vides hominis miſeri monumenta per actam.* Sed σῆμα ſic, ut reliquias ſignificet, ab antiquis uſurpatum eſſe dubito. Saepenumero autem confuſa verba σῆμα et σῶμα. [In edit. Lipſ. in marg. infer. male excuſum: *Scr.* σῆμα. pro: *Vulgo* σῆμα.] — V. 2. ψυχόμενον. Plan. l. pr. Altero ἰκχόμενον. Vat. Cod. ἰκχυμένων. — V. 4. κόρυ. Vat. Cod. et mox χειρῶν. κόρυν. Ed. pr. Fl. et Ald. utroque loco. — V. 6. ἁρμονίη. *Epicrates* ap. *Athen.* L. XIII. p. 570. D. de Laïde: ἐπεὶ δὲ δολιχὸν τοῖς ἔτεσιν ἤδη τρέχει, Τὰς ἁρμονίας δὲ διαχαλᾷ τοῦ σώματος. *Crinagor.* Ep. XXXV. p. 150. ἀγλώσσου δ' ἁρμονίη στόματος.

LXVIII. Cod. Vat. p. 452. Planud. p. 2. St. 5. W. In vitem acerbas uvas proferentem. — V. 2. ἢ Βορέου Σκ. Vat. Cod. *Brunckius* dedit lectionem Cod. Vat., Βορρείου tamen melius eſſe judicans, ut ap. *Diodor. Jun.* I. 2. Sed ibi quoque Vat. Cod. et *Suid.* Βόρρᾳ λαίλαπι exhibent. — V. 3. νιφοβλήτος Vat. Cod. a pr. man. Idem πνιμώδεας a pr. man. *Opſopoeus* fluctuat inter πνιμώδεος,

κρυώδεις et κρημνώδεις. — V. 4. σιδηροτόκου Ἰβηρίδος. Non de Hiſpania accipiendum, ſed de Iberia, quae inter pontum Euxinum et mare Caſpium erat poſita. Huic tribuit, quod vicinae Chalybum terrae proprium eſſe putabatur, τὸ σιδηροτοκεῖν. Vide *Schol. Apollonii Rhodii* I. 1323. Idem II. 1007. ἀλλὰ σιδηρεφόρον στυφελὴν χθόνα γατεμέοντες. *Aeſchyl.* Prometh. 720. οἱ σιδηροτέκτονες Οἰκοῦσι Χάλυβες — ἀνήμεροι. Cf. *Caſaub.* Lect. Theocrit. III. p. 247. — ¶. 231.] V. 5. ὀμφακοφῶγας. Vat. Cod. a man. ſec. βοτρυφᾶγα fuit ſupra ap. *Diodor. Zon.* Ep. III. Cf. *Nicander* Alexiph. 184. Hinc βαγίζειν. *Theocrit.* Eid. V. 112. — ἐγείνατο. Vat. Cod. et mox ἐπὶ πάντους. Error in marg. emendatus. — ἀπεπάντους. ἀπέπειρον ὀπώρην vocat *Leonid. Tar.* Ep. XLIV. πεπάνων βοτρύων βᾶγα *Epigon. Theſſ.* Ep. I. p. 306. — V. 6. στυφελὴν σταγόνα. quae acerbitate os contrahit. Quidam uvam immaturam mordens χείλεα στυφθεὶς χαμάδις βάλεν. Epigr. ἀδέσπ. 386. *Alcaeus Meſſ.* Ep. XVIII. πνιγόεσσαν ἄχερδον, ἀποστύφουσαι ὀδιτῶν χείλεα. Hinc translate *Themiſtius* Orat. XXVII. p. 339. A. ὡς ἂν εἰ (ψυχὴν) σκληρὰν ἅδην καὶ στύφουσαν. — V. 7. Lycurgum alterum, (Dryantis fil. vide Il. ζ. 130. *Apollodor.* L. III. 5. 1.) ejusmodi vites radicitus exſtirpare velit poëta. — θερίσῃ. Vulgo. In Vat. Cod. a pr. manu θερίσεις, quod vulgatae non praeferendum.

LXIX. Cod. Vat. p. 359. Φιλίππου, οἱ δὲ Ἰσιδώρου. Utrique poëtae tribuitur etiam in Plan. p. 4. St. 8. W. In claudum et coecum, ſibi invicem opitulantes. Expreſſit noſter *Plason. Jun.* Ep. I. p. 175. Cf. *Leonid. Alex.* Ep. XXXIV. — V. 2. Id quod natura alteri negaverat, alter ei mutuo dabat. — αὐτούς. vett. edd. prope omnes. — V. 4. ἀρθεβάτει. Vat. Cod. — φωνεῖς *Brodaeo* ſuſpectum, praecipue, ut videtur, propter archetypum *Platonis*, ubi eſt: κατωμάδιον βάρος ἄρας Ἀτραπὸν ὀθνείοις ὅμμασιν ἀκροβατεῖ. Quare ſuſpicatur φάσει ſive

γλήναις. Non hîc haesit *Grotius*, qui vertit: *Claudus item coeco voce gubernat iter.* — V. 6. „εἰς ἕλεον. Sic „libri omnes absque sensu. Recte emendat *Guil. Canterus* N. Lect. III. 23. εἰς τέλεον.“ *Br.* Eandem conjecturam invenio ap. *Wesseling.* N. T. II. p. 249. Frustra eam quaesiveris in edit. Nov. Lect. quae prodiit Basileae 1566. sed est in Lampade Crit. T. III. p. 585. Optime sibi invicem opponuntur τὸ ἐλλιπὲς καὶ τὸ τέλεον. *Plutarch.* T. II. p. 2. ἡ δὲ μάθησις δίχα φύσεως ἐλλιπὲς, ἡ δὲ ἄσκησις χωρὶς ἀμφοῖν ἀτελές.

LXX. Vat. Cod. p. 395. Planud. p. 29. St. 45. W. De apro, qui, dum aries puerum cornibus feriebat, vinculis ruptis et impetu in arietem facto, hunc dente percussit. — V. 1. κορύπτων reperit Aldus in Cod. cum in Ed. pr. esset κορύπτης. In Schol. Wechel. haec notantur: γρ. καὶ κορύπτης, ἵν' ᾖ τὸν παῖδα τῆς κορύπτης. ἢ κορύπτων κέρασι, παίσας καὶ κόπτων καὶ ὠθῶν. In Vat. Cod. Καλύπτης legitur. Hoc verum videtur. Certe haud facile intelligas, quomodo ex κορύπτων, si sic scripsisset *Philippus*, καλύπτης factum sit. — V. 3. Ἡράκλειος. Aprum Herculi sacrum fuisse, aliunde vix notum. — ἀποῤῥήξας neutraliter accipi video, *prorumpens e vinculis.* Vulgaris ratio ferret, ἀποῤῥήξας τοὺς δεσμούς, nec aliter locutos esse veteres puto. *Philippus* vero scripsisse videtur:

κάπρος δ' Ἡράκλειος ἐπιῤῥάξας ἀπὸ δεσμῶν.

vinculis ruptis in arietem irruens. sive, quod eodem redit:

ἐπιῤῥήξας ἀπὸ δεσμῶν.

Diodor Sic. XV. 84. p. 68. ἄφνω τοῖς Μαντινεῦσιν ἀνελπίστως ἐπέῤῥαξεν. Ibid. 85. 70. ἐπιῤῥαξάντων ἀλλήλων τῶν ἱππέων. Vide *Budaei* Comm. L. Gr. p. 1100. 10. — V. 4. ἔβαψε γένυν. *Antip. Thess.* Ep. XXVI. βαψαμένη κοίλων ἐντὸς ἄρη λαγόνων. — V. 5. ζωὸν ν. δ' ἐχαρίσατο. Vat. Cod. ἐχαρίσατο. ed. Flor. Ald. pr. et Junt. reliquae duplici σ. Non opus est fulcro, cum ι in hoc verbo producatur. —

ἀπὸ Ἥρης. Insolenter dictum et obscure, ita ut sensum magis conjectando consequamur quam intelligamus. Hercules, dum puer esset, Junonis iniquae ira exercitus puerorum misereri didicit. *Jos. Scaliger* in not. msc. ὑπὲρ Ἥρην emendat.

LXXI. Cod. Vat. p. 366. Plan. p. 31. St. 47. W. Historia de puero, cui glacies Hebri, sub ejus pedibus rupta, caput abscideraf, quod sepultum est, reliquo corpore fluctibus abrepto. Idem argumentum tractavit *Statyll. Flacc.* Ep. XII. p. 264. sq. Latinam hujus carminis versionem, sub *Julii Caesaris* nomine, edidit *Aldus* in Catalect. p. 79. *Germanico Caesari* alii eandem tribuunt, quos vide in Anthol. Lat. T. II. p. 62.

Thrax puer adstricto glacie dum luderet Hebro,
Frigore concretas pondere rupit aquas.
Dumque imae partes rapido traherentur ab amne,
Abscidit heu tenerum lubrica testa caput.
Orba quod inventum mater dum conderet urna,
Hoc peperi flammis, cetera, dixit, aquis.

Uno disticho auctius produxit *Marqu. Freherus* L. I. Parerg. c. 23.:

Me miseram! plus amnis habet, solumque reliquit,
Quo mater nati nosceret interitum.

De antiquitate hujus carminis dubitarunt *Dorvillius* in Misc. Obss. Nov. Vol. I. P. III. p. 151. et *Bonada* Vol. II. p. 264. — V. 2. ἐκβαίνων. Vulgo. et sic Vat. Cod. ἐμβαίνων dederunt ed. Nicol. Sabiens. et Schedae Krohnianae. In eandem lectionem incidit *Jos. Scaliger* in not. msc. — ἔφυγεν. Vat. Cod. et Plan. — V. 3. λαγαρούμενον ad ποταμὸν referendum. *in glaciem jam tenuem et attritam.* Vide ad Ep. X. 3. — V. 6. πρόφασιν ἔχειν nonnunquam dicuntur ea, quae non justam et plenam actionis causam habent, sed speciem tantum. — V. 7. διέλατο. Vat. Cod. — V. 8. ὅλως. Vat. Cod.

¶. 232.] *LXXII.* Vat. Cod. p. 369. sq. Planud. p. 44. St. 64. W. Historia de cane venatico, qui, cum delphinos circum navem ludentes videret, eos persecuturus in mare desiliit fluctibusque submersus est. — V. 2. πελάγευς. Plan. — V. 3. θηρσὶν Vat. Cod. — V. 6. πάντων. *non omni canum generi.* Sunt enim canes marini, quos poëta respicit. Jejunum carmen et in fine praesertim sine nervis.

LXXIII. Vat. Cod. p. 434. Planud. p. 47. St. 69. W. Argutum formicarum inventum, quo urceum in aqua collocatum petebant, describitur. — V. 1. Mira est aberratio Vat. Cod. in fine versus, ubi ἡνίκα τήνδε legit. Sic verbum desiderari apparet. — V. 2. σμηνοδόκου pro nomine proprio habebat *Brodaeus* et *Grotius: Smenodoco fuerant quae condita mella ferebant Formicae.* Majore initiali vocem exhibet edit. Nicol. Sabiens. σμηνοδόκος tamen agricolam significare videtur, apium culturae et mellificationi studentem. *Jos. Scaliger* σμηνοδόκον emendavit, unde non satis video quid lucremur. — V. 3. κρουσόν. Vat. Cod. et Plan. — V. 5. „In Planudea sic legitur: οἱ δὲ νέας κούφας ἀχύρτιδας ἀντιφέροντες. „In quo versu tres graves mendae, quarum una tantum „sublata, νεῶν reposito pro νέας. In Vat. Cod. vox κούφας „deest, vacuo relicto spatio. Scribendum κάρφας, *festucas.* „In ἀχυρτίδας metri lex violata. Nam prima in ἄχυρον, „ἀχυρμιὰ, et aliis derivatis semper brevis. ἀχυρτίδες *paleolae*, in H. Stephani Thesauro ex veteri Lexico sine „auctoritate, ex hoc loco adstrui non possunt; nam corruptus est. Scribendum ἀχυρίτιδας. Nihil verius hac „emendatione. Sic itaque versus integer legendus:

„οἱ δὲ νεῶν κάρφας ἀχυρίτιδας ἀντιφέροντες.

„i. e. οἱ δὲ φέροντες κάρφας ἀχ. ἀντὶ νεῶν.“ *Br.* Verum sensum probe perspexit *Grotius* vertens: *Grex tamen ille venit, paleis pro puppibus usus.* ἀχυρίτιδας *Brunckio*

ſuppeditavit *Schneiderus*. — V. 6. πρὸς τάχος. Planud. Miram hanc lectionem non dubito ortam eſſe ex τεῦχος, quod vocabulo κύτος pro interpretatione ſuperſcriptum, cum temere in textu eſſet poſitum, ne metro officeret, in τάχος mutatum eſt. — V. 7. γαστὴρ ἀνέπεισεν. *Euripides* ap. *Clem. Alex.* p. 622. νικᾷ δὲ χρεία μ', ἡ κακῶς τ' ἐλουμένη γαστήρ. quod ductum ex *Homeri* Od. σ. 53. ἀλλά με γαστὴρ Ὀτρύνει κακοεργὸς, ἵνα πλησῇσι δαμείω. Vide *Berglerum* ad *Alciphr.* L. III. 6. p. 30. ed. *Wagn.* Locus *Alexidis* ap. *Athenaeum* L. X. p. 422. A. B. ſic numeris ſuis reſtituendus eſſe videtur:

— — μάθοις δ' ἄν, οἷον ἀνθρώποις κακὸν
ἐστὶν ἡ γαστὴρ, διδάσκει δ' οἷ', ἀναγκάζει δ' ὅσα.
εἴ τις ἀφέλοι τοῦτ' ἀφ' ἡμῶν τὸ μέρος ἀπὸ τοῦ σώματος,
οὐδ' ἂν ἀδικοῖτ' οὐδὲν οὐδείς, οὔτ' ἂν ὑβρίζοιθ' ἑκών.
νῦν δὲ διὰ ταύτην ἅπαντα γίνεται τὰ δυσχερῆ.

Ibidem ap. *Diphilum* p. 422. C. legitur:

καὶ προστίθημι τἄλλα, διότι παντα χοῦ
διὰ τὴν τάλαιναν πάντα ταῦτα γίνεται.

ubi etiam de ventre agitur. Sed ταῦτα vitioſum eſt. Alii aliter tentant; mihi autem una litera mutata ſcribendum videtur:

διὰ τὴν τάλαιναν πάντ' ἄτακτα γίνεται.

Vide quae attulimus in Exercitatt. crit. T. I. p. 100, ubi aliis locis eandem adhibuimus medicinam. Fortaſſe etiam ap. *Euſebium* in *Stobaei* Flor. VI. p. 79. 4. pro τοῖς καταναγκάζουσι ταῦτα legendum, τοῖς καταναγκάζουσιν ἄτακτα.

LXXIV. Cod. Vat. p. 475. Planud. p. 321. St. 461. W. „Male *Brodaeus* et *Opſopoeus* hoc Epigramma „de ponte a Caligula facto ad Puteolos interpretantur, „de quo cf. *Dio Caſſ.* T. II. p. 920. Nam accipiendum „de portu Julio ab Agrippa facto, de quo *Dio* p. 565.“

Schneider. Vide ad *Antiphili* Ep. XVI. unde noſtrum expreſſum. — V. 1. τόλμῃ. Ed. pr. Flor. et Vat. Cod. — V. 2. ἔλυσε χρόνος. Manifeſte *Philippus* reſpexit *Herodotum* VII. 34. p. 526. καὶ δὴ ἐζευγμένου τοῦ πόρου ἐπιγενόμενος χειμὼν μέγας συνέκεψέ τε ἐκεῖνα πάντα καὶ διέλυσε. Unde fere ſuſpicor, poëtam ſcripſiſſe:

τοὺς δὲ τόσους καμάτους πάντας ἔλυσε βόος.

— V. 3. Δικαιαρχία. Ed. pr. Flor. et Vat. Cod. — διηπείρωσε. *Himerius* de Xerxis miraculis agens Eclog. V. 3. τί καλύπτεις ἠπείρῳ τὸ βόθιον; Idem Or. II. 24. p. 409. τοῖς μὲν γὰρ ποζθμοῖς ἐπετίθει τὴν ἤπειρον. Caeterum eandem comparationem *Lucanus* inſtituit inter Xerxis labores et Caeſaris aggerem ante Brunduſium actum, L. II. 672.

Tales fama canit tumidum ſuper aequora Perſen
Conſtruxiſſe vias, multum cum pontibus auſus,
Europamque Aſiae, Seſtonque admovit Abydo,
Inceſſitque fretum rapidi ſuper Helleſponti,
Non Eurum Zephyrumque timens: quum vela ratesque
In medium deferret Athon. Sic ora profundi
Artantur caſu nemorum. Tunc aggere multo
Surgit opus longaeque tremunt ſuper aequora turres.

— V. 5. βαθυστήριγμα. Vat. Cod. — λᾶα. ipſam molem, altis quaſi radicibus in mare actam. — V. 6. χερσὶ γιγαντ. *Antip. Sid.* Ep. LI. ποῖοι χθονὸς υἷες ἀνυψώσαντο γίγαντες. *Antiphil.* XVI. Κωκλώπων τάδε χεῖρες ἐνιδρύσαντο θαλάσσῃ. — Haereo in νέρθεν. Mole jacta, aqua, quae intra ejus brachia erat, tranquilla jacebat. At hoc non eſt νέρθε, ſed ἐντὸς τῶν χηλῶν. Quare vide, an legendum ſit;

ἔστασε ναῦδρὸν ὕδωρ.

Antip. Sidon. Ep. LXIV. ἀλλὰ τὸ ναῦδρες πίδακος ἐκ τυφλῆς οὐκ ἐτάχυνεν ὕδωρ. Quod fonti reprehenſioni eſt, τὸ ναῦδρον εἶναι, mare intra portum commendat. *Pigram aquam* ſic

dixerunt veteres. *Albinovanus* in Anth. Lat. L. II. 121. p. 288. *pigris immania monſtra ſub undis. Tacit.* in Vita Agric. c. 10. *mare pigrum et grave remigantibus perhibent; ne ventis quidem perinde attolli. Lucan.* V. 434. *Aequora lenta jacent, alto torpore ligata. Pigrius immotis haeſere paludibus undae.* — V. 7. ἦν δ' ἀλλ' αἰεὶ πλ. δ. δ' ἐπὶ ναύταις. Vat. Cod. ἐπὶ ναύταις eſt etiam in Planud. In margine Wechel. haec notantur: γρ. καὶ οὕτως· ἦν δὲ διαπλώειν· διοδευομένη δ' ὑπὸ ν. Vereor, ut verſus initium ab omni labe immune ſit. Cur enim poëta dixit ἦν πλώειν? Nonne etiam tum, cum hoc carmen ſcriberet, *navigare licebat*, tuta ad Dicaearchiam ſtatione parata? Lectio Vatic. cod. eo ducit, ut corrigas:

ἦν ἄλ' ἀεὶ πλώειν.

Jam antitheſin habes; nec amplius incertum, quo διοδευομένη pertineat. Semper quidem per maria navigare licebat; quod autem olim nonniſi a nautis percurrebatur, nunc etiam peditibus factum eſt meabile. In priore membro omiſſum eſt μὲν, ut ſaepenumero ante δέ. Vid. *Zeune* ad *Viger.* de Idiot. p. 520. In eandem emendationem incidiſſe *Salmaſium*, nunc ex libro Lennepiano intelligo.

¶. 233.] *LXXV.* Cod. Vat. p. 263. Edidit *Salmaſ.* in Plin. p. 611. et ex eo *Bod. a Stapel* ad *Theophr.* p. 492. *Kuſter.* ad *Suidam* v. ἀνεμίητος T. I. p. 636. *Reiske* in Anth. nr. 601. p. 87. Idem argumentum ante *Philippum* tractavit *Antiphilus* Ep. XXXVII. p. 179. ubi vide not. — V. 1. πρώτην. *Reiskius* ſibi perſuadet, πρῶτος legendum eſſe. Sic ſane vulgaris dicendi ratio requireret. — ἐμύησας. per te Troja primum bello imbuta eſt. — V. 2. θυμὸν δόρατος. Proprio ſenſu poteſt accipi. *Homer.* Il. Θ. 111. ἦ καὶ ἐμὸν δόρυ μαίνεται ἐν παλάμῃσιν. et Il. π. 74. σὺ γὰρ Τυδείδεω Διομήδεος ἐν παλάμῃσιν Μαίνεται ἔγχεϊ. — V. 4. ἐκκεχύμεθα. Ap. Lipſ. ἐκκεκύμεθα eſt in mem-

branis. Arbores circa Proteſilai tumulum iram adverſus Trojam edunt et quaſi *parturiunt*. — V. 5. ἐπ' apogr. Lipſ. — Summae arborum frondes, verſus Ilium ſpectantes, marceſcunt et foliorum deponunt decus. Perperam nonnulli poſt γὰρ diſtinguunt. Vide *Olear.* ad *Philoſtr.* Her. 2. p. 672. et *Bod. a Stap.* ad *Theophr.* l. c. — V. 6. καρποῦται. Ap. Lipſ. — V. 7. ἔζεσας. quanto animus tuus aeſtu ebullivit. Verbum ζέειν de gravioribus animi affectibus uſurpatur. *Chriſtodor.* in Ecphr. v. 219. Οἰνώνη δὲ χόλῳ φρένας ἔζεεν, ἔζεε πικρῷ Ζήλῳ θυμὸν ἔδουσα. *Apollon. Rhod.* L. IV. 391. ὡς φάτ' ἀναζείουσα βαρὺν χόλον. *Euripid.* Iph. T. 987. δεινή τις ὀργὴ δαιμόνων ἐπέζεσε. Plura vide ap. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 56. qui et noſtrum locum excitavit, et *Ruhnken.* Epiſt. crit. p. 224. Adde *Philon.* V. Moſis L. III. Tom. II. p. 178. ζέων καὶ πεπυρωμένος ὑπὸ τῆς νομίμου διαγανακτήσεως. — V. 8. ἀντιπάλοις edidit *Reiske.*

LXXVI. Cod. Vat. p. 265. Edidit *Reiske* Anthol. nr. 605. p. 89. In lapidem molarem, molitoris tumulo pro cippo impoſitum. — V. 1. μὲ κὴν ζωᾶς χῳ. Vat. Cod. quod verum eſt. κἀν dedit *Reiskius.* Referendum καὶ ad verſ. 4. Molitor me, *et* dum viveret, uſus eſt, *et* nunc poſt fata idem me pro monimento habet. — V. 2. βαρυβρομὴς ἀνεῖχε. Vat. Cod. Noſtrum debetur *Salmaſio*; cette haec emendatio in marg. ap. Guyet. reperitur. *Reiskius* dedit βαρυβρομήσεαν ſive βαρυβρομῆσσαν δινητὰν π. — V. 3. πυρηφάτου Δάματρος. Vat. Cod. πυρήφατον eſt in marg. libri Guy. et Ruhnk. Compoſitum verbum ad analogiam τοῦ ὀδυνήφατος, *dolores domans.* Item πέτρος πυρήφατος, *lapis frumentum terens.* Paſſiva ſignificatione *Homerus* adhibuit μυλήφατον Odyſſ. β. 355. Cf. *Euſtath.* ad Od. p. 102. 8. Inepte *Corn. de Pauw* in apogr. πυρήφατον Δήμητρα interpretatur Cererem tritici invento celebrem. — V. 5. ἃς ἔχει μ' αἰεὶ β. Vat. Cod. *Bruncius*

recepit lectionem, quam exhibet marg. ap. Guy. et ap. Ruhnk. ἴχῃ etiam *Reisk.* correxit.

LXXVII. Cod. Vat. p. 400. Plan. p. 73. St. 107. W. In Damidem, in mari Icario fluctibus submersum. — V. 1. „Voces uncis inclusae τὸ πάρος in Vat. Cod. desunt. „Fulcrum est a sciolo additum. Aliud quid scripserat „poëta." *Br.* Equidem verbis transpositis et paulo immutatis legerim:

Ἔμπορος Ἰκαρίην πλώων ἅλα — —

— V. 3. Nicaretum, Damidis patrem, filii casum vidisse puta. — ἐς ὕδωρ. *Propert.* I. 15. 11. *Multos illa dies incomtis moesta capillis Sederat, injusto multa locuta salo.* — φθέγγετο ὑπέρ. Ed. pr. Fl. et Ald. — V. 5. οἰκτίστῳ. Vat. Cod. — Mare audivit Nicareti preces non magis, quam tum, cum Daedalus pro filii vita ei supplicaret.

¶. 234.] *LXXVIII.* Cod. Vat. p. 294. Planud. p. 286. St. 414. W. De cippo, quem Architeles lapicida filio Agathenori posuit. — V. 2. ἠρμολάγασε. Cod. Gudian. ἠργολάβησε legendum suspicatur *Brodaeus: ipsemet construendum suscepit, construxit.* Non video, quid emendationem vulgatae lectionis necessariam reddat. Compositio συναρμολογεῖν usi sunt sacri scriptores, in Epist. ad Ephes. II. 21. IV. 16. πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον. Vide *Weststenium.* — V. 3 αἰ. αἰ. omnes edd. vett. ante Stephan. — Non ferro insculptus lapis, sed lacrymis. *Glaucus* Ep. II. p. 347. κατὰ φλοιοῦ γράμμ' ἐκόλαψε. *Alcaeus* Ep. XXI. p. 491. γράμμα λέλογχε πέτρος Λαστύπαις σμίλαις κεκολαμμένον. Vide *Valcken.* ad *Herodot.* L. VIII. p. 629. 74. — V. 4. πυκινοῖς. Plan. et Cod. Gudian. — V. 5. φθιμένῳ. omnes edd. vett. Sola Steph. vitiose φθιμένη, eamque secuta Wech. — V. 6. πατέρων Cod. Gud. — Levis ut sit lapis, optat, ut ille hunc lapidem paterna manu cineribus suis impositum esse sentiat.

LXXIX. Cod. Vat. p. 234. Planud. p. 224. St. 327. W. In puellam, quae ipſa nuptiarum nocte inter ſaltantium ſtrepitum et clamores exſtincta eſt. Conf. *Meleagr.* Ep. CXXV. — V. 1. 2. laudat *Suidas* v. λωτὸ T. II. p. 463. ὕμνος ἔχαιρε κρότοις. Si ſana eſt lectio, ſenſus eſt, *hymnum comitabatur pedum pulſatio.* *Catull.* LXI. 11. *Nuptialia concinens Voce carmina tinnula, Pelle humum pedibus.* *Euripid.* Iph. Aul. 438. καὶ κατὰ στέγας Λωτὸς βοάσθω καὶ ποδῶν ἔστω κτύπος. — Si tamen Cod. offerret lectionem:

γαμικοῖς δ' ὄχος ἔχαιρε κρότοις,

ſive παστὸς ἔ. κρ., hoc non ſpernerem. In Ed. Flor. et Ald. pr. ὕμνοις ἔχαιρε κρότοις. — V. 3. θρῆνος. Luctus in Hymenaei locum ſucceſſit. ἐκώμασεν ἀντὶ τοῦ παρεγένετο, *Suidas* hoc diſtichon laudans in κώμη T. II. p. 363. Expreſſit *Philippus* id, quod *Erinna* in ſimili caſu dixit Ep. III. p. 59. καὶ σὺ μὲν, ὦ Τμένιαι, γάμων μολπαῖαν ἀοιδὰν Εἰς θρῆνον γοερὸν φθέγμα μεθηρμόσαο. — εἰσκωμάζειν pro irruere, impetum facere, paſſim, apud ſophiſtas inprimis. *Ariſtaenet.* I. II. 1. p. 70. ταῖς σαῖς χάρισιν ἐπικωμάσωσιν Ἐρινύες. ubi *Abreſch.* p. 180. laudat *Baſil.* de Spir. Sanct. c. 30. §. 77. ἀναρχία τις δεινὴ — τοῖς λαοῖς ἐπεκώμασεν. Nec aliter *Clemens Alex.* Paedag. II. p. 181. 7.: poſt nimiam potationem λυγμοί τε καὶ ἔμετοι καὶ παραφροσύνη ἐπεισεκώμασαν. Poëta ap. *Ignatium* Epiſt. ad Tarſenſ. p. 75. κακῶν τοσούτων ἐσμὸς εἰσεκώμασεν. ut h. l. correxit *Toup.* in Em. ad Heſych. P. IV. p. 156. Poſt templi Pythici direptionem ἐπέλαμψε παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ὁ χρυσὸς, εἰσεκώμασε δὲ καὶ ὁ ἄργυρος. *Athen.* VI. p. 231. E. *Philoſtratus* Vit. Apoll. VI. 2. His omnibus praeivit *Euripid.* in Phoen. 355. τὸ δαιμόνιον κατεκώμασε Δώμασιν Οἰδιπόδα.

LXXX. Cod. Vat. p. 371. Planud. p. 106. St. 156. W. Vetula quaedam cum ſpicas legens ſolis aeſtu graviter affecta periiſſet, ceterae mulieres eam, rogo ex

ſtipulis facto, combuſſerunt. — V. 2. ἠκρολόγει. ſummas quaeque decerpens, ſpicas igitur. Verbum ἀκρολογεῖν an alibi occurrat, ignoro. *Theocritus* Eid. III. 32. ποιολογεῖν de eadem re uſurpavit. Vulgare eſt σταχυολογεῖν. — V. 3. συνέριθοι. mulieres in lanificio ſimul cum aliis occupatae, tum ξυνεργοὶ ſimpliciter, ut *Timaeus* interpretatur p. 242. Vide *Pierſon.* ad *Moer.* p. 358. — V. 4. πῦρ καὶ ἦν. Ed. pr. Flor. Ald. et Aſcenſ. Has ſecutum eſſe *Stephanum* mireris, cum in Ald. 2. et 3. jamdudum emendatum eſſet πυρκαϊήν. Sed vide in Prolegg. p. CXIX. ſq. Sic ultro emendavit *Huetius* p. 13. eandemque lectionem expreſſit *Grotius: Sociae fecere puellae Non lignis, ſtipula ſed crepitante rogum.* Vetus tamen eſt vitium, quod etiam Vaticano Cod. inhaeret. Ceterum ἐκ σταχύων displicet poſt ἐκ καλάμης. Fortaſſe ſcribendum:

τῇ δ' ἐκ καλάμης συνέριθοι
νῆσαν πυρκαϊὴν ἄξυλον ἔκ τ' ἀχύρων.

ex culmis et palea ei rogum ſtruxerunt. — V. 5. Non indigne ferre debes, o Ceres, quod mortalis et ex terra progenita ex tellure progenitis frugibus combuſta eſt. οἱ ἐπὶ χθονὸς ſive γῆς, qui in terra verſantur. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 703.

LXXXI. Cod. Vat. p. 242. ſq. Φιλίππου. In marg. Ἀλφίου Μιτυλ. Huic ſoli tribuitur in Plan. p. 198. St. 288. W. Victorias de Perſis reportatas rerumque geſtarum gloriam verum Themiſtoclis monimentum eſſe docet. Colorem duxit *Philippus* ex *Diodor. Jun.* Ep. XI. p. 187. Cf. *Tull. Gem.* X. p. 281. — V. 1. οὔρεά·μοι. De monte Atho perfoſſo et de mari ponte junctо recte accipiunt Intrpp. Senſus enim eſt: Si, quantus fuerit Themiſtocles, cognoſcere velis, ingentes Perſarum copias easque a Themiſtocle ſuperatas eſſe cogita. Junguntur autem a poëtis et ſophiſtis, ubi de Xerxis copiis agunt,

haec tria, Athos, Hellespontus, flumina epota. Vide *Burmann.* ad Anth. Lat. T. I. p. 190. ſqq. *Himerius* Orat. II. 24. p. 406. οὐδὲν δὲ τῶν ἁπάντων ἡσύχαζε, κέρξου στρατεύοντος· οὐ πόλις, οὐ πεδίον, οὐκ ὄρος — πεδίον δὲ οὐδὲν ἦν, ὅ, τι μὴ στρατευομένων ἐκρύπτετο, ποταμὸς δὲ οὐδεὶς ἁπλήρου τὴν χρείαν πίνουσι, κόλπος δ' ἅπας τὸν στόλον ἔπεμπε, γῆ δὲ καὶ θάλαττα τὴν ἀλλήλων φύσιν ἠλλάττοντο. — Quid ſit, quod Apollinem iſtorum miraculorum teſtem faciat, non ſatis apertum eſt. Fuerunt procul dubio, qui Apollinem pugnas inter Graecos et Perſas commiſſas ſpectantem fingerent. Nam ad oracula, quae Athenienſibus ante Perſarum invaſionem ſunt reddita, haec referri non poſſunt; et Λητοΐδην cum *Brodaeo* et *Opſopoeo* de Sole interpretari, jejunum eſt. — ¶. 235.] V. 4. Ἄρην. Vat. Cod. — V. 5. ἔγγλαφε conjecit *Caſaubonus* in not. mſc. Sed nihil opus. — Sequentia mihi ſemper obſcuriora viſa ſunt. *Opſopoeus* vertit: *ut mortui Themiſtoclis ſepulcrum praedicet populus Magneſius.* Nec multum abhorret *Grotii* interpretatio: *Accedat Salamin, ut ſit jactare ſepulcrum Cur poſſit Magnes terra Themiſtocleis.* Sed haec quomodo cum ſuperioribus connectenda ſint, non facile dixeris. Fortaſſe legendum:

Θεμιστοκλέους ἵνα ΛΗΜΑ
κηρύσσῃ Μάγνης δῆμος ἀποφθιμένου.

ſenſu expedito et elegante. Viri fortis et magnanimi indoles ex rebus ab eo geſtis prodit; hae, ubi commemorantur, magno praeconio ejus λῆμα indicant et ad poſteritatem commendant. Μάγνης δῆμος, quia Themiſtocles apud Magneſios ſepultus eſſe putabatur, ponitur pro ipſo ſepulcro et cippo. λῆμα de forti et praeſenti animo exquiſite dicitur. *Simonid.* Ep. XLIV. εὐτόλμῳ ψυχῆς λάμματι πειθόμενοι. *Alc. Meſſ.* Ep. IX. τὸ χάλκεον εἰκόνι λᾶμα Κλειτομάχου. *Ariſtoph.* Ran. v. 899. λῆμα δ' οὐκ ἄτολμον ἀμφοῖν, οὐδ' ἀκίνητοι φρένες in Nub. 457. λῆμα μὲν

πάρεστι τῷδέ γ' οὐκ ἄτολμον, ἀλλ' ἕτοιμον. in Eqq. 757. καὶ λῆμα θούριον φορεῖν.

LXXXII. Cod. Vat. p. 263. Plan. p. 248. St. 360. W. Naufragus conqueritur, quod, cum undae ipſius cadaver in litoris arenam portaſſent, mare tamen nunquam ceſſet, oſſa et cineres vexare. Expreſſum ex *Archiae* Ep. XXXIII. Cf. *Antipatr. Theſſ.* LXIX. — V. 1. τρηχεῖα θάλ. *Leonid. Tar.* Ep. LXXVI. eodem epitheto utitur, quod de rauco ſono accipiendum. *Meleager* Ep. L. ἀνέμων μάστιξι θάλασσα τραχὺ βοᾷ. — V. 2. σκύβαλον. Cum invidia dictum; quandoquidem σκύβαλον de viliſſimis quibusque rebus rerumque reliquiis uſurpatur. Vide *Gataker* ad *M. Antonin.* VII. p. 206. *Elsner.* Obſſ. Sacr. T. II. p. 252. De naufrago *Hegeſipp.* Ep. IV. πολύκλαυτον ναυτιλίης σκύβαλον. — V. 4. σπιλάδος. *turbinis* vertit *Brodaeus*, ſine auctoritate. Junge οὐδὲ ἐπὶ σπιλάδος χέρσου. Naufragum tibi ad rupes fluctibus expoſitas jacentem finge. *Archias* l. c. ἦ γὰρ ἀλιῤῥήκτοις ὑπὸ δειράσιν, ἀγχόθι πόντου δυσμενέος, ξείνων χερσὶν ἔκυρσα τάφου. *Antip. Theſſ.* l. c. ἠιόνι κρυπτὸν ὑπὸ σπιλάδι. Facile tamen intelligitur, ad εἰρήνην genitivum deſiderari rei, ut εἰρήνην ἅλδος, κυμάτων, vel ſimile quid. Hanc ob cauſam, et quod in vulgata paulo durior eſt verborum conjunctio, vitium hic latere ſuſpicor. — V. 5. omiſſus in Vat. Cod. contextu, in margine legitur. Vulgatum κρατοῦσα ex membranis mutatum eſt.

LXXXIII. Cod. Vat. p. 267. Μιμνέρμου, οἱ δὲ Φιλίππου. In Plan. p. 272. St. 393. W. ἄδηλον eſt. Quomodo in *Mimnermum* inciderit lemmatis in Cod. Vat. auctor, non apparet. Tanquam *Leonidae* laudat *Hadrian. Junius* Animadv. L. I. 16. ubi de Bupalo diſputat. Scriptum eſt carmen in Hipponactem, jambographum virulentum. Conf. *Leonid. Tar.* Ep. XCVII. et *Alc. Meſſ.* Ep. XVIII. — V. 1. χαλαζητῇ. *Schneiderus* ſuſpicatur χαλαζεπῶς. cujus

cujus dicteria grandini fuerunt similia. — V. 3. εἰς vulgo. ἐς habent Ed. pr. Fl. Ald. 1. et 3. — Βουπάλειον. A Bupali odio Hipponactem significat. *Horatius* Epod. VI. 14. *Qualis Lycambae spretus infido gener, Aut acer hostis Bupalo.* *Suidas:* Ἱππώναξ. γράφει δὲ πρὸς Βούπαλον καὶ Ἀθηνιν (Ἀνθερμον) ἀγαλματοποιους, ὅτι αὐτοῦ εἰκόνας πρὸς ὕβριν εἰργάσαντο. Vide inprimis *Plinium* L. XXXVI. 5. 2. p. 724. et *Harduin.* p 761. — V. 4. σφῆκα. *Leonidas* l. c. μὴ τὸν ἐν ὕπνῳ Πικρὸν ἐγείρητε σφῆκ' ἀναπαυόμενον. Vide not. T. I. P. II. p. 448. — V. 6. Recta in scopum dirigens tela, quamvis claudicantibus versibus. Choliambis Hipponactem scripsisse, satis notum. — βέλη *Brunckius* tacite in textum recepit, ex conjectura sine dubio. Nam vulgo et in Vat. Cod. ἔπη legitur. Elegans est *Brunckii* lectio; an vera sit, dubitare licet. Certe τοξεύειν ἔπη defenditur loco *Platonis* in Theaetet. p. 180. A. T. II. p. 129. ed. Bip. ἀλλ' ἄν τινά τις ἔρῃ, ὥσπερ ἐκ φαρέτρας ῥηματίσκια αἰνιγματώδη ἀναπτῶντες ἀποτοξεύουσι. cui similia laudavit *Wyttenb.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 5. sq. *Pindarus* Isthm. β. 5. βίμφα παιδείους ἐτόξευον μελιγάρυας ὕμνους. — V. 5. Plan. κεκοίμηκεν.

LXXXIV. Vat. Cod. p. 259. Plan. p. 285[a]. St. 413. W. ἄδηλον. In Aëtium rhetorem praestantissimum, ut poëta testatur; aliunde enim homo non notus. — V. 1. εὐπρεπέος legunt tres Aldin. Ascens. Nic. Sabienf. Reliquae εὐεπέος. — V. 3. Exitum hujus Epigrammatis Vat. membranae sic exhibent:

ἦλθεν δ' ἐς ἄϊδαο δόμας, ψυχὴ δ' ἐς Ὀλυμπον
τέρπει ἅμα Ζηνὶ καὶ ἄλλοισιν μακάρεσσιν.
ἀθάνατον δὲ οὔτε λόγος ποιεῖν, οὔτε θεὸς δύναται

In marg. quidam notavit haec: ναὶ, ἐνθητε, ὁ θεὸς τοὺς ἀγαπῶντας αὐτὸν ἀθανάτους ποιεῖ, κἂν σὺ μὴ γινώσκεις. Medius versus ex margine in contextum venit. Tertius vero etiam graviter interpolatus nec a *Planude* sic, ut fieri

debuit, emendatus eſt. Mihi *Philippus* ſic videtur ſcripſiſſe:

ἀθάνατον δὲ ποιεῖν οὐδὲ θεὸς δύναται.

Significare voluit, Aëtium digniſſimum fuiſſe, qui nunquam moreretur; at hoc mortali naturae non tributum eſſe, cum ne deus quidem immortalitatem mortalibus concedere poſſit. Ad θεὸς ſcriolus quidam οὔτε λέγος adſcripſit, quia de oratore agitur ſcilicet. Prior ſyllaba in ποιεῖν, ut ſaepe in talibus, corripitur. Vide *Valcken.* in Diatr. p. 109. C. *Brunck.* ad *Ariſtoph.* Lyſiſtr. v. 128.

Lect. p. 186.] *LXXXV.* Cod. Vat. p. 482. *Brunckius* in hoc carmine Codicis ſcripturam fideliter repraeſentavit. Scriptum eſt in aulaeum, cui mare et terra intexta erant, quodque Caeſar a conjuge dono acceperat. — V. 1. *Br.* corrigit ὅσην ἔζωκε περίχθων ὠκεανός. quantum terrae oceanus cingit, Caeſarique paret. In eandem conjecturam incidit etiam *Corn. de Pauw* in apogr. ſuo. — V. 2. In κάρπος mulieris nomen latere putat cl. editor. „Viri nomen Carpus in lapidibus non „infrequens. Ab hujus nominis viro forte elaboratum „fuit textile ſtragulum, in quo terra et mare picta, „quod Auguſta, ſeu ſibi oblatum, ſeu emtum Caeſari „dedit. Hoc ſi probetur, v. 4. ſcribendum erit ἀπομαξάμενας, et ſq. ἐκ κείνου.“ *Br.* Corrigendum puto Καρπῷ, quod muliebre nomen fuiſſe probabile eſt. Una Horarum hoc nomine appellata fuit. Vide *Pauſan.* IX. 35. p. 780. — V. 4. Scribit *Br.* κερκίσιν ἰσοπόνοις πάντ' ἀπομαξαμένη, quod nec *Cornelium de Pauw* fugit. — V. 5. *Brunckius* ἐκ κείνης et ἄνακτι ſuſpicatur; quod parum probabile. *Corn. de Pauw* Καίσαρι δ' ἀρείῳ ſive δὲ κλεινῷ corrigit, et in fine verſus ἦν δὲ ἀνάσσῃ. Poſterius verum puto; prius non item. Integrum carmen ſic conſtituendum videtur:

Γαῖαν τὴν φερέκαρπον, ὅσην ἔζωκε περίχθων
ὠκεανός, μεγάλῳ Καίσαρι πειθομένην,

καὶ γλαυκὴν με θάλασσαν ἐπηκριβώσατο Καῖσαρ
κερκίσιν ἰσοπόροις πάντ' ἐπομαξάμενος.
Καίσαρι δ' ἐξ ἀλόχου χάρις ἤλθομεν· ἦν γὰρ ἀνάσσῃ
δῶρα φέρειν τὰ θεοῖς καὶ περὶν ὀφειλόμενα.

Caeſari ab ipſius conjuge muneri data ſumus; Auguſtae enim licebat, conjugi ejusmodi munera ferre, quae ipſi jam antea fatum tribuerat, i. e. mare et terram, cujus ei dominium fato favente obtigerat. τὰ θεοῖς. Caeſaris numini. Pluralis pro ſingulari, quod in ejusmodi enuntiationibus fere ſolemne.

THUCYDIDIS HISTORICI
EPIGRAMMA.

Vide Tom. I. p. 102.

QUINTI MAECII
EPIGRAMMATA.

¶. 236.] *I.* Cod. Vat. p. 104. Planud. p. 479. St. 622. W. — V. 1. μὲ δ κ. Vat. Cod. Poëta, ni fallor, reſpexit nomen pueri Κορνήλιος, quod ab ἥλιος derivat, ut *Meleager* Ep. LXXIX. ubi in nomine Phanii meretricis ludit: ὦ βαρὺ φέγγος Λάμψαν ἐμοὶ, μέγα πῦρ Φάνιον ἐν κραδίῃ. quod *Quinto* obverſatum eſſe videtur. *Philoſtrat.* Epiſt. LIX. p. 942. ὁ καλὸς, ἂν μὲν ᾖ θηριώδης, πῦρ ἐστιν· ἂν δὲ ἥμερος, φῶς.

T. III. p. 332.] *I*a. »Hoc Epigramma in membra»nis praefixum habet hunc titulum: Μακκίου πρεσβευτικὸν »εἴς τινα φίλον. Planudes auctoris omiſit nomen, et in »Libri I. caput εἰς ὑπεροψίαν retulit hoc carmen, quod »amatorium eſt, et in eundem Cornelium adoleſcentem

„factum, de quo *Maecius* Ep. I. quod in vulgata Antho„logia inter amatoria eſt, cuique hoc ſubjungi debuiſ„ſet.“ *Brunck.* Lect. p. 310. In Plan. p. 114. St. 165. W. ἄζηλον. Scriptum eſt in puerum, qui, auro corruptus, priſtinum amantem reliquerat. — V. 1. ἔτι. Codd. omnes et edd. vett. praeter Stephanianam ἐπί. Saepe hae voculae inter ſe permutantur. μουσοχαρὴς βίοτος eſt vita frugalis, qualem Muſarum ſacerdotes agere par eſt. In Vat. Cod. eſt μουσοχαρῆ. — V. 3. „ὑπ'. Vulgo „ἀπ'. At ἐλπίδος e ſequ. verſu male repetitum videtur, et „aliud quid reponendum.“ *Br.* Mihi ſecus videtur. Ejusmodi repetitionibus nihil frequentius, praeſertim in *Callimachi* Epigrammatis, ad cujus exemplum *Quintus* ſe potiſſimum compoſuiſſe videtur. — ἀιωρεῖται ὑπὸ κούφης ἐλπίδος. κούφοις καὶ ματαίοις ἐπαιωρούμενος ἐλπίσι laudat *Budaeus* in Comm. L. Gr. p. 1173. 24. neſcio unde. *Philo Jud.* de Temul. p. 245. C. ἄνθρωποι κεναῖς αἰωρούμενοι δόξαις. Vide ad *Crinagorae* Ep. XXXIII. T. II. P. I. p. 406. —, οὐκέτι δ' ἡμεῖς οἱ πάρος. nos non amplius eodem loco ſumus, non eadem nos, ut antea, amicitia complectitur. Non putem opus eſſe emendatione, quam propoſuit *Salmaſius*: οὐκέτι δ' ἡμῶν Ὡς πάρος — — quod mihi vulgata lectione minus videtur elegans. — ἑτέρ. ἐλπ. ἐκκρέμαται. alii ſpei ſe tradidit, ab alia ſpe pendet. *Paul. Silent.* Ep. XXXIX. κεῖνο — ᾧ ἐπὶ πᾶσιν Εἴδῃ ἐμῆς ψυχῆς ἐλπίδες ἐκκρεμέες. Simili metaphora Simaetha Delphidis ſui amantiſſima ap. *Theocrit.* Eid. II. 60. τᾶς τήνω φλᾶς καθυπέρτερον, ἃς ἔτι καὶ νῦν Ἐκ θυμῶ ἐδέθημι. *Plautus* in Aſin. I. 3. 4. *Fixus hic apud nos eſt animus tuus clavo cupidinis.* — V. 5. εἴκομεν Vat. Cod. — V. 6. Qui argento valent, nos proſtraverunt. Amore tuo excidimus, argento victi.

II. Cod. Vat. p. 106. Plan. p. 479. St. 622. W. Per Venerem poëta juraverat, ſe tres noctes ſeorſim ab Hedylio, puella, cubiturum. At nec per alteram noctem

diſcidium ferre valens, pejerare quam perire maluit. — V. 1. ὤμοσα σὸν κράτος. Tuum, o Cytherea, numen juravi. — V. 2. δὲ γελᾷς. Vulgo. — V. 3. πάντως κακόν. Vulgo. *Brunckius* recepit elegantem lectionem Vat. Cod. Eadem conſtructione idem ſupra in *Crinagorae* Ep. II. 4. emendandum ſuaſit πυρσὸς ἐμὴν μετέβη δυσμόρου εἰς κραδίην. Similia comparat *Valcken.* ad *Catulli* Eleg. Com. Berenices v. 51. et inter haec verſum a ſe emendatum ap. *Lucian.* T. II. p. 748. 72. Οὗτοι σπαθῶσι τὴμὰ τοῦ κακοδαίμονος. Ad noſtri loci ſententiam cf. *Paul. Silent.* Ep. XXV. — V. 4. ἑτάρην. Vat. Cod. — εἰς ἀνέμους τίθεμαι. *Horat.* I. Od. XXVI. *triſtitiam et metus Tradam protervis in mare Creticum Portare ventis. Catullus* XXXIX. 9. de amici inconſtantia queſtus: *tua dicta omnia factaque Ventos inrita ferre, et nebulas aërias ſinis.* Idem LXIV. 58. *Immèmor at juvenis — Inrita ventoſae linquens promiſſa procellae. Theocrit.* Eid. XXII. 167. τὰ δ' ἐς ὑγρὸν ὤχετο κῦμα Πνοιὴ ἔχοισ' ἀνέμοιο. Multa hujus generis collegit *Cerda* ad *Virgil.* Aeneid. IX. 313.

¶. 237.] *III.* Cod. Vat. p. 106. Βακκίου, quod ex Μακκίου ortum. Plan. p. 479. St. 622. W. — V. 1. ἠκαῖς in contextu Vat. Cod. a pr. man. — σκύλματα. De comae laniatu, reſpectu ad Anthologiam habito, multa collegit *Ruhnken.* Epiſt. crit. p. 73. ſqq. noſtri loci non immemor. — V. 2. σύγχυσις. oculi lacrymis ſuffuſi. — V. 3. ὑπὸ κόλπιον. Vat. Cod. *Theocrit.* Eid. XIV. 37. ἄλλος τοι γλυκίων ὑποκόλπιος. — V. 4. εἶπον et ἐπὶ στάμεθα. Vat. Cod. — V. 6. ὀφθαλμοί. Bene monuit *Opſopoeus*, ductam videri hanc ſententiam ex *Herodoti* L. I. 8. p. 5. ubi haec Candaulis ad Gygem verba leguntur: ὦτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισιν ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. qua ſententia etiam alii uſi ſunt, animadvertente *Weſſelingio* et *Wyttenb.* ad Julian. Orat. I. in Bibl. crit. III. 2. p. 56. Adde *Horat.* in Epiſt. ad Piſon. 180. *Segnius irritant*

animos demiſſa per aurem, Quam quae ſunt oculis ſubjecta fidelibus, et quae Ipſe ſibi tradit ſpectator.

IV. Cod. Vat. p. 104. *Maecio* tribuit hoc carmen, quod in Plan. p. 469. St. 609. W. *Philodemi* eſt. In puellam avaram, quae mitior et humanior videbatur facta. — V. 1. Φιλήσιον. Vat. Cod. Φιλήσιον Plan. — V. 4. φαίνεσθ' ἤλλαχται. Vat. Cod. Prius habet etiam Plan. Et ſane ferri poteſt haec lectio. *Brunckius*, unde ſuam derivaverit, non indicavit. — V. 5. ἀσπίς. Maxime peſtiferis ſerpentibus annumeratur. ἀσπίδος ἀκούω μόνον δῆγμα ἀνίατον εἶναι καὶ ἐπικουρίας κρεῖττον. *Aelian.* H. A. I. 54. ὑπνάλη vocatur, quod nullo ſenſu doloris, quaſi ſomno ſolutos exſtinguat, quos pupugerit. Vide *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 242. Ignoratur tamen, quod ſerpentis genus veteres hoc nomine appellaverint, monente *Camus* ad *Ariſtotel.* H. A. VIII. 29. Notes p. 110. Cum vipera novercam comparat *Euripid.* in Alceſt. 310. ἐχθρὰ γὰρ ἡ πιοῦσα μητρυιὰ τέκνοις τοῖς πρόσθ', ἐχίδνης οὐδὲν ἡπιωτέρα. Ad hanc comparationem illuſtrandam facit quoque *Philo* de Legat. ad Caj. T. II. p. 570. τούτων ἦσαν οἱ πλεῖστοι Αἰγύπτιοι, πονηρὰ σπέρματα κροκοδείλων καὶ ἀσπίδων τῶν ἐγχωρίων, ἀναμεμαγμένοι τὸν ἰὸν δμοῦ καὶ θυμὸν ἐν ταῖς ψυχαῖς. — V. 6. Obſcurum in Vat. Cod. utrum ἁλῶς an ἁπλῶς legatur. Exornavit poëta vulgarem locutionem: δῆγμα αὐτῆς θανατηφόρον ἐστί.

V. Cod. Vat. p. 183. Vitiis inquinatum edidit *Valeſius* ad *Euſebium* H. E. V. 15. *Merrick* in Diſſert. de Tryphiod. p. LIII. *Reiske* Anthol. nr. 479. p. 33. *Toup.* in Epiſt. crit. p. 14. Damis, piſcator, Phoebo muricem dono offert. — V. 1. Ἀρίτᾳ. Vat. Cod. quod *Reiskius* in ἀκρίτᾳ mutavit, ut etiam *Valeſius* dedit. Apollinis ἀκρίτου nomen, ſub quo ap. Lacedaemonios colebatur, occurrit ap *Pauſan.* I. III. 12. p. 237. ἀκταίῳ corrigit *Merrick*, comparans *Schol. Theocrit.* Eid. V. 14. τὸν

Πᾶνα τὸν ἄκτιον' — τινὲς δὲ τὸν Ἀπόλλωνά φασι τὸν ἐπὶ τῆς ἀκτῆς ἱδρυμένον. φησὶ δὲ καὶ Πίνδαρος τῶν ἁλιέων αὐτὸν φρουτίζειν. quem locum retulit *Heynius* inter fragm. Pindari T. IV. p. 28. Cf. *Cerda* ad *Virgil.* Aen. VIII. 704. Propius ad membranarum ductus emendavit *Toup.* ἀκτίτᾳ: Damis Phoebo litorali muricem dedicat. — V. 2. γειτονέουσιν ἔχει. Vat. Cod. γειτόνεον συνέχει notatur in marg. ap. Guy. et Ruhnk. Sic quoque *Reiskius* dedit. In marg. apogr. Lipſ. ἔχει corrigitur, idque recepit *Toup.* Ordo verborum eſt: ὃς ἔχει τόδε κρέασπεδον ἐν γειτονέουσιν αἰγιαλοῖς χώρης Βιθ. — V. 3. κυρτευτής. a κύρτος, naſſa. κυρτεὺς, ἁλιεύς. *Heſych.* — κέρας, quod *Salmaſius* in marg. ap. Guy. in χέρας mutabat, inſtrumentum eſt piſcatorium, ſive potius pars hami, ut docet *Toup.* Hinc κερατιστής. κομήτης, ἁλιεύς. ap. *Heſychium.* — V. 4. αὐταφυῆ. dedit *Reisk.* qui ſe nihil hîc intelligere fatetur. In marg. ap. Guy. et Ruhnk. haec notata reperio: „φρουρήτην κήπων. *i. e. Priapum. Sed quid Priapus ad Phoebum? An Damis ſimulacrum Priapi poſuit ad hortorum Phoebo dicatorum cuſtodiam? Placet. Sic infra imago Bacchi Muſis dicatur:* „σύμαθλον ἡτεῖτο *etc.*“ Vidit *Toupius*, agi de piſce ex teſtaceorum genere, qui κήρυξ vocatur. Jam *Brunckium* audiamus: „κήρυξ piſcis eſt τῶν ὀστρακοδέρμων, cujus variae „ſpecies recenſentur, et exhibentur figurae a Rondeleto „Hiſt. piſcium P. II. p. 75. ſqq. Ex hujus conchae per„ſpecta natura ſuſpectum eſt mihi v. 4. σκόλοπι, quod „hîc ſignificare debet, ὀστράκῳ, δέρματι. At σκόλοψ aliud „quid eſt. Heſychius: σκόλοψ, ξύλον ὠξυμμένον. Euſta„thius: σκόλοπες, ὀρθὰ ξύλα ἠκονημένα κατὰ τὸ ἄκρον, ἃ „καὶ σταυροὶ λέγονται, οἷς περιφράττεται τόπος τις. Verum „eſt buccinorum ſeu muricum quorundam conchas acu„leatas eſſe. Sed aculeis illis non utuntur pro armis „aut propugnaculo: τῷ ὅλῳ αὐτοφυεῖ ὀστράκῳ φρουρηταί εἰσι. „Scripſerat forte poëta κόλοπι pro κόλλοπι, quod minus „uſitatum et a librario non intellectum in σκόλοπι muta-

„tum fuit. Vide viros doctos ad Hesych. in ἀπεσκόλ-„λυπται.“ *Brunckii* sententia commotus, olim legendum censebam:

φρουρητὸν κήρυκ' αὐτοφυεῖ στολέδι.

murex tanquam nativo quodam thorace tutus et munitus. De paguris *Aelian.* H. A. IX. 43. Εἰς τοσοῦτον δὲ ἄτολμοί εἰσιν καὶ ἥκιστα θαῤῥαλέοι, εἰς ὅσον αὐτοῖς ὑμὴν περίκειται τὸ στέγασμα ἔξωθεν· ὅταν δὲ ἄρξηται πήγνυσθαι, καὶ εἰς ὀστράκου φύσιν μεταχωρεῖν, ἀπέῤῥιψαν ἐνταῦθα τὴν δειλίαν, ὡς ὅπλῳ θαῤῥοῦντες τῇ τῆς περιβολῆς σκέπῃ τε ἅμα, καὶ εἰς τὸν βίον, ὡς ἂν εἴποις, πανοπλίᾳ. — Sed facile hanc conjecturam repudio, cum eam viro harum literarum peritissimo probare non potuerim. Et profecto argumenta, quibus *Br.* membranarum lectionem repudiat, nullius momenti sunt. Muricem illum, qui κῆρυξ vocatur, aculeatum esse, diserte dixit *Aristoteles* H. A. IV. 4. τὰ μὲν λειόστρακά ἐστιν — τὰ δὲ τραχυόστρακα, οἷον τὰ λιμνόστρεα καὶ πίννη, καὶ γένη κόγχων ἔνια καὶ κήρυκες. Quod autem vulgata *Brunckio* eo nomine displicet, quia aculeis non pro armis utatur murex, id quid sibi velit, non satis intelligo. Graeca *Maecii* verba hoc solum dicunt, muricem thorace instructum esse; hic thorax vero cum aculeis sit munitus, ipse κῆρυξ aculeis munitus esse dici poterat. *Statyl. Flaccus*, qui Ep. V. pagurum describit, ἑρυμνόνωτον, ὀστρακόχροα, eundem appellare poterat φρουρητὸν ἑρυμνῷ ὀστράκῳ.

VI. Cod. Vat. p. 184. Edidit *Kuster* ad *Suidam* v. γόμφιος T. I. p. 490. Anth. Reisk. nr. 482. p. 35. Conf. *Philodem* Ep. XXVII. quod ejusdem argumenti est. — V. 1. Priora verba excitat *Suid.* l. c. cum interpretatione: τὰ εἰς τοὺς γομφίους κτυπούντα. τουτέστι τὰς σιαγόνας. Alteram hujus versus partem idem laudat v. κημὸς T. II. p. 308. ubi ὑπηκταν exhibetur. *Kusterus* in suo Apogr. ὑπεικτὰν inveniebat. *Portus* suspicatur ἐπεικτὰν,

Reiskius ἀπείρηκταν, *coërcitorem*, *fiſcellam ferream* vertens. In membran. Vat. ὑπαικτὰν legitur. Aliud quid in hac lectione latere ſuſpicor, quam quod *Reiskii* acumen elicuit. De κημὸς vide ad *Philodem.* l. c. T. II. P. I. p. 237. Locis ibi laudatis adde *Polluc.* I. 148. τὸ μὲν ὅλῳ τῷ στόματι τοῦ ἵππου περιτιθέμενον χαλκοῦν ἡθμῶδες, κημὸς καλεῖται. — V. 2. γεικύων. Vat. Cod. Hinc quaedam apogr. νεκύων. *Suidas* v. μάστιξ T. II. p. 507. haec ſic exhibet: καὶ νεκύων σφίγκτορ' ἴυγκφέκα μάστιγα. ubi *Kuſterus*, ſe hoc Epigramma ad γόμφιος edidiſſe oblitus, νεκύων ἴυγξαφέκα corrigit. — V. 3. τάνδ' ἔτ' ἐπὶ πλ. ἀποβρύτειο. Vat. Cod. τάν τ' ἐπιπλ. *Kuſter.* τάνδ' ἐπιπλ. ap. Lipſ. *Bruncius* exhibuit lectionem *Reiskii*, qui in interpretatione vocis ἀπόβρυτος vehementer trepidat. ἀποβρήκτοιο eſt ex emend. *Salmaſii* in apogr. Guy. et R. ubi per *erumpens*, *incitatus* explicatur. Putabam equidem legendum eſſe;

τάνδ' ἐπιπλήκτειράν τε πολυβρόιζοιο διωγμοῦ.

quod dictum videri poſſit ex *Philodemo* l. c. τήν τ' ἐπὶ νώτων Μάστιγα, βοίζου μητέρα θαρσαλέην. — V. 4. In marg. Guy. et Ruhnk. ap. haec leguntur: „δείγματ' ἐπιψαλίου. „ψάλιον frenum. ἐπιψάλιον pars freni additamentum.“ Sincerior videtur ſcriptura per α. ψάλιον. Eſt ea pars freni, quae mento ſubtenditur (*die Kinnkette*). *Pollux* L. I. 148. Hujus partem aliquam, et quidem *laevam*, Stratius noſter Neptuno dedicat. Sed vix ſincera lectio σκαιοῦ. Legerim, una litera leviter immutata:

σκληροῦ δῆγμά τ' ἐπιψελίου.

— ¶. 238.] V. 5. ἐν αἱμήεντα. Vat. Cod. Ap. *Suidam*, qui hunc verſum laudat v. μύωψ T. II. p. 588. αἱνεμόεντα habent edd. veteres, ἐναιμόεντα Cod. Pariſin. ἐναιμήεντα apogr. *Kuſteri*. — V. 6. πριστὸν κνῆσμα. ſerratam ſtrigilem, qua equi κνήθονται, abraduntur. σιδηρέδετον. Vat. Cod. et *Suid.* in ψήκτρα T. III. p. 703. σιδηροδέτου (i. e. σιδηρέου) emendavit *Reiskius*. σιδηρόδετον h. l. poſi-

tum, ut μελάνθετον, ejusdem compositionis vocabulum, pro μέλαν ap. *Euripid.* Oreſt. 819. et Phoen. 1098. — V. 7. διπλοῖς αἰώνων. Vat. Cod. ἠιόνων *Kuſterus* edidit. ὠρύγμασιν. qui utriusque litoris rugitu gaudes. ὠρύειν dicuntur fluctus in litore fracti. *Antip. Sid.* Ep. VIII. Θαλάσσης Ὠρῦον στυφελῷ κῦμα περὶ σκοπέλῳ. Notandum vocabulum ὤρυγμα, quod pro ὠρυγὴ eſt poſitum. *Salmaſius* malebat ὠρύσμασιν, ſine cauſa idonea.

VII. Cod. Vat, p. 146. Μακκίου. Plan. p. 414. St. 549. W. Μαικίου. Piſcatores Priapo in litore collocato dona ferunt. — V. 2. „Verſum, ut eum edidi, praeter „Vat. Cod. ſic exhibent etiam duo regii Plan. et ſic „ſcriptus eſt ap. Suidam in ἀκταίη (T. I. p. 96.)." *Br.* Verum idem v. Πρίαπος T. III. p. 172. ubi hoc diſtichon excitat, παρακταίης σοὶ τάδ' ἀπ' ὠφελίης legit. ἀπ' ὠφελίης habet Steph. ex Aſcenſ. Aldinae enim et Flor. pr. ἐπ' ὠφ. exhibent. Is, qui curavit edit. Nicol. Sab. *Suidae* lectionem παρακταίης — ἀπ' ὠφ. recepit; quam *Maecio* ex conjectura reſtituit *Reiskius* in Not. ad Anth. C. Ceph. p. 33. eamque amplectitur *Toup.* in Epiſt. crit. p. 13. Conf. *Suidam* v. σαγηνεία T. III. p. 274. Vat. Cod. non plane ſic, ut *Br.* dedit, ſed ἐπ' ὠφελίης habet. Mihi harum lectionum nulla ſatis videtur ſincera, ſed ſcribendum:

δῶρα παρακταίης σοὶ τάδ' ἐπωφελίης.

Genitivus pendet ab omiſſo ἕνεκα. Cauſam enim reddunt piſcatores, cur munera afferant, hanc, quod Priapus ipſis, prope litora thynnis inſidiantibus, auxilium tuliſſe viſus ſit. Haec eſt ὠφελίη παρακταίη. — V. 3. Vat. Cod. βυσσώμασι; et ſic *Suid.* qui hoc diſtichon laudat in βυσσοδομοῦντες T. I. p. 461. et in βόμβον T. III. p. 264. Non erat, cur haec lectio immutaretur, pro qua *Br.* βυσσώματι dedit, ſic in Vatic. membr. legi exiſtimans. Vulgo poſt θύννων interpungitur. Hinc enata *Schol.* in ed. Wechel. interpretatio, qui βόμβον explicat κύκλον θαλάσσης εἰς σχῆμα

βόμβου, τουτέστι τροχίσκου. *Reiskius* l. c. corrigit: βυσσώματα βομβῶν φράξαντες, jungens θύννων βομβῶν: *quum nempe thynnis vagari amantibus ſinus retium offerſiſſent*, i. e. poſtquam thynnorum ingentem numerum cepiſſent, iisque referta traherent retia. Huic conjecturae vereor ut multi accedant. *Toupius* junxit βόμβον θύννων, *curſum vagabundum thynnorum*, ſive *agmen* βομβοειδὲς *thynnorum*. Prior interpretatio verior et elegantior. βόμβος, qui proprie rhombus ſive trochiſcus eſt, etiam τὴν κίνησιν τοῦ βόμβου, tum quemlibet celerem motum ſignificat. βόμβος θύννων dictum per periphraſin, ut κνῆσμα ψήκτρης Ep. VI. Multum de hoc verbo disputans *Jac. Nicol. Loënſis* Epiphyll. L. VII. 23. Lamp. Crit. T. V. p. 568. ſq. perperam conjicit, θύννον εὐκλώζοιο λίνου, βυσσώμασι βόμβον φράξαντες. ubi *rhombum* piſcem dici putat. Verbum φράττειν proprietatem habet in thynnorum captura, ut apparet praecipue ex *Aelian.* H. A. XV. 5. Conf. *Schneider* p. 476. Quomodo thynnorum captura in mari Siculo fiat, diſerte docet *Dorvill.* in Sicul. T. I. p. 16. *Philoſtrat.* I. Imag. XIII. p. 784. eandem deſcribens, οἱ δὲ, ait, ἀποφράξαντες αὐτοὺς βαθεῖ καὶ κλειστῷ δικτύῳ, δέχονται λαμπρὰν ἄγραν, ὑφ' ἧς καὶ πλουτεῖν ἕτοιμον τῷ τῆς θήρας ἡγεμόνι. — ἐν παρόδοις. Ex fretorum anguſtiis prodeuntes plerumque captantur thynni. Pro μυχῷ v. πάροδος *Grotius* accepit vertens: *aequoreae qua ſinuantur aquae.* — V. 5. φηγίνεον κεφτῆρα hinc excitat *Suidas* in φήγινον T. III. p. 596. Idem in αὐτοέργητον T. I. p. 389. fragmentum hujus verſiculi laudat; cujus ſedem cum ignorarent interpp., male verterunt: *et ſua ſponte nata ericae radix.* Eſt *ſcabellum ex erica, rudi arte dolatum.* βάθρον ἀκαίρατον. *Sophocl.* Oedip. Col. 100. αὐτοέργητον eodem ſenſu dictum, ut αὐτόξυλον ἔκτυμα ap. *Soph.* Phil. 35. αὐτόφλοιον πᾶνα ap. *Philipp.* Ep. VII. et ſimilia, de quibus vide ad *Apollonidae* p. X. T. II. P. I. p. 359. — ἐρείκη. *Ericen Graeci vocant fruticem non multum a*

myrice differentem, colore roris marini et paene folio. Plin. XXIV. 39. *Schol.* ad *Nicandri* Ther. 610. ἐρείκη εἶδος βοτάνης, ἥτις φύλλα ἔχει τῷ κισσῷ παραπλήσια, μακρότερα δὲ καὶ τραχύτερα. Vide, quae de erica disputavit *Schneiderus* ad *Nicandri* Alexiph. p. 345. Ap. *Aeschyl.* Agam. 305. γραίας ἐρείκης θαμὰς non vertendum erat: *Grajae ericae acervus*, sed *vetulae* et proinde *aridae*. Cf. *Valcken.* ad *Theocriti* Adon. p. 316. C. — V. 7. ὀρχισμῶν. Vat. Cod. ὀρχησμῶν voluit. — Vulgatam λελυγισμένον emendavit Anon. Bibl. Bodl. λελυγισμένον habet etiam Vat. Cod. λυγιζόμενον. καμπτόμενον. *Hesych.* *Eustath.* ad Il. λ. p. 768. 19. ἐκ δὲ τοῦ τοιούτου λύγου καὶ τὸ λυγίζειν καὶ οἱ καμπτόμενοι ἐν φαύλαις ὀρχήσεσιν λυγισμοί. Referendum hoc verbum ad varias saltantium inflexiones, ut apparet ex *Philostrati* Vit. Apollon. IV. 7. ἐπεὶ δὲ ἤκουσεν, ὅτι αὐτοῦ ὑποσημήναντος λυγισμοὺς ὀρχοῦνται. *Porphyr.* de Abstin. I. p. 66. ἢ τῶν ἐκλελυγισμένων ὀρχήσεων. quae loca laudat *Ez. Spanhem.* ad *Aristoph.* Ran. v. 787. qui inprimis videndus. — V. 8. ἀμπαύσῃ. Vat. Cod.

VIII. Cod. Vat. p. 157. Plan. p. 415. St. 549. W. Priapo Paris locustae marinae testam dedicat. — V. 1. „In Planud. perperam legitur ἀλεξάντοισι, quod inepte „Brodaeus exponit *ventos arcentibus*. Si veteres Lexico„graphos inspexissent editores, veram lectionem ap. „Suidam reperissent, quem vide in ἀλιξάντοις (T. I. „p. 113.)." *Br.* Nec aliter idem in νηῒς T. II. p. 619. Veram lectionem perspexit *Huetius* p. 39. et Anon. Bibl. Bodl. ξαίνειν frequens est ap. poëtas de fluctibus litora et rupes tundentibus. Vide, qui et nostrum locum attigit, *Rubnk.* in Ep. crit. p. 151. — V. 2. τερπόμενος vulgo. *Brunckius* τερπόμενε recte scripsit, cum Vat. Cod. τερπόμεναι suppeditet. — V. 4. κάραβος. Locusta, cancro cognata, aculeis et cornibus instructa. Vid. *Rondelet* des Poiss. L. XVIII. 1. Captantur potissimum circa promontorium Sigaeum et montem Athon.

Ariſtotel. H. A. V. 17. Conſule *Schneider.* ad *Nicandri* Alexiph. 393. et *Oppiani* Hal. p. 387. — V. 5. Comparari poteſt *Theocrit.* Eid. IX. 25. τήνῳ δὲ στρόμβῳ καλὸν ὄστρακον, οὗ κρέας αὐτὸς Σιτήθην. Oſtrea igne toſta paſſim ap. veteres. *Ariſtophan.* ap. *Athen.* L. III. p. 87. A. ὀπταμέναις κόγχαισιν ἐπὶ τῶν ἀνθράκων. — In verbis ἡμίβρωτον ὀδόντα ſenem tibi finge piſcatorem, dentibus ſenio corruptis et male affectis. ὀδόντας μέλανας καὶ ἐσθιομένους dixit *Theophr.* Char. XIX. *eroſos Plin.* H. N. XXIV. 10. — V. 6. μάκαρ non ad Paridem noſtrum, ſed ad Priapum refero. In re ſimili *Apollonid.* Ep. VII. σοὶ δέδοται πάντα, μάκαιρα, λίνα. Noſter Ep. XI. 5. — V. 6. αὐτὸς Vat. Cod. — V. 7. 8. laudat *Suidas* in ὑλακτούσης T. III. p. 528. Ira tribuitur ſtomacho cibum appetenti. *Horat.* II. Serm. VIII. 5. *Da, ſi grave non eſt, Quae prima iratum ventrem placaverit eſca.* Idem II. Serm. II. 17. 18. *cum ſale panis Latrantem ſtomachum bene leniet.*

IX. Anth. Plan. p. 329. St. 469. W. ubi plura ſunt carmina in Amorem vinctum et plorantem. Vide ad *Crinagor.* Ep. I. T. II. P. I. p. 377. — V. 1. ἄγετε δαῖμον. τὸν ἀλόγιστον, temerarium, *qui ratione modoque tractari non vult,* (*Horat.* II. Serm. III. 266.) ſic appellat. Cui enim deorum majore cum jure tribui poteſt θράσος καὶ τόλμη ἀλόγιστος καὶ ἄκριτος? quae *Polybius* conjungit L. III. 19. 9. Vide *Lennep.* ad *Phalar.* p. 207. et quae notavimus ad *Antip. Sidon.* Ep. XCIII. T. II. P. I. p. 90. — V. 2. „Praeferenda erat altera lectio in „Schol. edit. Wechel. notata, στάζων δάκρυα ψυχοτακῆ.“ *Br.* — V. 3. λιστά. *Meleager* Ep. XLII. τί κλαίεις, φρενολῃστά. — V. 4. τραῦμ' ἀόρατον. *Qui non ante patet, donec manus attigit oſſa. Propert.* I. IX. 29. Idem II. I. 75. *Quippe ubi nec cauſas nec apertos cernimus ictus, Unde tamen veniant tot mala, caeca via eſt.* — V. 5. Dum tu, peſſime, vinculis teneris, miſeri mortales malorum ſuorum ceſſatione gaudent. θνητῶν μὲν in Anal. perperam et contra

mentem editoris excuſum, qui θνατοῖς in notis correxit. — ¶. 239.] V. 6. κωφοῖς ἀνέμοις. Similiter, qui fruſtra preces fundunt, ſurdis cautibus et ſcopulis precari dicuntur. *Horat.* III. Carm. VII. 21. *nam ſcopulis ſurdior Icari Voces audit.* Medea *Euripidis* v. 28. ὡς δὲ πέτρος ἢ θαλάσσιος κλύδων ἀκούει νουθετουμένη φίλων, — V. 7. ἀφύλακτος. inevitabilis. *Statylius Flacc.* Ep. VIII. Amori ἀφύλακτον βέλος tribuit, quod eſt idem atque ἄφυκτον. Vide *Valcken.* ad Phoeniſſ. p. 342.

X. Cod. Vat. p. 397. Μακκίου. Plan. p. 343. St. 482. W. Μαικίου. Pan in vinea ad collem poſitus furibus verbera minatur. Hinc ad verbum expreſſum Ep. in Anth. Lat. T. II. p. 471. quod tamen recentioris eſt poëtae, ut *Burmannus* ſuſpicatur, quem archetypum fugit:

Heic ſtant vertice montium ſupremo
Pan, glaucei nemoris nitere fructus
Cerno deſuper, uberemque ſylvam.
Quod ſi purpureae, viator, uvae
Te deſiderium capit, roganti
Non totum invideo tibi racemum.
Quin ſi fraude mala quid hinc reportes,
Hoc poenas luito caput bacillo.

— V. 1. γλαυκάν. Ad olivas referendum epitheton. *Glaucam olivam* paſſim dixerunt poëtae latini. Vide cl. *Döring* ad *Catull.* XX. 9. p. 65. — V. 2. πᾶν Ed. pr. — V. 5. ὑψαύσῃς. Vat. Cod. Idem habet κλοπίῃ, ut Planud. — V. 6. βάκτρου. *Catull.* XX. 19. ubi Priapus ad fures: *ecce, villicus Venit: valente cui revulſa brachio Fit iſta mentula apta clava dexterae.* — ἐξελέην vulgo, et τήνδε. Prius ex Vat. Cod. mutavit *Brunckius*; alterum ex conjectura procul dubio. ἐξελέης derivandum ab ἔζος. *Nodoſus* baculus ſignificatur, cujus ſuperior pars craſſior eſt et gravior; hinc καρηβαρὴς βάκτρου. Eadem ratione *Antip.*

Sid. Ep. XXVI. καρηβαρέοντα ἄτρακτον dixit. Vide not. T. II. P. I. p. 35.

XI. Cod. Vat. p. 427. Μακκίου. *Reisk.* in Anthol. nr. 661. p. 115. (*Jenſ.* nr. 10.) Bacchum poëta rogat, ut uvas calcantibus adeſſe velit, eorumque choream ducat, dum ipſi capella et placentis ſacra fiant. — V. 1. αὐτόθ' ἄναξ edidit *Reiske*, ut ſit pro ἥκεις vel ὧδε. *Huc adſis.* Βάκχος ἄ. ἐπίβαινε ſuſpicabatur *Salmaſ.* in marg. apogr. Guyet. Vix putaverim, aliquid mutandum eſſe. Egregie huc facit *Virgil.* II. Georg. 6. *Spumat plenis vindemia labris. Huc, pater o Lenaee, veni; nudataque muſto Tingue novo mecum dereptis crura cothurnis.* Ut in his locis Bacchus uvas in torculari premit, ſic ap. *Nicandr.* in Alexiph. 30. ἀγρίδεσσαν ὑποθλίψαντες ὀπώρην Σιληνοὶ κεραοῦ Διωνύσοιο τιθηνοὶ Πρῶτον ἐπαφρίζοντι ποτῷ φρένα θωρηχθέντες. — V. 2. νυκτέριον ἔργον interpretatur *Reiskius* de uvarum calcatione, quod de nocte plerumque inſtitui ſoleat, longa unoque ſpiritu exantlanda opera. Perficiebatur vero hoc negotium inter tibiarum concentum et calcantium carmina. *Pollux* IV. 55. commemorat ἐπιλήνιον ᾆσμα, ἐπὶ βοτρύων ἁλιβομένων. ὕμνους ἐπιληνίους dixit *Anacreon* Od. LII. 8. *Agathias* Ep. XXIV. πατέοντες ἀτειρέα καρπὸν Ἰάκχου Ἄμμιγα βακχευτὴν ῥυθμὸν ἀναπλέκομεν. Auctor inc. Ep. inter ἀδέσπ. CCCLIII. αὐτὸν ὀρῶν Ἰόβακχον ἐδόξαμεν, ἡνίκα ληνοῖς ὁ πρέσβυς νεαρῆς ἦρχε χορευμανίης. In pompa bacchica Ptolemaei Philadelphi, quam ex *Callixeno Rhodio* deſcriptam dedit *Athenaeus* L. V. p. 199. A. erat τετράκυκλος, ἐφ' ἧς κατεσκεύαστο ληνὸς — πλήρης σταφυλῆς. ἐπάτουν δὲ ἑξήκοντα Σάτυροι πρὸς αὐλὸν ᾄδοντες μέλος ἐπιλήνιον· ἐφειστήκει δὲ αὐτοῖς Σειληνός. — V. 3. *Reiske* γλεύκωσι ſcripſit pro λεύκωσι, quae eſt lectio Vat. Cod. Nihil mutandum. Spumâ muſti calcantium pedes albicant. Hinc *Autumnus* prope Apollinis thronum *calcatis ſordidus uvis.* ap. *Ovidium* Met. II. 29. *Propert.* III. 15. 18. *Dummodo purpureo ſpumet mihi dolia muſto Ex nova*

preſſantes inquinet uva pedes. Nemeſian. Ecl. III. 44. *crebro pede rumpitur uva, Nudaque purpureo ſpargunzur pectora muſto.* Noſtri loci non immemor fuit Ill. *Heyne* ad *Tibull.* I. VII. 35. *Expreſſa incultis uva pedibus.* — V. 4. „In Cod. ſcriptum λάτρειν ὑπὲρ —. Corruptum eſt „λάτρειν, aut valde fallor. *Reiskius* λοῦτρειν reponit, quae „conjectura ex ipſis Pollucis verbis quae profert refelli„tur. Sic enim Theopompus cingulum appellabat, quo „viri et mulieres in balneo pudenda velabant. Recte „ſaltem ad ſenſum χλαῖναν repoſui, licet mihi probabile „non ſit, vocem hanc notiſſimam in λάτρειν mutatam „fuiſſe. Aliud quid olim ſcriptum fuerat.“ *Br.* Neque ſimpliciter λοῦτρειν uſurpabat *Theopompus* ap. *Polluc.* VII. 66. ſed ἐλὰν λουτρίδα. Nihil omnino mutandum, ſed λάτρειν, mutata interpunctione, ſervandum eſſe judicabat Vir doctus in Ephemer. quae Jenae prodierunt an. 1795. mr. 45. Utinam ſententiam ſuam expoſuiſſet diſertius. Jungere poſſis χορείη λάτρις, ſaltatio operi inſerviens; ſed abhorret haec locutio a nativa *Maecii* ſimplicitate; durius etiam χορείην Bacchi *famulam* interpreteris. Quare vitium hic latere cum *Brunckio* exiſtimo, quod alii fortaſſe aliquando tollent. Interea mecum lege:

νεβρίδ' ὑπὲρ κούφων ζωσάμενος γονάτων.

Antiſtius Epigr. in Br. Lect. p. 195. (Ed. Lipſ. T. II. p. 259.) ἠνίδε καὶ στικτοῖ δορὴν ἐζώσατο νεβροῦ. *Euripid.* Phoeniſſ. 1742. Antigone νεβρίδα στολιδωσαμένα. Bacchus, quomodo Thebanos ad ſua ſacra celebranda traduxerit, narrans, Θήβας, ait, ἀνωλόλυξα, νεβρίδ' ἐξάψας χροός. *Euripid.* Bacch. 24. Macnades ap. eundem 695.:

νεβρίδας ἀνεστείλανθ' ὅσαισιν ἀμμάτων
σύνδεσμ' ἐλέλυτο, καὶ κατασταῖχτους δορὰς
ὄφεσι κατεζώσαντο λιχμῶσαν γένυν.

νεβρίδα ζωσάμενος ὑπὲρ γονάτων convenit uvas calcanti, ſaltanti, venanti. *Callimach.* H. in Dian. 11. καὶ ἐς γόνυ μέχρι χιτῶνα

χιτῶνα ζώννυσθαι λαγωτόν. *Paul. Silent.* Ep. VII. κούρη δ' ἐργυφίης ἐπιγουνίδος ἄχρι χιτῶνα ζωσαμένη. Vide *Ez. Spanhem.* ad *Callimach.* p. 172. — V. 5. εὐγλωσσον οἶνον accipio de vino cum jucundo murmure ex lacu in dolia defuso. Simili ratione lagenae collum λαιμὸς μελίγηρυς ap. *Philippum* Ep. LVIII. ubi vide not. Uvae ipsae, dum calcantur, vitis παῖδες φωνήεντες appellantur ap. *Ion. Chium* Fr. I. T. I. p. 161.

ANTONII ARGIVI EPIGRAMMA.

¶. 240.] Vat. Cod. p. 373. Planud. p. 102. St. 151. W. Expressum carmen ex *Alphei Mitylen.* Ep. VIII. et IX. — De Mycenis, olim claris, nunc eversis et devastatis. — V. 1. λιγέπτολις. Vat. Cod. — αἰθερίαιο. qui *aëra carpebat tenerum stridentibus alis. Ovid.* Metam. IV. 615. — V. 2. πικρὸν λατίξαι. quae infestum Trojanis Atridarum genui fidus. — λατίξαι. Vide ad *Simmiae Thcb.* Ep. I. T. I. P. I. p. 330. *Horat.* I. Carm. XII. 46. *micat inter omnes Julium sidus.* ubi vid. Intrpp. et *Barth.* ad *Claudian.* p. 522. et 771. — V. 3. λυτῆσαι. Vat. Cod. *Alpheus* l. c. Μυκήνη, αἰπολίου πανδὲ ἐρημοτέρη. Vide ad Ep. *Munatii,* quod sequitur.

MUNATII EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 373. „Hoc carmen ultimo distícho „multatum in Planud. p. 100. St. 147. W. Argivo An„tonio adscriptum legitur. Titulus in Vat. Cod. Μοίνδου „Μουνατίου. Vitium est in praenomine. Munatiorum

„nullus hoc nomen adſcivit.“ *Br.* Conf. Pompej. Jun. Ep. I, p. 105. — V. 1. ἡ πολύχρυσος. Hoc epitheto Mycenas Homerus ornat Il. η. 180. λ. 46. et paſſim. *Alpheus Mit.* Ep. VIII. ἡ πολύχρυσος, εἶπεν, Κυκλώπων τῷδ' ἐπέκειτο πόλις. et Ep. IX. καὶ χρυσέη τοπάλη Περσέος ἀμφίπολε. — τῶν Ἀτρ. Vat. Cod. — V. 2. οὐρανίης γενεῆς. A Jove derivatur Argivorum genus. — V. 5. μηλόβοτος. everſa, ut jam gregibus paſcendis inſerviam. *Photii* Lex. Mſc. μηλόβοτος. ἡ κατασκαφεῖσα καὶ ἀνεθεῖσα τοῖς μήλοις, ἤτοι ταῖς κτήνεσιν εἰς νομὴν διὰ τὴν ἐρημίαν. Cf. *Suidam* v. μηλόβοτος. Vim vocis expreſſit *Ovid.* Epiſt. I. 51. *Dirutа ſunt aliis, uni mihi Pergama reſtant, Incola captivo quae bove victor arat. Jam ſeges eſt, ubi Troja fuit, reſecandaque falce Luxuriat Phrygio ſanguine pinguis humus.* — V. 6. οὔνομ' ἔχουσα μόνον. Epigr. Anth. Lat. III. 1. p. 455. in Graeciam: *Fama manet, fortuna perit, cinis ipſe jacentis Viſitur, et tumulo eſt nunc quoque ſacra ſuo. Exigua ingentis retinet veſtigia famae; Et magnum infelix nil niſi nomen habet.* De Troja *Agath. Schol.* Ep. LXI. καὶ ὃς τόσον ἵκησε βαρὺς φθόνος· ἀλλ' ἄρα μοῦνον Οὔνομα σὸν κρύψαι καὶ κλέος οὐ δύναται. — V. 7. Vitioſe Vat. Cod., ex quo hoc diſtichon primum acceſſit: ἰλάεν ἀναμέσσι. quod cum emendare non poſſet Planudes, integrum diſtichon omittere maluit. De veritate emendationis, quam *Salmaſio* deberi ex apogr. Lennepiano cognovi, non dubitandum. *Grotius* quoque ſic legiſſe videtur, dum vertit: *Curae Troja tua eſt Dis ultio.* Senſus idem, qui in praecedente *Antonii* carmine: τίσασα Περιάμου δαίμοσιν ὀψὲ δίκας. — V. 8. μυκῇ. Vat. Cod. — ἐσεῖ πόλις. De Troja reſtituta vide Not. T. II. P. I. p. 350.

ADDAEI EPIGRAMMATA.

¶. 241.] *I.* Vat. Cod. p. 191. ἀδαίου. Edidit *Merrick* ad *Tryphiodor.* p. 107. in Indice. — *Reiske* in Anth. nr. 507. p. 48. Hinc primum diſtichon excitavit *Warton.* ad *Theocrit.* T. II. p. 274. Crithon poſt abundantem meſſem Cereri ſacra facit, eamque, ut in poſterum quoque ſibi ſit propitia, precatur. — V. 1. laudat *Suidas* in ὄγμος T. II. p. 656. ἐπόγμιος Δημήτης. ἴφορος τοῦ θέρους. et in οἶν p. 660. *Euſtath.* ad Il. σ. p. 1220. 7. ὄγμον δὲ παράγωγον ἐπόγμιος, ἐπίθετον Δήμητρος. — V. 2. τροχιὰν mutato accentu dedit *Reiske.* Sic etiam eſt ap. *Suidam* T. III. p. 617. ubi haec leguntur: ἔστι δὲ ὄνομα πλακοῦντες. πέμματα, ἃ τοῖς θεοῖς μετὰ τῶν σπλάγχνων ἔθυον. ἐν Ἐπίγρ. καὶ τροχιὰν ἐν κανέῳ φθοίδας σοὶ ταύτας ἐφ' ἅλωος, ὦ Δάματερ, φέρω. *Heſych.* φθοίς, πλακοῦς, καὶ τὰ πρὸς λεπτὸν ἀλληλ-αμένα. Vide *T. Hemſterh.* ad *Ariſtoph.* Plut. p. 225. Cf. *Phaniam* Ep. V. 2. Apponebantur panes et placentae in caniſtris. *Homer.* Il. ι. 216. Πάτροκλος μὲν εἴτον ἐλὼν ἐπένειμε τραπέζῃ, Καλοῖς ἐν κανέοισιν. — V. 3. ἁλῶας. vitioſe Vat. Cod. — *Suidas* in ἀντλία T. I. p. 232. καὶ ἄντλος ἡ συγκομιδὴ τῶν ἀσταχύων ἐν τῇ ἅλῳ· καὶ ταύτας ἐφ' ἁλωος — κριθῶν. ἄντλος eſt acervus manipulorum, ut ap. *Nicandr.* Theriac. 114. ἢ ὅταν αὐλείου θέρεος μετ' ἀλωΐτα ἔργα Ζωσάμενος, θερίναξι βαθὺ διακρίνειε ἄντλον. Cf. *Arnaud* Lect. gr. p. 18. et *Interpp. Heſych.* v. ἄντλον. — ἔβρασε. *Heſych.* βράσσει. ζέει. ἀναβάλλει. Ventilandi negotium ſignificari videtur. *Timaeus* Lex. Plat. p. 64. βράσσειν. ἀνακινεῖν, ὥσπερ οἱ τὸν εἶτον καθαίροντες. — V. 4. Κρίθων. Vat. Cod. et ap. Lipſ. *Reiskius* tamen Κρίθων dedit, ut eſt in marg. apogr. Guy. et Ruhnk. *Suidas* κριθῶν, quaſi de *hordei acervo* ageretur. — εἶδε. ut ap. *Leonid. Tar.* Ep. LI. leo lacerato vitulo interemtus, ἀχθεινὰν εἶδε βοοκτασίαν. ubi vulgo vitioſe εἶδε legitur. — γεωμορία, quod

proprie ipsum agrum significat, h. l. pro messe videtur positum. — V. 5. *ἰηρεύει.* Vat. Cod. *πολέωρε. Theocrit.* Eid. VII. 155. *βωμῷ πὰρ Δάματρος ἁλωάδος· ἇς ὑπὲρ αὐρῷ Λύθις ἐγὼ πάξαιμι μέγα πτύον.* — *σὺ δὲ* Κρηθ. Vat. Cod. *Brunckius* dedit lectionem ap. Guyet. In *σὺ δ' εἰς* Κρ. *Reiskius* etiam inciderat, cujus correctionem temere improbavit *Toup.* in Ep. crit. p. 172. ubi hoc carmen exhibet. Vertit: *Fac ut Critbonis ager quotannis hordei et tritici ferax sit.* Hunc sensum *Addaeus* procul dubio efficere voluit; sed is efficitur non minus *Reiskiana* lectione, quam Toupiana. Cum illa conspirat usus et linguae indoles; in hac docendum erat, *ἄγειν* idem esse quod *τιθέναι, ποιεῖν.*

II. Cod. Vat. p. 406. *Ἀδαίου. εἰς Πευκέστην, ταῦρον τὸν καλούμενον ζόμβρον λογχεύσαντα.* Editum est hoc carmen a *L. Holstenio* Not. ad Steph. B. v. *Δόβηρος* p. 101. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 81. *Heringa* in Obss. crit. p. 192. *Ruhnken.* Ep. crit. II. p. 17. ed. pr. *Reiske* in Anth. nr. 668. p. 119. (Jens. nr. 17.) Compar. Ep. *Samii* I. et II. T. I. p. 485. — V. 1. *Δοβήρου. Δόβηρος, πόλις Παιονίας. Steph. Byz.* p. 241. De Doberibus, Paeoniae populo, consul. *Gatterer* de Thracia in Comment. Soc. Reg. T. VI. p. 44. De tauris Paeoniis vide ad Samii Ep. I. T. I. P. II. p. 343. et inprimis descriptionem bonasi ap. *Aristot.* de Mir. Auscult. c. I. ibique *Beckmann.* Inepte vulgatam lectionem tentavit *Leich.* Praef. ad Sepulcr. p. XII. *σοβηρῷ* corrigere conatus. — V. 2. *Πευκέτης. Jens. Πευκίστης. Holst.* quod in *Πευκέστης* mutavit *Heringa* (ut habet Vat. Cod.), nomen Macedonibus non ignotum. In eandem emendationem conspirant *Ruhnk.* et *Dorvill.* De Peucesta dabimus quaedam in Notitia Poët. Anth. v. *Addaeus.* — *ἵππον* Vat. Cod. — V. 3. „Codicis scriptu„ram repraesentavi *πρεσὸν* (*πρεσῖν* Vat. Cod.), quod He„ringa et Ruhnkenius in *πρηὸν* mutant. Holstein edidit *ὑπρεσῖν*, Orvillius *πρίον.* Hic quaerit, an cogitandum de

πρηστήρ. Salmaſius emendabat πρεσιών. Quis dubitabit, quin corrupta ſit ſcriptura? Ego ſenſum magis reſpicere ſoleo, quam elementorum apices, et nihil melius reponi poſſe cenſeo, quam πρηστήρ. Comparatio enim ad impetum, non ad molem. ὥρμησθη ἅτε πρηστήρ. ὥρμησθη ἅτε πρηών, hebraicum ſapit, τὰ ὄρη ὅτι ἰσχυρήσατε ὡσὶ κριοί; caſtigatius Graecorum ingenium, apud quos nihil tale reperitur." *Br.* Parvi ſane momenti haec ſunt ad damnandam lectionem πρηών, quae tam prope abeſt a membranarum ductibus, ut hanc quidem ob cauſam magnam veritatis partem habere videatur. Multum autem intereſt, utrum quis dicat, *montes ſubſilire veluti arietes*, quo imago oculis ſubjicitur ab omni veritate abhorrens et rem ipſam extenuans, an, ut *Addaeus*, taurum irruiſſe rupi comparandum. Comparatio eſt ſimul ad molem, ſimul ad motum: ut ſaxum ingens de monte devolvitur, ſic taurus ille. Haec eſt vis ſimilitudinis, quam *Addaeus* invenit ap. *Homerum* Il. υ. 136. ἦρχε δ' ἄρ' Ἕκτωρ Ἀντιφὸ μεμαὼς, ὀλοόφρονος ὡς ἀπὸ πέτρης — Ὦτψι δ' ἀναθρώσκων πέτετο. quem locum expreſſit *Virgilius* XII. Aen. 683. *Turnus — rapido curſu media agmina rumpit. Ac veluti montis ſaxum de vertice praeceps Cum ruit, avolſum vento — Fertur in abruptum magno mons (πρηών) improbus actu, Exſultatque ſolo.* ubi vide *Heynium* multa ſimilia laudantem. Si quis tamen malit comparationem ita accipere, ut nonniſi ad magnitudinem tauri reſpiciatur, nec hoc repudiandum. Ut enim poëtae loco verbi ſubſtantivi verbum ſignificantius ponere ſolent, ſic *Addaeus* hoc l. ὁ μὲν ὥρμησθη πρηὼν ἅτε dixit pro ὁ ταῦρος ὁρμώμενος ἦν ἅτε πρηών. *Callimach.* H. in Dian. 51. ubi Nymphae Dianam comitantes, Cyclopibus conſpectis, metu percelluntur: αἱ Νύμφαι δ' ἔδδεισαν, ὅπως ἴδον αἰνὰ πέλωρα Πρηόων Θεσσαλιώτιν ἐοικότα. *Nonnus* Dion. XXXVII. p. 952. ὕπτιον αὐτοκύλιστον ὅλον περικάββαλε γαίῃ Ἠλιβάτῳ πρηῶνι πανείκελον. His praecivit *Homer.* Od. ι. 190. de

Polyphemo: θαῦμ' ἐτέτυκτο πελώρεον· οὐδὲ ἐῴκει Ἀνδρὶ γε σιτοφάγῳ, ἀλλὰ βίῃ ὑλήεντι Τψηλῶν ὀρέων. Vide quae notavimus ad *Calliſtrati* Stat. C. XII. p. 58. ſq. *Virgilii* locum Aen. IX. 674. *Abietibus juvenes patriis et montibus aequos* huc non retuleiim; nam ibi aut *ex montibus*, aut, cum *Jac. Bryant*, *in montibus* legendum videtur. — V. 4. *Reiskius* dedit τοῦ δ' ἄρ' ἄλυκτον — διὰ κροτάφων. Poſterius vocabulum Vat. quoque cod. ſic ſcriptum exhibet. Si κροτάφων ſincerum eſt, ὀπαλοῖο depravatum videri debet. Sed *Reiskianam* emendationem ἄλυκτον nemo facile probaverit. Idem incidit in τοῦδ' ἐπάταιει et τοῦδ' ἀπὸ λαιοῦ vel λαιῶν, *a ſiniſtra parte*. Putabam equidem:

τοῦδ' ἄρα πάλλων
Παιονίδα λόγχην ἧκε διὰ κροτάφων.

πάλλων δόρυ dixit *Eurip.* in Androm. 698. in Iphig. in Taur. 823. λόγχην πατρὸς Ἣν χερσὶ πάλλων. *Pindar.* Nem. γ. 79. χερσὶ θαμινὰ Βριαχυσίδαρον ἄκοντα πάλλων. Vide *Ruhnk.* Ep. crit. p. 205. Si quis tamen κροτάφου, quod *Salmaſius* adſcripſit apogr. ſuo, ut faciliorem et leniorem emendationem praetulerit, facile in ejus ſententiam concedam. — V. 5. κοφαλῇ. *Holſten.* Noſtrum eſt in membr. — V. 6. κόμπον μὴ θανάτου. Vat. Cod. et Jenſ. κόμπον ἔχει emendarunt *Heringa* et *Darvillius*. *Rubnk.* in ed. pr. Epiſtolae crit. αἰὲν ἐκείνου — κόμπον ἔχει θανάτου emendavit; cujus conjecturae eum poſtea poenituiſſe videtur. *Reiske* dedit ἐχθροῦ καμπονομεῖ θάνατον, *quoties bibit, de inimico caeſo gloriatur*; verbum καμπονομεῖν a ſe fictum comparans cum χειρονομεῖν. Ut hoc ſignificat *manus agitare*, ſic illud *jactationem ſui agitare*. His praeferenda *Br.* lectio, quamvis haud certa. In eandem et *Guyetus* inciderat. *Sladus*, quem *Cornel. de Pauw* laudat in apogr., κόμπον ἔει tentabat, ſive κομπάει ἐς θ. ſive denique κομπεῖ ἐπὶ θ. Ipſe *Pauw* corrigere conatur ἐχθροῦ κόμπεν ὑβρεῖ θανάτου, addens haec: κύδαω, ut noſti, *celebro*

„eſt. Sed alii videant; ego mihimet ipſi hic nondum „ſatisfacio.“ Ex taurorum ap. Paeones cornibus pocula fiebant, de quibus *Athen.* L. XI. p. 476. Λυκοῦργός ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Δημάδου, Φίλιππόν φησι τὸν βασιλέα πρεπτὸν εἶναι κέρατι τούτοις, οἷς ἐφιλοφρονεῖτο. et paulo poſt: τοὺς δὲ Παιόνων βασιλεῖς, φησὶ Θεόπομπος ἐν δευτέρᾳ Φιλιππικῶν, τῶν βοῶν τῶν παρ' αὐτῶν γενομένων μέγαλα κέρατα φυόντων, ὡς χωρεῖν τρεῖς καὶ τέτταρας χόας, ἐκπώματα ποιεῖν ἐξ αὐτῶν, τὰ χείλη περιαργυροῦντας καὶ χρυσοῦντας. Hunc locum excerpſit *Euſtath.* ad Il. N. p. 883. 12. Iterum *Athen.* L. XI. p. 468. περὶ δὲ τὴν Μολοττίδα οἱ βόες ἱστοροῦνται ὑπερφυῆ τὰ κέρατα ἔχειν, περὶ ὧν τῆς κατασκευῆς Θεόπομπος ἱστορεῖ. Etiam ex cornibus caprearum Libyae ejusmodi pocula conficiebantur, teſte *Aeliano* H. A. XIV. 16. In nummis Bacchus conſpicitur, incurvum bovis cornu pro cantharo manu tenens. *Spanhem.* de Uſu et Pr. Num. T. I. p. 394. *Beger.* Theſaur. Brand. T. I. p. 14.

III. Vat. Cod. p. 183. Anth. Plan. p. 421. St. 555. W. Ἀδδαίου Μακεδόνος. De bove, quem dominus debilitatum ſenectute non mactavit, ſed libere per paſcua vagari paſſus eſt. — V. 1. „Planudeae Codd. tres recte „τετρυμένον. Vat. τετρυμμένον.“ *Br.* At in apogr. Spalletiano τετρυμένον legitur. Vulgo eſt τετριμμένον, quod *Koenius* ad *Gregor.* de Dial. p. 253. emendandum eſſe vidit ex *Suida* v. τετρυμμένον. κατατεπονημένον. T. III. p. 454. ubi hoc diſtichon cum parte v. 3. laudatur. Simplici ρ ſcriptum τετρυμένον legit *Gregor.* D. D. §. CXL. de qua ſcriptura, et de confuſione verborum τετρυμένος et τετριμμένος vide *Weſſeling.* ad *Herodot.* II. p. 165. 72. et VII. p. 443. 50. Perperam *Kuſter* vulgatam Anthologiae lectionem praeferendam cenſebat. *Appian.* de Bell. Civ. II. p. 735. τὴν στρατιὰν τοῦ Καίσαρος τετρυμένην τε πόνῳ καὶ χρόνῳ. Epigr. ἀδέσπ. DCLXXIX. γήρᾳ καὶ πενίᾳ τετρυμένος. *Anyte* Ep. VII. τετρυμένα γυῖ' ἀνάπαυσον. *Apollon. Rhod.* I. 1174. τετρυμένα γούνατ' ἄραμψεν. *Lucretius* L. II. 1160.

Conterimusque boves et vires agricolarum. Noſtrum locum attigit *Ruhnken.* ad *Tim.* p. 47. — V. 2. ἄλκων οὐ φ. Vat. Cod. et Plan. Ἄλκων ſervavit *Suidas* in κοπὶς T. II. p. 347. ubi vitioſe αἰδεσθεὶς ἔργον exhibetur. Vide *Toup.* Emend. in Suid. p. 472. Veram lectionem vidit etiam *Grotius*, qui vertit: *Ad culturam dominus non vocat Alcæ bovem.* — V. 3. αἰδεσθεὶς ἔργων. Lex erat apud Athenienſes, βοῦν ἀρότην καὶ ὑπὸ ζυγὸν πονήσαντα οὐκ ἀρότρου ἢ καὶ οὐ τῆ ἀμάξη, μηδὲ τοῦτον θύειν, ſervata ab *Aeliano* V. H. L. V. 14. ubi locis a *Kuhnio* laudatis addendus eſt hic *Ciceronis* de N. D. II. 63.: *bobus — cum terrae ſubigerentur fiſſione glebarum, ab illo aureo genere — vis nunquam ulla afferebatur. Tanta putabatur utilitas percipi ex bobus, ut eorum viſceribus veſci ſcelus haberetur. Aelian.* Hiſt. An. XII. 34. p. 703. Φεύγει δὲ, ἐὰν παρ' αὐτοῖς τις ἀροτῆρα ἀποκτείνῃ βοῦν, ἡ ζημία θάνατος αὐτῷ. — V. 4. ἀρότρου. Vat. Cod. — βαθεῖ ἐνὶ πολῃ. *Auctor* Herculis λειοτροφ. inter Theocritea XXV. v. 15. ἐπεὶ μελιηδέα πολὺν Λειμῶνες θαλέθουσιν — ἢ βα βόσκει μένος καρπῶσιν ἀέξει. v. 132. οἳ καὶ ἀτειμαγέλαι βόσκονθ' ἁβροτάλαι πολύν.

IV. Vat. Cod. p. 407. Ἀδαίου. Plan. p. 49. St. 71. W. Pro Καλαθίνῃ *Brodaeus* etiam γαλατίνῃ inveniſſe videtur. Prius nomen idem derivavit, ni fallor, a κάλαθος, quia mulieres parvos catulos in quaſillis portare ſolebant. — ¶. 242.] V. 3. Canis partum editura invocat Lucinam ap. *Antip. Theſſ.* Ep. XXXVIII.

V. Cod. Vat. p. 252. Ἀδδαίου Μιτυληναίου. Idem lemma eſt in Plan. p. 247. St. 359. W. In Diotimum piſcatorem, poſt fata cum ipſa cymba crematum. Conf. Ep. *Antiphili* XLI. et not. — V. 3. ἴκτο πρὸς.... Vat. Cod. lacuna relicta. Superſcriptum γρ. λίβαν. — V. 5. ἣν γάρ. eadem enim cymba, qua vitam ſuſtentabat; hoc eſt παραμύθιον ζωῆς. Sic καμάτων παραμύθιον eſt laborum levamen ap. *Sophocl.* Electr. 129. ἀτυχίας πάσης καὶ

κακοπραγίας παραμύθιον *Plutarch.* T. I. p. 230. E. De verbo παραμυθεῖσθαι emendandi, levandi, sustentandi sensu adhibito, vide quae collegerunt *T. Hemsterh.* et *Locella* ad *Xenoph. Ephes.* p. 153.

VI. Cod. Vat. p. 449. Edidit *Reiske* in Anth. nr. 717. p. 141. (*Jens.* nr. 67.) „Galene, marina „Nympha, Tryphonis manu in beryllo caelata, loquitur. „Planum et perspicuum est Epigramma. Si quis „aenigmatum quotquot sunt, omnium obscurissimum „cognoscendi cupidus est, legat versionem hujus carmi„nis in Cephalae Anthologia. Graeca autem exhibui, „uti scripta sunt in Buheriano apographo, mutato solum „v. 5. νεύσει in νεύσῃ. Tryphonis artificii exstat etiam „nunc insigne monumentum in cimelio generosissimi „ducis de Malborough, gemma Cupidinis et Psyches „nuptias exhibens, quam aere incisam videre est in „Stoschii gemmis antiquis scalptorum nominibus in„signitis.“ *Br.* Si mira est versio, quam *Reiskius* de hoc carmine dedit, multo certe mirabiliora sunt, quae idem in commentario posuit. Nam cum non animadvertisset, Γαλήνην h. l. personae nomen esse, in toto hoc carmine nihil nisi berylli descriptionem vidit, colore glauco maris colorem referentis, cui propterea omnes maris conditiones tribuerentur. Ex hoc falsae interpretationis fonte omnes illae ineptiae profluxerunt, quibus notae ad hoc Epigramma abundant. Amico suo non perspicacior fuit *Bernardus*, qui in Epist. ad Reisk. p. 507. pro γαλήνην, σκαλῆνὴν legit, remittens ad *Plin.* XXXVII. 7. Sententiam non disertius explicuit. Γαλήνης imaginem commemorat *Pausan.* L. II. 1. p. 182. ed. *Fac.* — V. 2. κωμᾶς. *Jens.* κῦμα emendavit *Reiskius*; κόμας legendum esse vidit *Bernardus*. μαλακαὶ χεῖρες tribuuntur artifici perito, propter operis mollitiem. Nympham tibi finge promissis capillis natantem. — V. 3. χείλη πλείοντα θάλασσαν si sensum habent, πλείοντα pro πλείοντος accipias necesse

est, ut pars, χείλη et μαστοὶ, posita sit pro toto, Galene nimirum. At nondum me poenitet conjecturae, jam olim prolatae:

ἠνίδε καὶ χείλη νοτερὴν λειοῦντα θαλάσσην,
καὶ μαστοὺς τοῖσιν θέλγω ἀνηνεμίην.

Galene undas ventis excitatas sedat, unde nomen habet, et ipsum mare tranquillum reddit, λειαίνει. Has partes Galenae tribuit *Leonnidas Alex.* Ep. XXVIII. οὐδ' εἴ μοι γελάσσαι καταστορέσειε γαλήνη Κύματα. ubi vide not. Hinc λιπαρὴ γαλήνη ap. *Theocrit.* Eid. XXII. 19. et θαλάσσης λείη ap. *Herodot.* II. 17. Easdem partes Zephyro tribuit *Marc. Argent.* Ep. XXIV. ἄρτι δὲ κῦμα γλαυκὸν θηλύνει πρηῢς ἑλὼς Ζέφυρος. Veneri Arsinoae *Posidipp.* Ep. XXI. ἣ δέ τεν εὐπλοίην δώσει, καὶ χείματι μέσῳ Τὸ πλατὺ λισσομένοις ἐκλιπανεῖ πέλαγος. Fluvius limpidissimo cursu in mare delapsus λάθρα τῇ θαλάσσῃ χιονᾶτιν λειαίνων τὸ κῦμα τῷ ῥεύματι. Glaucus ap. *Philostr.* II. Imag. XV. p. 833. ὡς γεγύμνασται πρὸς τὴν θάλασσαν, ἐμπίπτων ἀεὶ τοῖς κύμασι, καὶ λειαίνων αὐτὰ εἰς τὴν νῆξιν. — V. 5. νεύσει. Vat. Cod. soloece. φθονερὴ λίθος, qui me retinet, cohibet, quo vincta teneor. Sic fere Damostratus athleta ap. *Philipp. Thess.* Ep. XXXIII. ἃ βάσις με λυσάτω Χ'ὡς ἔμπνους νῦν ἕβδομον κονίσσομαι. *Aemilianus* Ep. II. p. 275. Satyrus Praxitelis, λῦσον, καὶ πάλι κωμάσομαι· Νῦν δ' ἡμῖν ῥὐ γῆρας ἔτ' ἀδρανές, ἀλλ' ὁ πεδητὰς Σιληνοῖς κώμων βάσκανός ἐστι λίθος. — V. 6. γλώσσῃ et νηχομένῃ. *Jens.* *Reiskius* πνεύσει exhibuit; reliqua ut *Jensius.* — Varia in hoc carmine tentavit *Cornel. de Pauw*, quae commemorare supersedeo. Putabat enim, de beryllo agi, quem Tryphon amasiae ad ejus iram placandam muneri dederit. Huic opinioni et crisin et interpretationem suam accommodavit.

VII. Vat. Cod. p. 316. Εἰς Φιλοπρήγμονά τινα, δυσνόητον. Anth. Reisk. nr. 767. p. 161. (nr. 116. Jens.) De heroë Philopregmone, qui h. l. rogantibus felicem

laborum ſucceſſum impertire dicitur, nihil aliunde conſtat. Muneri, quod *Addaeus* ei tribuit, reſpondet nomen τοῦ Φιλοπρήγμονος, qui fortaſſe ſimilis fuit τῷ δαίμονι τῶν ἀπονδαίων, qui Athenis colebatur, teſte *Pauſania* I. 24. p. 56. — V. 1. δὲ eſt in Vat. Cod. τε in ap. Guy. et Ruhnk. — V. 2. ποτ' ἰδαίης, diſtractis ſyllabis, Vat. Cod. Ποτιδαίης emendavit *Guyet.* in marg. et *Reisk.* — V. 2. κείμενος Vat. Cod. In marg. ap. Guy. κείμενον. Hoc lenius; ſed etiam membranarum lectio ferri poteſt. — V. 3. εἰπεῖν. memineris ei dicere, ad quod negotium te conferas. — ἐκεῖνο. Vat. Cod. Jenſ. *Reiskius* dedit et vertit: κείνου εὑρήσεις ἔν σοι π. ε. *et protinus ea, qua ille pollet, tibi ſuccurret negotii conficiendi facilis ratio.* Profecto *Reiskius*, cum haec ſcriberet, preces ad Philopregmonem non fecerat; non enim tam difficili ratione hoc negotium conficere tentaſſet. Scribendum eſt ἐκεῖνος cum *Salmaſio*; in reliquis autem Codicis lectio unice tenenda. Illam lectionem non ignorabat *Reiskius*, qui tamen contorta et obſcura, quam elegantia et expedita amplecti maluit.

VIII. Cod. Vat. p. 215. *Addaeo* hoc carmen tribuit, quod in Plan. p. 274. St. 396. W. Διονυσίου eſt. — Contra vulgares de Euripidis morte traditiones. — V. 1. γένος. Plan. et Vat. Cod. γένυς emendavit *Toup.* in Suid. p. 514. et ante eum *Joſ. Scaliger* in not. mſc. Elegans correctio, nec tamen certa; nam γένος ſaepiſſime inſervit periphraſi. Et ſi emendatione opus, non minus bene legeris: οὗ σε κυνῶν μένος εἶλ', Εὐριπίδη. Euripidem a canibus laceratum eſſe, narrat *Diodor.* XIII. 103. p. 626. et alii, quos laudat *Munker.* ad Hygin. fab. CCXLVII. et *Barneſ.* in Vit. Eurip. §. XXXI. — γυναικὸς οἴστρος. Erant enim, qui Tragicum, cum ancillae cujusdam Archelai amore captus, in agrum iret, in canes incidiſſe narrarent. *Hermeſianax* ap. *Athen.* XIII. p. 598. 67.

quem locum totum adſcribam, ſicuti eum emendandum eſſe puto:

φημὶ δὲ κἀκεῖνον τὸν ἀεὶ πεφυλαγμένον ἄνδρα
ὑβ' ἁπαλῶν μῖσος κτώμενον ἐξ ὀνύχων
πάσας ἀμφὶ γυναῖκας, ὑπὸ σκαλιοῖο τυπέντα
τόξου, νυκτερινὰς οὐκ ἀποθέσθ' ὀδύνας·
ἀλλὰ Μακηδονίης πάσας κατενίσσατο λαύρας,
Ἀντείαν μέθεπε δ' Ἀχιλλέως ταμίην,
οἰξάκις τοι δαίμων, Εὐριπίδη, εὗρεν ἔλεθρον
ἀμφὶ βίου, στυγνῶν ἀντιάσαντι κυνῶν.

Hic certam puto emendationem ἁπαλῶν ἐξ ὀνύχων pro πάντων ἐκ συνοχῶν, quae lectio vehementer exercuit viros doctiſſimos. Vides, quam leniter nunc oratio decurrat, quantumque ei gravitatis accedat: *Nec Euripides, qui ſibi tantopere cavebat, et omnium mulierum odium inde a teneris unguiculis animo conceperat, amoris cruciatus effugere potuit.* Eodem fere ſenſu *Ilgen* V. cl. emendavit καὶ πάντων μῖσος κτώμενον ἐκ στονύχων. Sed πάντων ferri poſſe dubito, Ἀντείαν ſcripſi pro Αἰγείων. Illud nomen occurrit ap. *Athen.* XIII. p. 593. F. Sed haec obiter. Quod addit Epigrammatarius, *Euripidem* a furtiva Venere alienum fuiſſe, non omnes confirmant. Cf. *Athen.* L. XIII. p. 557. E. et p. 603. E. — Vat. Cod. τὸ σκετίης. — V. 3. »In Planudea legitur ἀλλ' ἐδὴς καὶ γῆρας »ὑπέβαλε, nullo aut peſſimo ſenſu, vitiata etiam ſyntaxi: »non enim habent a quo pendeant verba τῇ δ' Ἀρεθούσῃ. »Genuina lectio e Vat. Cod petita eſt. Bianor. Ep. XIII. »ἦ Μακετίς σε κέκευθε τάφου κόνις. Stephanus in Μακηδονία: »λέγεται καὶ Μακέτης ἀρσενικὸν καὶ Μακετὶς γυνὴ, καὶ Μάκεσσα »ἐπιθετικῶς, ὡς Ἡρακλείδης, καὶ Μάκεττα, διὰ δύο τ, καὶ »δι' ἑνός. In codice quo uſus eſt Suidas [qui excitat v. 1. »et 3. in ὑπαίμακα T. III. p. 536.] ſcriptum erat ΤΠΑΙ»ΜΑΚΕΤΗι Δ' ΑΡΕΘΟΤCΗι, quod bonus ille monachus non »intellexit, et inde verbum ὑπαίμακα procudit. ὑπέβαλε

„Planudi debetur, quo melius non est ὑπέρβαλε Toupii. „Vide Stephan. in Βορμίσκος. et Plutarch. in Vit. Lyc. „p. 127.“ *Br.* De Arethusa Macedoniae urbe vide *Valesium* ad *Ammian. Marc.* XXVII. 4. p. 483. *Wesseling* ad Itiner. Hieros. p. 605. — Pro ὑπέβαλε Vir doct. in cod. Scalig. ap. *Huetium* p. 26. ὑπέλαβε legendum suspicatur. — V. 4. κεῖται. Vat. Cod. — §. 243.] V. 5. σοὶ δ' οὐ τοῦτον conjicit *Huetius* p. 26. Non opus est emendatione. τίθεμαι positum pro ἡγέομαι, νομίζω, de qua hujus verbi significatione consule *T. H.* in Misc. Obss. V. 3. p. 66. et *Valcken.* in Diatr. p. 8. C. *Non tam hunc tumulum pro monimento tuo habeo, quam potius scenam tragicam.* Similis color est in Ep. *Diodori Jun.* XI. ubi vide not. — V. 6. ἥματα καὶ σκηνὰς ἔμβαλε πενθομένας legit Vat. Cod. Non aliter Planud. in Ed. pr. Posteriores editiones primam vocem in εἵματα mutarunt. ἥματα servavit ed. Nic. Sabiens. *Brunck.* hunc versum ex *Reiskii* conjectura emendatum dedit, σῇ ἐπὶ πενθομένας, quae sensum efficit valde probabilem. An ipsam poëtae manum assecutus sit vir sagacissimus, dubitare licet. Nec persanatus videtur versus, cum etiam in εἵματα haereas, quod vel ineptum, vel frigidum et jejunum est. Laudat *Huetius* p. 26. conjecturam V. D. in cod. Scaligeri πενθομένας. Plenior exstat haec lectio in Schedis Bibl. Bodl., ubi *Jos. Scaliger* totum hunc versum sic scribit: ἀλλὰ τὰ Βάκχου Σήματα sive Σχήματα καὶ σκηνᾶς σύμβολα πενθομένας. Haec speciem habent. σχῆμα de saltantium habitu et dignitate explicuit *Bergler.* ad *Alciphr.* I. 34. p. 141. nisi fortasse emendationis auctor τὰ Βάκχου σχήματα pro *ornamentis scenae bacchicae* accipi maluit. Nam hoc quoque sensu v. σχῆμα a poëtis usurpatur. *Euripid.* Alcest. 915. ὦ σχῆμα δόμων. Androm. I. Ἀσιάτιδος γῆς σχῆμα. Prosaici pro eo πρόσχημα dicunt. Vide *Wesseling.* ad *Herodot.* V. p. 385. 87. — σκηνὴ πενθομένη, *scena lugubris* sive *tragica* esse videtur. Sed desideramus auctoritatem

formae πένθομαι. Nec apparet, quo ſenſu σύμβολα σκηνῆς dicta ſint. Quare vide, an in lectione membranarum ἤματα καὶ σκηνὰς ΕΜΒΑΛΕΠΕΙΘΟΜΕΝΑC haec lateant:

ἀλλὰ τὰ Βάκχου
βήματα καὶ σκηνὰς, αἷς μέγα πένθος ἔβας.

Recte mihi videor emendaſſe βήματα. *Pollux* IV. 123. ἡ δὲ ὀρχήστρα τοῦ χοροῦ, ἐν ᾗ καὶ ἡ θυμέλη, εἴτε βῆμά τι οὖσα, εἴτε βωμός. Recte igitur poëta junxit βήματα et σκηνὰς, ut alii θυμέλην καὶ σκηνήν. *Simm. Theb.* Ep. I. πολλάκις ἐν θυμέλῃσι καὶ ἐν σκηνῇσι τεθηλὼς Βλαισὸς Ἀχαρνείτης κισσός. — Quae ſequuntur

αἷς μέγα πένθος ἔβας,

ſenſum habent huic loco accommodatiſſimum. Paſſim enim loca, ubi quis floruit, et quae vivus frequentavit, defuncti mortem flere dicuntur. Orpheum lugebant πέτραι καὶ δρύες, ἃς ἐρατῇ τοκέων ἔθελγε λύρῃ. Epigr. ἀδέσπ. CCCCLXXXII. De Damocharide poëta ἀμφιεύτη κῶς καὶ πάλι πένθος ἔχεις, οἷον ἐφ' Ἱπποκράτει. Sed haec nota. μέγα πένθος ἔβας eleganter dictum pro θανὼν μέγα πένθος λέλοιπας. *abiiſti magna luctus et lacrymarum materia.* μέγα πένθος dixit auctor Ep. inter ἀδέσπ. DCCIII. πένθη μέγιστα *Eurip.* Hipp. 1427. βαίνειν pro *mori* per euphemismum frequenter obvium. Vide *Burton* ad *Sophocl.* Oedip. C. 1675.

IX. Vat. Cod. p. 243. *Addaeo* hoc Ep. vindicat, quod ἄδηλον eſt in Planud. p. 203. St. 295. W. Philippus rex Macedoniae de rebus a ſe geſtis gloriatur. — Ἠμαθίη, vetus Macedoniae nomen. Vide *Samium* Ep. II. T. I. p. 485. *Chriſtodor.* in Ecphr. p. 457. εὐάνδρων Ἠμαθιήων. *Gatterer* Comm. de Thracia P. III. p. 69. — ἐς Ἄρεα βῆσα. primus Macedones ad arma adduxi, ſive ad gloriam belli evexi. Ἄρεος ἐπέβησα *Homerus* fortaſſe dixiſſet, ut σοφροσύνης ἐπέβησαν Od. ψ. 13. et Il. ϑ. 285. τὸν καὶ τηλόθ' ἐόντα ἐὺς Ἀχιλλεὺς ἐπέβησεν. His plura ſimilia ap. eundem

reperiuntur. — V. 2. Αἰγαίην. Aegis, Macedoniae oppido, reges sepeliebantur. *Diodor.* XIX. 52. ἔτι δὲ Κύνναν — ἔθαψεν ἐν Αἰγαῖς, καθάπερ ἔθος ἦν τοῖς βασιλεῦσι. Disertius idem in Eclogis de Virt. et Vit. T. II. p. 563. ubi vide *Vales.* et *Wesseling.* — V. 3. Si quis est, qui se Philippo majorem esse glorietur, hoc quoque sanguini meo debetur. Ad αἵματος intell. ἔργον. Ad Alexandrum respici, Philippo illustriorem, res ipsa docet.

X. Vat. Cod. p. 243. ἀδαίου. In Planud. p. 203. St. 295. W. *Parmenioni* tribuitur; qui error inde ortus, quod in collectione Cephalae distichon *Parmenionis* in Alexandrum praecedit. — V. 1. „Εἴ τις ἀείδῃ. Sic libri „omnes sine sensu. Optime emendavit Bentlei ad Horat. „p. 317. εἴ τις ἐρείῃ. *quaeret, interroget, ubi sit.*“ *Br.* In Ed. pr. Flor. et Asc. ἤν τις ἀείδῃς. ἦε etiam reliquae. *Grotius* de vulgatae lect. sinceritate non videtur dubitasse, dum vertit: *Quaeris Alexandri Macetae celebrare sepulcrum.*

ANTIGONI CARYSTII EPIGRAMMA.

¶. 244.] Vat. Cod. p. 427. Ἀντιγόνου Καρυστίου εἰς βάτραχον ἀποπνιγέντα ἐν οἴνῳ. In Planud. p. 82. St. 121. W. Ἐπιγόνου Θετταλοῦ sive Θεσσαλονικέως nomine inscriptum est. Nihil difficultatis hoc carmen habere affirmat *Opsopoeus*, quod in antiquis editionibus depravatum est, et etiam nunc, post mendas sublatas, nonnihil obscuritatis habet. Laboramus enim in argumento carminis, quod profecto longe aliud est, quam quod *Opsopoeus* sibi finxit de rana in vinum prolapsa. Certe non de vera, sed de ficta agitur rana, in poculo fortasse sive cratere sculpta. In illo vase autem, si recte poëtam intelligo, siphon fuit argenteus, unde vinum profiliebat. Haec est ἀργυρίη

κρήνη, quae ranam noſtram perfundit οἰνηραῖς σταγόσι, i. e. vino. In Nymphis vero ſe jacere ait, quia vinum in cratere cum aqua miſcetur. Sic loquutus eſt *Meleager* Ep. CXIII. τοὔνεκα σὺν Νύμφαις Βάκχος φίλος. *Theocrit.* Eid. VII. 153. τοῖον νέκταρ ἔπιεσε κατ' αὔλια ποσσὶ χορεῦσαι, Οἷον δὴ τόκα πᾶμα διεκρανώσατο, Νύμφαι. Jam videamus reliqua. — V. 1. κρηνὶς vulgo, qua voce de Nymphis fontium uſus eſt *Moſchus* Eid. II. 29. Κρανίδες ἀὐήσαντο. An alibi pro *fonticulo*, ut in Lexicis vertitur, occurrat, ignoro. κρήνη eſt in Vat. Cod. qui etiam ἐμὲ legit. — τὸν οὐκέτι μαχρὰ βοῶντα. quia arte et manu facta, non viva. Simul morum et ingenii mutatio ſignificatur. Dum aquam meram potabat rana, rauca voce clamabat, ἄμουσον καὶ ἄχαρι μέλος; nunc, bacchico imbuta latice, illam ἀμουσίαν exuit. — V. 2. ἔσχεν ὕπο. Vulgo et in Vat. Cod. cujus margo obtulit lectionem a *Brunckio* in textu poſitam. — V. 3. φίλος κεῖνος. Vat. Cod. Color eſt ut ap. *Theocrit.* Eid. I. 141. τὸν Μώσαις φίλον ἄνδρα, τὸν οὐ Νύμφαισιν ἀπεχθῆ. *Salmaſ.* in not. ad edit. Ald. legit: κεῖμαι δὲ Νύμφαις κεῖνος φίλος. — V. 4. λυόμενος. Steph. et Wech. Veteres edd. omnes λουόμενος. Mirum, poëtam eandem vocem σταγόσιν in utroque pentametro repetere, quam aliam ejusdem ſignificationis ponere maluiſſe. Licebat enim ſcribere: λουόμενος λιβάσιν, ſive νάμασι λουόμενος. — V. 5. ἐκόμασα. Vat. Cod. — De verbo κωμάζειν vide quae dedimus ad Ep. *Philippi* LXXIX. *Sero me ad Dionyſum contuli.* — V. 6. μανίην σώφρονα μαίνεσθαι dicuntur aquae potores, qui ſpeciem enthuſiaſmi prae ſe ferentes, omnia rauco clamore implent, ſed vivida illa vi ingenii carent, quae vere diſertos, oratores et poëtas facit. Vide quae de ὑδροπόταις notavimus ad *Antip. Sid.* Ep. VIII. T. II. P. I. p. 20. et ad *Antip. Theſſ.* Ep. XLV. ibid. p. 327. — πίνουσιν. Vat. Cod.

PYTHE-

PYTHEAE EPIGRAMMA.

Servavit jejunum hoc carmen *Athen.* L. XI. p. 465. D. ubi de iis agit, qui se plurima aurea et argentea pocula habere gloriati sint: *ὧν εἷς ἐστὶ καὶ Πυθέας ὁ Ἀρκὰς ἐκ Φιγαλίας, ὃς καὶ ἀποθνήσκων οὐκ ὤκνησεν ἐπιθέσθαι τοῖς οἰκείοις ἐπιγράψαι αὐτοῦ τῷ μνήματι τάδε· Πυθέα μνῆμα . . .* Quae dicta sunt ex libro *Harmodii Lepreatae περὶ τῶν κατὰ Φιγαλίαν νομίμων*, eodem, ut mihi videtur, loco, ubi Phigalenses vinosos esse tradiderat, *φιλοπότας φησὶ γενέσθαι Φιγαλεῖς. Athen.* X. p. 442. B. — V. 4 *πεσάμενος* vulgo ante *Casaubonum. πάσασθαι*, ubi *possidendi* sensu gaudet, priorem constanter producit, ita ut duplicato *σ* non opus sit. Vide *Valcken.* ad Ammon. p. 187.

THEAETETI EPIGRAMMATA.

¶. 251.] *I.* Vat. Cod. p. 207. »Elegans hoc car»men edidit *Dorvill.* crit. Vann. p. 194. ubi patris no»men male et ex falsa conjectura scriptum *αἰπιδέητος.* »In membranis scriptum *πτοητος*, quod ex lemmate re»stituitur, quod sic se habet, *εἰς Νικάνορα Μακεδόνα τὸν* »*Εὐπτοιήτου.*« *Br.* Fallitur Vir doctissimus circa lectionem codicis, quae haec est: *πατὴρ δὲ πτοίητος ἐμοὶ αἰπιδέητος. Reiskius* Anth. nr. 554. p. 68. qui nomen auctoris ignoravit, *Dorvillii* lectiones sequitur. Scriptum est carmen in binas statuas pueri et puellae, ex voto positas. — V. 1. 2. laudat *Merrick* ad *Tryphiodor.* p. 111. *κείμενόν ἐστ' ἄνεμα.* In talibus *κεῖσθαι* nihil fere differt ab *ὑπάρχειν, εἶναι. Tryphiodor.* v. 286. *οὔνομα κεῖται.* Similia vide ad *Eveni* Ep. XIV. T. I. P. I. p. 327. — V. 4. *ἢ νηοῦ.* Ap. Lips. — *Μακεδῶν. Dorv.*

II. Hoc Epigramma in Crantorem ſervavit *Diogenes Laërt.* p. 242. unde relatum eſt in Append. Anth. p. 525. St. *24. W. — V. 1. Μούσαις.* Carmina enim ſcripſit, quae Solis, in fano Minervae, obſignata depoſuit, teſte *Diogene* L. IV. 25. — V. 2. *γήρως ἤλυθεν αὖτι πρόσω.* Comparat *Caſaubonus* verſum *Menandri* ap. *Plutarch.* T. II. p. 119. E. *ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν, ἀποθνήσκει νέος.* — V. 3. *ὑποδέξῃ* vulgo. Noſtrum eſt ex emend. *Caſauboni.* — V. 4. „Interpretes, nec ipſum Menagium „offendit *εὐθυμίῃ*, quod corruptum eſſe, ſyllabarum arguit „modulus, metro repugnans. Secunda enim neceſſario „eſt longa. Reponendum *εὐτυχίῃ*." *Br.*

III. Cod. Vat. p. 322. Ex Schedis *Dorvillii* edidit *T. Hemſterh.* ad *Lucian.* T. I. p. 433. (II. p. 528. Bip.) Prius diſtichon expromſit *Dorvill.* in Vann. crit. p. 641. *Reisk.* Anth. nr. 776. p. 165. (nr. 125. *Jenſ.*) Lemma in membranis, *Εἰς Φιλέαν τὸν αὐτάρεσκον καὶ ἀσκησίσοφον*, falſum eſſe videtur. Quis hic Phileas fuerit, non conſtat. — V. 1. *ἄλλου.* Cod. Vat. T. *H.* malebat *ἄλλῳ*, dorice, quia reliqua in hoc Epigrammate dorica dialecto ſcripta ſunt. *ἄλλων* exhibet apogr. Guyet. et Ruhnk. *γνώμη* h. l. eſt prudentia. — V. 2. *κλαίετο. Jenſ.* Rumpantur invidi, ſi quos haec de Philea offendit ſententia. Nota eſt imprecandi formula, *κλαίειν, εἰμώζειν τινὰ λέγειν.* Invidis vero talia imprecantur veteres. *Martial.* L. IX. 99. *Rumpitur invidia, quod amamur, quodque probamur. Rumpatur, quisquis rumpitur invidia. Propert.* I. VIII. 27. *rumpantur iniqui: Vicimus.* ubi vide *Burm. Somius* Ep. II. T. I. p. 485. *ὁ φθόνος κἀπαίνοιτο.* — V. 3. Nihil nunc ipſum illa inter mortales parta gloria juvat, cum apud inferos omnes eodem honore fruantur. *κενὰ χάρις.* de iis, quae nihil proſunt. Vid. not. ad *Meleagri* Ep. CIX. 4. p. 118. — V. 4. *Μαίνω Θερσίτας* Vat. Cod. *Suidas* in *ἀτιμότερον* T. I. p. 372. hunc locum ſic profert vitioſe:

εἰν ἀίδᾳ γὰρ μένων Θερείτης οὐδὲν ἀτιμότερος. ubi Cod. Leid. teſte *Gronovio* Emend. in Suid. p. 82. μὲν ὁ legitur. In hoc *Suidae* loco *T. Hemſterh.* primitus Νιρέως tentaverat, eleganti oppoſitione: et ſic fere *Sr. Bergler* in Act. Erudit. Lipſ. ao. 1722. p. 162. Veram lectionem jamdudum dederat *Salmaſ.* Ep. de Coma p. 703. quod latuit Μίνω Θερείτης recte emendantem *Heringam* in Obſſ. crit. p. 275. Formam genitivi Μίνω habet *Xenoph.* Memor. Socr. IV. 2. 33. — οὐδὲν ἀτιμότερος. ἰσοτιμία γὰρ ἐν ᾅδου καὶ ὁμοίοις ἅπαντες. *Lucian.* Mort. Dial. XXV. 2. et Dial. XXIV. 2. Chiron τὴν ἐν ᾅδου ἰσοτιμίαν laudat, ut rem plane popularem. Antigone ap. *Sophoclem* in tragoedia cognomine v. 519. ὅμως ὅγ' ᾅδης τοὺς νόμους ἴσους ποθεῖ.

IV. Cod. Vat. p. 275. Planud. p. 211. St. 307. W. Hiſtoria de familia Antagorae, quae omnis eodem incendio conſumta et eodem loco humata eſt. — V. 1. χείματος, ὥρῃ ſcil. Hieme quondam, noctis tempore, ignis ſerpens latuerat μέγαν οἶκον, magnam Antagorae familiam, vino ſomnoque ſepultam, οἰνωθέντα. Non putem οἰωθέντα cum *Joſ. Scaligero* legendum eſſe. — V. 2. „Ut formis deſcripti libri, ſic calamis exarati plerique „ἐκ νυκτῶν. In uno ſuperſcriptum νυκτὸς, quod verum eſt. „Mutarunt ob metrum, quod in tuto eſt." *Br.* ἐκ νυκτῶν ἔλαθεν Vat. Cod. ἔλαθεν corrigendum putabat, ne opus eſſet ad caeſuram confugere, *Munkerus* ad *Anton. Lib.* XIII. p. 93. ubi ἐκ νυκτῶν noctu interpretatur contra *Lubinum*, qui imperite *ex nocte* transtulerat. — V. 3. ἄμιγγα. Vat. Cod. — ¶. 252.] V. 5. οὐκ εἶχον δυσεῖν, ſic Vat. Cod. nec aliter invenit *Aldus* in Codd. ſuis. In Ed. pr. et Ald. pr. οὐκ εἶχον δ' εἰδεῖν. Sic Scopae convivis cubiculi ruina oppreſſis, *cum eos humare vellent ſui, nec poſſent obtritos internoſcere ullo modo, Simonides dicitur — demonſtrator uniuscujusque ſepeliendi fuiſſe.* ut eſt ap. *Ciceron.* II. de Orat. c. 86. — V. 6. ξυνὴ δ' ἦν κ.

Vat. Cod. et Codd. Aldi. — V. 7. ἀτάρ. Quamvis omnium ossa et cineres confusi erant, Plutum tamen unumquemque eorum internoscere certum est.

V. Cod. Vat. p. 286. Planud. p. 249. St. 361. W. sine diversitate lectionis. Aristo Cyrenaeus nautas rogat, ut patri suo Menoni nuntient, se naufragio in Aegaeo mari facto, ad rupes Icarias jacere. — V. 2. ὔμμι. Vat. Cod. male. Vide *Fischer.* Anim. in Velleri Gr. Gr. T. II. p. 210. — V. 3. Μένωι. Vat. Cod.

T. III. p. 131.] *VI.* Relatum in Append. Anth. Plan. p. 525. St. *24. W. ex *Diog. Laert.* VIII. 48. p. 525. qui ex *Eratosthene* narrat, Pythagoram εἶναι τὸν πρῶτον ἐντέχνως πυκτεύσαντα, ἐπὶ τῆς ὀγδόης καὶ τετταρακοστῆς Ὀλυμπιάδος, κομήτην καὶ ἁλουργίδα φορεῦντα, ἐκριφθῆναί τε ἐκ τῶν παίδων καὶ χλευασθέντα, αὐτίκα προσβῆναι τοὺς ἄνδρας καὶ νικῆσαι. Eandem rem, cum temporis diversitate, narrat *Eusebius* in Chron. I. p. 50. 33. Πυθαγόρας ὁ Σάμιος Ὀλυμπιάσιν ἐξεκρίθη παίδων ὡς ἄπτλὸς· προσβὰς τοὺς ἄνδρας ἐνίκα κατὰ τὴν Ὀλυμπιάδα να. ut hunc locum probabiliter restituit *Scaliger* p. 419. In carmine inter ἀδέσπ. DCV. quod in eundem Pythagoram, τὸν ἐν Σάμῳ κομήτην, compositum est, Cratis vocatur filius. Passim apud veteres confunditur Pythagoras athleta cum Pythagora philosopho, ut monuit *Menagius* ad *Diog. Laert.* p. 376. *Fabric.* in Bibl. Gr. T. I. p. 777. ed. *Harl.* — V. 2. *Kubnius* ad *Diog. L.* p. 535. corrigere conatur: πύκτην εἰ κατέχεις, Σάμιον, ἀεθόμενον. reclamante metro; nam Σάμος, Σάμιος, primam syllabam constanter corripit. κατέχεις sinderum non videtur. Pythagorae statuae haec, puto, inscripta fuerunt: Εἴ τινα Πυθαγόρην, Σάμιον, πύκτην οἶδας, sive ἔκλυες, οὗτος ἐγώ. — V. 3. τὰ δ' ἔργα. Si quis tibi Eleorum facinora a me in stadio Olympiaco perpetrata narret, tanta sunt, ut narranti vix fidem habiturus sis.

HERMOCREONTIS EPIGRAMMATA.

I. Vat. Cod. p. 411. Planud. p. 4. St. 7. W. Nymphis Hermocreon, limpido fonte reperto, munera offert. Simile eſt Epigramma, et hinc, ut videtur, expreſſum, ſed recentioris poëtae, in Anth. Lat. T. II. p. 470. CCXV.:

Nymphae fonticulae, Nymphae, quae gurgitis hujus
Aeternum roſeo tundisis ima pede:
Lyſimachum ſervate! Sub alta maxima pinu
Numinibus poſuit qui ſimulacra tuis.

— V. 2. εἵσατο. Vulgo. In marg. Wechel. ἀντὶ τοῦ ἀνέθηκε. Praeferenda ſcriptura cum ſpiritu aſpero, judice *Dorville* in Vann. crit. p. 491. — Fortaſſe illa δῶρα ſunt ξόανα Nympharum, de quibus verbum εἵσατο proprium. — V. 3. ὑδατέεντα δόμον, *grata domus Nymphis humida Thyniaſin. Propert.* I. El. XX. 74. *domus Albuneae reſonantis. Horat.* I. Carm. VII. 12.

II. Vat. Cod. in primis poſt titulum paginis. Plan. p. 26. St. 41. W. In Cod. *Jani Laſcaris*, quem *Iriarte* deſcripſit in Catal. Bibl. Matrit. hoc carmen *Timocreonti* tribuitur. Sic etiam Ed. pr. Fl. et Ald. pr. Ἑρμοκρέοντος *Aldus* invenit in Cod. ſuo, idque recepit Ald. 2. 3. ed. Nic. Sab. et reliquae. — Mercurius viatores invitat, ut ſub platani umbra quieſcant. Conf. Ep. *Platonis* XIII. et Ep. ἀδέσπ. CCLIX. — V. 2. φύλλα δονεῖ. δονέοντο μετὰ πνοιῇσιν ἔθειραι. *Apollon. Rhod.* I. 223. — V. 3. εἵσατο. Plan. et Vat. Cod. — V. 4. ἀγροῦ. Mercurium tanquam agreſtem deum cum Pane jungit *Ariſtoph.* Theſmoph. 986. Ἑρμῆν τε νόμιον ἄντομαι καὶ Πᾶνα. Vide ad *Leonid. Tar.* Ep. XXVII. T. I. P. II. p. 87. Agro tuendo eum praepoſitum habemus in Ep. ἀδέσπ. CCXXXV.

DIONYSII CARMINA ET EPIGRAMMATA.

¶. 253.] *I.* Hos Hymnos unâ cum *Meſomedis* Hymno in Nemeſin primus edidit *Vinc. Galilei in Dialogo della Muſica antica e della moderna. Firenze* 1581. fol. ex cod. Bibl. Cardinalis Angeli, cum notis muſicis, quae etiam reperiuntur in Cod. Bibl. reg. Pariſin. nr. 3321. unde eos auctiores dedit *Burette Mémoires de l'Acad. des Inſcr.* T. V. p. 285. et hinc *Marpurger in der Geſch. der Muſik.* p. 195. ſqq. Eosdem ex ſchedis *Galilei* edidit *Erycius Puteanus* in Hermathena. Hanoviae 1602. 8. Cap. VIII. Cum textu editionis Florentinae in omnibus conſpirat is, quem *Jo. Fellius* dedit (in Appendice Arati Oxonienſis 1682. 8.) ex Cod. in Hibernia invento. Commemorat hos Hymnos eorumque partem edidit *Hercules Bottrigario* in Dialogo *Il Melone.* 1602. Interpretatus eſt eos *Fr. Sneedorf.* in Commentat. de Hymnis Vet. Gr. Hafn. et Lipſ. 1786. 8. — Superſcriptum eſt lemma in Cod. Pariſino; Ἴαμβος Βακχεῖος. Metrum in priore hoc Hymno ſic ſe habet:

1. ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – jambicus dimeter acatal.
2. – ⏑ – ⏑ – ⏑ – jambic. dimeter catal.
3. Ut verſ. primus.
4. Ut verſ. ſecundus.
5. – ⏑⏑ – ⏑⏑ – dactylicus trimeter catal.
6. – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – anapaeſt. dimet. catal. ſive paroemiacus.
7. – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ut verſ. quintus.
8. – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ut verſ. ſextus.
9. – ⏑ – ⏑ – ⏑ – trochaïcus dimeter catal.

— V. 3, αὔρᾳ. Qui ſe deorum praeſentiam ſentire putant, divina aura afflati dicuntur. *Ariſtoph.* in Ran. 316. καὶ δρόσον γέ μ' Αὔρα τις ἐπέπνευσεν μυστικωτάτη. ubi Schol.

ὅτι καὶ ἀῷδας οἱ μύσται ἔφερον καὶ θεία πνοή τις ἐξ αὐτῶν ἐφέρετο. De Bacchio poëtarum praeside *Callimach.* Ep. XVII. ᾧ δὲ σὺ μὴ πνεύσῃς ἐνδέξιος. — V. 4. φρένας δονεῖτω. perturbet animum. *Bion* Eid. IV. 5. νόον ἔρωτι δονεύμενος. *Sappho* fragm. III. Ἔρος μ' ὁ λυσιμελὴς δονεῖ. *Agathias* XXIV. πάντων ἐκδεδόνητο θοαὶ φρένες. Plura hujus generis collegi in Animadv. in Carm. Theocriti p. XXII. — V. 5. Καλλιόπα. Oxon. et mox προυκαταγε τι idem. Noſtrum eſt in Cod. regio. — V. 7. μυστεύετα. De Muſarum myſteriis accipe. *Ariſtoph.* Ran. 359.

II. Hymnus in Apollinem. Scriptus eſt hic Hymnus verſibus anapaeſticis, quorum ſedecim ſunt paroemiaci:

– ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –

octo logaoedici:

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
– ⏑ –

nonniſi unus ab anapaeſtico numero penitus abhorret. Verſ. 9. enim, ut vulgo legitur, ſic ſe habet:

– ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ –

Sed lectio nonnihil depravata videtur. — V. 1–6. deſunt in edit. Flor. et Oxon. Apollinem poëta ſibi fingit appropinquantem, imitatus initium Hymni *Callimachei* in Apollinem. Deo autem praeſente omnis rerum natura ſacro horrore perfunditur, omnia profundo ſilentio teneri vult poëta. Εὐφημείτω πᾶς αἰθήρ. Solemnibus verbis ſacerdotes, ſacri initio, ſilentium indicentes, populum jubent εὐφημεῖν, i. e. σιωπᾶν, ut interpretatur *Schol. Sophocl.* Oedip. Col. 136. Cf. *Ez. Spanhem.* ad Hymn. in Apollin. 17. p. 90. *Dionyſio* obverſabatur *Ariſtoph.* in Theſmoph. 39. εὔφημος πᾶς ἔστω λεώς· Στόμα συγκλείσας. — Ἐχέτω δὲ πνοιὰς νήνεμος αἰθήρ, Κῦμα δὲ πόντου μὴ κελαδείτω ἁλυκόν. — Πτηνῶν τε φύλα κατακοιμάσθω, Θηρῶν

δ' ἀγρίων πόδες ὑλοδρόμων Μὴ λυέσθων. — V. 3. πόντος. *Callimach.* H. in Apoll. 18. εὐφημεῖ καὶ πόντος, ὅτε κλείουσιν ἀοιδοὶ Ἢ λίθαριν ἢ τόξα, Λυκωρέος ἔντεα Φοίβου. *Theocrit.* Eid. II. 38. praesente Hecate σιγᾷ μὲν πόντος, σιγῶντι δ' ἀήτη. Anthol. Lat. T. I. p. 643. *Ecce tacent voces hominum, ſtrepitusque viarum, Et volucrum cantus, turbaque fida canum.* — V. 6. ἀχέτας. deus vocalis et canorus. Hoc ſenſu πυρίπλαστος δόναξ ἀχέτας ap. *Aeſchyl.* Prometh. 578. Vulgo ſic vocatur cicada vocalis. Vide *Interpp. Heſychii* v. ἀχέτας. — V. 7. Aurorae pater Apollo ex phyſicis rationibus, quia ex Solis radiis Aurora progignitur. Mirum vero epitheton χιονοβλεφάρου, candidis oculis inſignis, i. e. ſplendidae ſimpliciter. Inſequitur Apollo roſeum Aurorae currum, ipſe alatis equis invectus. διώκειν ἅρμα, ἵππους, auriga plerumque dicitur, cum equos incitat; ſed hujus loci paulo diverſa eſt ratio. — V. 10. χρυσέαις ἀγαλλ. κόμαις. *Pindar.* Iſthm. VII. 69. ὦ χρυσέα κόμα Θάλλων, Λοξία. Apollo χρυσοκόμας ap. eundem Ol. VI. 71. et paſſim. — ¶. 254.] V. 11. νῶτον οὐρανοῦ. Sic *Euripides* in Electr. 730. Sol τὰ ἕσπερα νῶτ' ἐλαύνει θερμὰ φλογὶ θεοπόρῳ. et ap. *Schol. Theocriti* Eid. II. 166. ἃ νὺξ ἱερὰ Ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκεις Ἀστεροειδία νῶτα διφρεύουσ' Αἰθέρος ἱερᾶς Τοῦ σεμνοτάτου δι' Ὀλύμπου. Similia vide ap. *Ritterſhuſ.* ad *Oppian.* Hal. I. 60. ubi translatas verbi νῶτον ſignificationes recenſet. — ἀκτίστον. *Orpheus* H. in Solem v. 7. ῥόμβου ἀκτιστείου δινεύμασιν οἴμον ἐλαύνων. — Ed. Oxon. habet ἀκτίρατον. Cod. Pariſ. ἀκτίρητον. — V. 12. ἀκτῖνα ἀμπλέκων, explicans radios per coelum; ſive, tibi radios circumdans, radiis caput ornans. αἴγλη δέ μιν ἀμφιφαείνει, Μαρμαρυγαὶ τε πολλὰ καὶ ἠύκομοι χιτῶνες. Hymn. Homer. in Apoll. Pyth. 24. Ibid. Hymn. XI. 10.:

— λαμπραὶ δ' ἀκτῖνες ἀπ' αὐτοῦ
αἴγλῃν στίλβουσι, περὶ χροτάφοισί τ' ἴδεσθαι
λαμπραὶ ἀπὸ κρατὸς χαίτη κατέχουσι πρόσωπον.

— V. 13. πολυδερκία. Oxon. — V. 14. ἑλίσσων. luminis tui ſplendorem circa terram agens. *Euripid.* Phoeniſſ. 3. χρυσοκολλήτοισιν ἐμβεβὼς δίφροις, Ἥλιε, θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα. — Ibid. V. 16. ἀκίρατον. — V. 17. Stellas choros agentes ſibi fingebant veteres. *Euripides* ap. *Clem. Alex.* Strom. V. p. 717. et *Euſeb.* Praep. Ev. XIII. p. 681. E. ſummum deum celebrat, περὶ ὃν μὲν φῶς, περὶ δ' ἐρεμνὰ Νὺξ ἀολλὰς ἀμφιχορεύει. Huc refer etiam *Orpheum* H. in Stell. VI. 4. ἐγκυκλίοις δίναισι περιδρόμια κυκλέοντες. *Varro* ap. *Non.* VI. 16. *Repente noctis circiter meridiem Cum pictus aër fervidis late ignibus Coeli choreas aſtricas oſtenderet.* Hinc apparet, quam apte cl. *Heinrich* h. l. emendaverit:

κατ' Ὄλυμπον ἄτακτα χορεύει.

in notis ad *Muſaeum* p. 120 comparans *Tibullum* II. 1. 88. *Ludite, jam nox jungit equos, currumque ſequuntur Matris laſcivo ſidera fulva choro.* Certe ſaltatio ἄτακτος — magnae ſcilicet et innumerae fere turbae, ὄχλου ἀκρίτου — bene convenit cum cantu remiſſiore, μέλει ἀνέτῳ, quem ſtellis poëta tribuit. Alii eandem aſtrorum choream εὔτακτον appellant; ut *Lucian.* de Saltat. c. 7. ἡ γοῦν χορεία τῶν ἀστέρων — καὶ εὔρυθμος αὐτῶν πεσεωνία καὶ εὔτακτος ἁρμονία. T. V. p. 127. ed. Bip. — V. 20. Φοιβηΐδι. Moventur aſtra ad Apollinis lyram. *Orpheus* H. XXXIII. 16. σὺ δὲ πάντα πόλον κιθάρῃ πολυπέκτῳ Ἁρμόζεις. Quod hoc loco Apollini, idem Hymn. X. 5. Pani tribuit: ἐστρεβλώσατο Ἁρμονίαν κόσμοιο κρέκων φιλοπαίγμονι μολπῇ. — V. 21. γλαυκὰ displicet cl. *Heinrich* ad *Muſaeum* p. 123. idque in λευκὰ mutandum cenſet. Apud *Muſaeum* certe v. 57. Luna eſt λευκοπάρῃος. Sed nihil mutandum. *Ageſianax* ap. *Plutarchum* de Facie in Orbe Lunae T. II. p. 910. (930.) E. de Luna:

πᾶσα μὲν ἥδε περιξ πυρὶ λάμπεται, ἐν δ' ἄρα μέσῳ
γλαυκότερον κυάνοιο φαείνεται, ἠΰτε κούρης
ὄμμα καὶ ὑγρὰ μέτωπα.

et *Empedocles* ap. eundem p. 929. C. εὖρος γλαυκώπιδος μήνης. In talibus γλαυκὸς fulgorem ſignificat. γλαυκὴν ἀῶ dixit *Theocrit.* XVI. 5. et *Himer.* Eclog. XIII. 37. p. 238. γλαυκαὶ δὲ ἀστέρες ἀνίσχοιεν, φαιδρῷ φωτὶ τὴν ἀναγωγὴν καταυγάζοντες. — V. 22. Luna choros ſtellarum ducit, ut maxima omnium. *Theocrit.* Eid. II. 165. Χαῖρε Σελαναία λιπαρόχροα· χαίρετε δ' ἄλλαι Ἀστέρες, εὐκήλαιο κατ' ἄντυγα νυκτὸς ἰοῦσαι. — χόρον eſt in marg. edit. Galilei. χρόνον habet edit. Oxon. et Pariſ. Quid ſit χορὸς ὤριος, non plane perſpicio. An ſic vocantur ſtellae, quia tempora anni moderari et temperare putantur? An ὤριον pro ὡραῖον poſitum, pulchrum, fulgentem chorum ſignificat? De *Orione* cogitavit *Sneedorf*; ſed hic eſt Ὠρίων, non Ὤριον. Nec video, quomodo verborum ſyntaxis ejusmodi interpretationem ferre poſſit. — V. 23. Luna bigis vecta ap. *Callimach.* H. in Dian. v. 140. ſq. Juvencis vehitur ap. *Auſonium* Epiſt. V. 3. *Tertia fiſſipedes renovavit Luna juvencas.* *Fulgentius* Mythol. L. I. p. 24. ed. *Munk.* *Aſtrigeroque nitens diademate Luna bicornis Bullatum bijugis conſcenderat aethera tauris.* ubi vide *Munkerum.* — V. 24. γέννυτεν. Oxon. Pariſ. quod metrum reſpuit. — V. 25. πολυείμονα. Flor. Oxon. Pariſ. πολυείμενα emendavit *Bureste* vertitque: *Et ſon coeur, plein de bonté, ſe réjouit, lorsqu'en faiſant ſon tour, elle étale une parure variée.*

III. Vat. Cod. p. 291. Διονυσίου Ἀνθρίου. Edidit *Reiske* Anth. nr. 750. p. 154. *Jenſ.* nr. 99. Dubitare poſſis, an integrum ſit carmen. Poëta loquitur et vino et imbre madidus. Se Jovi et Baccho ſimul in eum irruentibus parem eſſe negat. Color fere ut apud *Rufin.* Ep. XXIII. — V. 2. βροτῶν vitioſe Vat. Cod.

IV. Vat. Cod. p. 585. Poſterius diſtichon edidit *Salmaſ.* ad Solin. p. 674. A. comparans Epigr. λθίσπ. XIII. T. III. p. 153. quod fecit poſt eum *Toup.* in Cur.

Nov. p. 173. Integrum carmen edidit *Wolf.* ad fragm. Sapphus p. 237. Verſum quartum cum parte tertii laudat *Weſten.* ad N. T. I. p. 487. Color hujus Epigr. ductus ex Ep. *Callimachi* VIII. p. 463. — V. 1. „Pueri „nomen Ἄκρατος. ἄκρατον autem *vinum* ſignificat. Hinc „acumen et venuſtas Epigrammatis. Male itaque Tou„pius Cur. nov. in Suid. p. 18. [173.] Ἄκρατε mutat „in Ἄρατε, contra codicis auctoritatem.“ *Br.* In membr. Vat. ἄκρατε habetur. Luſus eſt in nomine pueri. Si me amabis, Acrate, Chio vino ſis ſimilis, opto, et Chio etiam ſuavior; ſin alium mihi praetuleris, in acetum te mutari volo. Pro στέρξεις ap. Lipſ. marg. στέρξαις offert. — V. 2. χίῳ καὶ χίου. Vat. Cod. — V. 3. βαιὴ Vat. Cod. Pro κρίσις, quod eſt in membranis, Analecta κρίνης exhibent, quod *Br.* in Lectionibus corrigit. — V. 4. ὁ ξυρῷ diviſim apogr. Lipſ. ὀξυρῷ recte habent membranae, *Salm.* et *Wolf.* — „Cod. τυφόμενος. Et ſic Sal„maſius, qui hoc diſtichon protulit in Plinianis p. 674. „ſed in Cod. τερπόμενος emendaverat, quod altero qui„dem praeſtat, ſed genuinum non eſt. Veram lectio„nem reſtituit *Toup.* l. c. φυόμενος.“ *Br.* τερπόμενος habet *Weſten.* l. c. quod eſt in marg. ap. Guyet. cum interpretatione: *culex gaudens dolio ficco.* (quaſi ὁ ξυρῷ legiſſet horum verborum auctor.) Eſt genus culicum, qui aceto gigni putantur. Laudat *Schneiderus* in Peric. crit. p. 23. ubi hoc carmen repetivit, *Ariſtotel.* H. A. V. 19. οἱ δὲ κώνωπες ἐκ σκωλήκων, οἳ γίγνονται ἐκ τῆς περὶ τὸ ὄξος ἰλύος. IV. 8. Ὁ δὲ κώνωψ πρὸς οὐδὲν γλυκὺ προστρέχει, ἀλλὰ πρὸς τὰ ὀξέα. Adde Geoponica L. VI. 12. τρεπομένων τῶν οἴνων κώνωπες ἀναφέρονται, et quae laudat *Schneiderus* ad *Aelian.* H. A. II. 4. p. 42. Hoc culicum genus *cauponarum animalia* appellavit *Plin.* H. Nat. IX. 47. eosque *per popinas lasitare* dixit Adrianus ap. *Aelium Spart.* T. I. p. 157. ubi videndus *Salmaſius.*

V. Cod. Vat. p. 99. Διονυσίου σοφιστοῦ. Eandem inſcriptionem habet in Plan. p. 478. St. 621. W. — V. 1. ἢ τὰ ῥόδα, πωλοῦσα ſcil. Scriptum enim hoc carmen in puellam roſas vendentem. Inepte *Opſopoeus* vertit, quaſi ſcriptum eſſet ἢ τὰ ῥ. — V. 2. σὺν ἀμφότερα. Vat. Cod. Fortaſſe hoc diſtichon obverſabatur *Straroni* Ep. VIII.

¶. 255.] *VI.* Vat. Cod. p. 141. Edidit hoc carmen *L. Holſten.* ad *Steph. Byz* p. 327. *Kuſter* ad *Suidam* v. ἀγροτέρας T. I. p. 39. ubi verſ. 3. excitatur, et iterum v. πρῶνες T. III. p. 217. ubi Lexicographus verſ. 2. cum parte praecedentis protulit. *Reiske* in Anth. nr. 397. p. 1. Dionyſius Herculi clavam ex oleaſtro dedicat. — V. 1. Quaedam apogr. πολόλλιτον habent. πολόλλιθον habent membr. Vat. *Holſten.* et *Kuſter.* quos *Reiskius* ſequi noluit; ſuam conjecturam πολόξυτον Codicis lectioni temere praeferens. Urbs Trachin nomen a ſaxoſa regionis natura traxiſſe, auctor eſt *Stephan. Byz.* l. c. quem exſcripſit *Euſtath.* ad Il. p. 242. 27. Vide not. ad *Euphorion.* Ep. II. T. I. P. II. p. 178. Exſtructa fuit haec urbs ab Hercule. *Strabo* IX. p. 428. *Thucyd.* III. 92. Conf. *Athen.* X. p. 461. F. et p. 462. A. Fortaſſe tamen Trachis h. l. ob eam tantum cauſam commemoratur, quod Hercules ibi habitavit. Vide *Schol. Sophocl.* in Trachin. 39. *Heſiod.* Scut. Herc. 353. — οἴτην. Oetam Hercules inter deos relatus viſere putatur, quia in hoc monte concrematus eſt. — V. 2. ἀδένδρου et πατεῖ male *Holſten.* Vitioſe etiam ἐνδένδρου *Salmaſ.* ad Solin. p. 568. Φολόη mons in Arcadia. *Antip. Sidon.* Ep. XIX. Ibi Hercules, cum ap. Pholum eſſet, Centauros ſuperavit. Cf. *Apollodor.* II. 5. 4. — πατεῖς. *Euripides* in Telepho ap. *Dion. Halic.* T. II. p. 59. ὅς τε πέτρον Ἀχαιάδων δυσχείμερον πὰν ἐμβατεύεις. πατεῖν enim, ἐμβατεύειν, ἔχειν et εἰληχέναι dii dicuntur loca, ubi honore habentur. *Soph.* Oed. Col. 678. ἵν' ὁ βακχειώτας καὶ Διό-

νυσος ἐμβατεύει. Rhesus 224. Αἰνείας ναὺν ἐμβατεύων. Vide not. ad *Posidipp.* Ep. II. T. II. P. I. p. 135. *Abresch.* ad *Aesch.* T. I. p. 205. *Valcken.* ad *Herodot.* VII. p. 535. 99. πατεῖν, pro *versari* in aliquo loco, est ap. *Sophocl.* in Phil. 1060. χαίρε τὸν Λῆμνον πατῶν. *Theocrit.* Eid. XVIII. 20. εἰς Ἀχαιάδων γαῖαν πατεῖ οὐδεμί' ἄλλα. — V. 3. τοὶ. *Holst.* et *Kust.* ἀγροτέρας *Suidas.* — ἐλαίης ἀγροτέρης βόπαλον. Cf. *Theocrit.* Eid. XXV. 207. et Eid. VII. 18. ποιμὴν δ' ἔχεν ἀγριελαίου δεξιτερῇ κορύναν. *terrestem olivam* ejusmodi clavam appellat *Virgil.* Ecl. VIII. 16. De baculo oleagino dedimus quaedam ad *Leonidae Tar.* Ep. XI. T. I. P. II. p. 72. sq.

VII. Vat. Cod. p. 446. sine auctoris nomine. *Dionysio* tribuit Plan. p. 8. St. 15. W. In quem heroëm conscriptum sit, non constat. — μελισσοβότου. Non propria, sed allegorica significatione videtur dictum. Apibus enim poëtae et Musae ipsae comparantur. Vide in Exercitatt. crit. T. II. p. 132. sq.

VIII. Bis legitur in membranis Vat. p. 279. Διονυσίου εἰς Σατύραν ἢ Ἀγχίτοκον ἐν Τύρῳ τελευτήσαντα, et iterum p. 322. Διονυσίου εἰς Ἀγχίτοκον Σατύραν. ζήτει. Sine auctoris nomine Planud. p. 209. St. 305. W. — V. 1. Σατύραν. Vat. Cod. utroque loco. σάτυρον. Plan. ἀγχιτόκον legit *Brodaeus*, ut sit, prope natum, quia Sidonii Tyriis vicini sunt. Vide an legendum sit:

Ἀρτιτόκων Σατύραν Λίβυες λάχε.

Tymn. Ep. VI. T. I. p. 506. οὐ γὰρ ἂν ὧδ' ὤλετο δαιμονίη Ἀρτιτόκος. — V. 2. ἔκρυψε. Vat. Cod. loco pr.

IX. Vat. Cod. p. 320. Διονυσίου Ῥοδ. ἐπί τινι Ῥοδίῳ νέῳ τελευτήσαντι· μήποτε δὲ Φανόκριτος ὀνομάζεται. Dionysius Thrax, qui Pompeji Magni aevo Romae grammaticam docebat, cognomine Rhodii appellabatur, teste *Strabone* L. XIV. p. 655. Vid. *Meurs.* in Rhodo p. 95. sq.

Alius est Dionysius Rhodius, Musonii filius, Periegeseos auctor. — Legitur hoc carmen etiam in Plan. p. 282. St. 408. W. — V. 1. πόλις Ἰαλύσσοιο. In insula Rhodo, ab Ialyso condita. *Homer.* Il. β. 656. *Strabo* XIV. p. 655. In Plan. ἠλυσίοις legitur. *Agros Elysios* etiam *Grotius* vertit. — V. 4. δερψάμενος σοφίην. Ep. in Stat. Athl. XIII. ἀμφοτέρων κύδεα δερψάμενος. *Pindar.* Ol. α. 20. δρέπων μὲν καρυφὰς ἀρετᾶν ἄπο πασᾶν. — V. 4. Similiter *Theocrit.* Eid. I. 72. de Daphnide: τᾶνον χ' ὕπ' ἀγυιοῖο λέων ἀνέλκανες ὀχνέοντα. Cf. *Nonn.* Dionys. XV. 406. Inepte *Brodaeus* γλαῦκας de Athenienſibus interpretatur. — V. 5. ἐπ' ἀσσομένοισιν. Plan. ἀοιδαῖς Vat. Cod. quod verum esse judicat *Brunckius*, ita ut φθέγξεται passiva significatione accipiatur. Nihil simile a futuris vatibus cantabitur, quale tu ceciniſti, scil. Eodem sensu vulgatum ἀοιδὰς explicari potest.

X. Vat. Cod. p. 219. Διονυσίου Κυζικηνοῦ, ut etiam in Plan. p. 285[b]. St. 420. W. In Eratosthenem Cyrenaeum, Alexandriae sepultum. — V. 1. πρηΰτερον γῆρας. Lenis et mitis senectus. Eratosthenes vitam produxit supra annum octogesimum et secundum. *Lucian.* in Macrob. fin. T. VIII. p. 130. Bip. Cf. *Joſ. Scaliger.* ad Hieron. Chron. p. 139. νόσος ἀμαυρὴ nove dictum. Accipiendum videtur significatione transitiva, μαραίνουσα, ἀναιροῦσα. *Hesych.* ἀμαυροῖ. ἀναιρεῖ. μαραίνει. Eleganter autem, eadem metaphora servata, ἀμαυρὴ ἔσβεσεν. Omnino suaviſſima est hujus distichi oratio. — V. 4. „In Planudea le„gitur: οὐ δὲ Κυρήνη μαινὰς ἐπ' ἀτρύτων ἐκτὸς ἔδεκτο τάφων. „ἐκτὸς in ἐντὸς mutandum esse, vel lippus vidiſſet, et mo„nuerat Helmius: [et Joſ. Scaliger in not. mſc.] μαινὰς „interpretantur de Cyrene Nympha, inepte. μαϊὰ σ' „reposuit Ericus Hubertus van Eldick in elegantiſſimo „Suspicionum specimine. [p. 27. sq.] Sed non adhuc „sanata omnia hujus versus ulcera: quid enim est ἐντὸς „ἔδεκτο ἐπ' ἀτρύτων τάφων? Superflua est praepositio ἐπί.

„Tum epitheton ἄτρυτος ſepulcro tributum, res eſt pene „abſurda. In Vat. Cod. ſcriptum una voce ἐπευτρέτων, „quod corruptelae indicium eſt. Scribendum: μαῖά σε „πατρφίων ἐντὸς ἴδεκτο τάφων " *Br.* Praeclara emendatio; ſed quae cl. editor de Vaticana ſcriptura ait, falſiſſima ſunt. In noſtro certe Apogr. quod ubique ipſam membranarum ſcripturam exhibet, legitur: μαῖά σ' ἐπ' ἐτρέτων ἐκτός.

T. II. p. 529.] *XI.* Vat. Cod. p. 533. *Dionyſio* vindicavit hoc diſtichon, quod in Plan. p. 153. St. 223. W. ἄδηλον eſt. Frigide luditur in voce χοιρίδιον, quod porcellum ſignificat. Fures χοιρίδιον de praeda immolantes, cum non *ſuum* (ἴδιον), ſed alienum immolent, χοῖρι tantum, ſublato ἴδιον, mactare dicuntur. Ipſe porcellus loquitur. — V. 2. φανερῶς. cum veſtrum non eſſe probe noveritis.

XENOCRITI EPIGRAMMA.

¶. 256.] Vat. Cod. p. 249. Planud. p. 254. St. 367. W. Lyſidice, cum patre Ariſtomacho ad nuptias contrahendas trans mare navigans, maris tumultu perterrita, e nave excidit. Quum in fluctibus periiſſet, pater ei cenotaphium exſtruxit. — V. 1. χαῖραί σοι πάλαι ποτ' ὦν. Eodem colore *Propert.* L. II. 20. init. *Vidi ego te in ſomnis fracta, mea vita, carina Ionio laſſas ducere rore manus: Et quaecunque in me fueras mentita fateri: Nec jam humore graves tollere poſſe comas.* De naufrago Ceyce *Ovid.* Met. XI. 691. *Pallentem, nudum, et adhuc humente capillo Infelix vidi.* Cf. ibid. v. 656. — δύσμορε. Vat. Cod. Mox idem ναυηγέ. — V. 3. ἐλάσσας. Fere ut Helle ap. *Lucian.* Dial. Mar. IX. 2. T. II. p. 112. Bip. Euro-

pa ap. *Horatium* III. Carm. XXVII. 26. *ſcatentem Belluis pontum mediasque fraudes Palluit audax.* Cf. eundem I. Carm. III. 17. ſqq. — V. 5. χθόνα Κύμην. Vat. Cod. quod *Brunckius* tacite emendavit, ſecutus, ni fallor, judicium *Salmaſii*, quem ſic emendaſſe reperio in libro Lennepiano. Hanc lectionem confirmat lemma, ubi eſt: Εἰς Λυσιδίκην ναυηγήσασαν Κυμαίαν. Vulgo Ταχεὼν legitur. — V. 7. 8. Hoc diſtichon ſeparatim legitur in Vat. Cod. cum lemmate: Εἰς τὴν θυγατέρα Ἀριστομάχου ναυηγήσασαν. — V. 8. οὔτε κόρην. Similis color in Ep. *Antiphanis* IX. ἢν δὲ γυναῖκα Ἐλπὶς ἰδεῖν, ἄφνω ἔσχομεν οὐδὲ νέκυν.

ATHENAEI EPIGRAMMATA.

¶. 257.] *I.* Hoc Epigramma, quod in Vat. Cod. p. 442. et in Plan. p. 11. St. 20. W. auctoris nomine caret, *Athenaeo* τῷ ἐπιγραμματοποιῷ diſerte tribuitur ap. *Diogen. Laërt.* VI. 14. et VII. 30. Stoicorum dogmata inſigni laude ornantur. — V. 1. παναρίστας Vat. Cod. a pr. man. Vulgatum στοϊκῶν primum a *Brunckio* ex membranis Vat. emendatum eſt. — V. 3. τὰν ἀρίστων ἀρετὰν ψυχᾶς. Vat. Cod. — ἄδε. Virtus ſola vitam hominum ſervat. — V. 4. βίοτον. Plan. βύσατο Ed. pr. Flor. Ald. et Junt. Reliquae omnes edd. omnesque codd. βύσατο, quod *Meibomius* in βύσσατο mutavit: temere. Quod enim metro timet, id nihil eſt. Priorem producit βύσατο; ita ut literae ſibilantis duplicatione minime egeat. *Euripid.* Alceſt. 11. Ion. 1298. 1565. Iphig. in Aul. 1383. — πόλιος. Vat. Cod. — V. 5. ἡδὺ πάθημα. Var. Cod. Voluptas, quam alii ſummum vel finem bonorum exiſtimant. — V. 6. ἡ μία τῶν Μ. ἔννεα θ. Vat. Cod. ἔννεα omnes habent; *Meibomius* ἔννεσι emendavit. Una filiarum Mnemoſynes, quae voluptatem laudavit,

eſt

eſt Erato, quam *Athenaeus* invocat L. XIII. p. 555. B. τὸν περὶ ἐρωτικῶν λόγον μέλλων κατατάττειν, et *Apollon. Rhod.* L. III. init.

II. Servavit *Diogenes Laërt.* X. 12. p. 609. unde relatum eſt in Append. Anthol. Plan. p. 525. St. *24. W. Commendat poëta mortalibus, ab inſatiabili cupiditate in graviſſima mala irretitis, Epicuri praeceptum: naturam paucis contentam eſſe, cupiditatem contra infinitam. *Plutarch.* T. II. p. 524. E. *Solonis* dictum afferens, πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνθρώποισι, addit haec: ἀτὰρ τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν ὁ τῆς φύσεως πλοῦτος ὥρισται, καὶ τὸ τέρμα πάρεστι τῆς χρείας, καθάπερ κέντρῳ καὶ διαστήματι περιγραφόμενον. Similia ex Epicuri mente dicta affert *Menagius* p. 481. Quibus addendus eſt locus in *Senecae* Epiſt. XVI. ex Epicuro petitus: *Si ad naturam vives, nunquam eris pauper: ſi ad opinionem, nunquam dives. Exiguum natura deſiderat, opinio immenſum. — Naturalia deſideria finita ſunt: ex falſa opinione naſcentia, ubi definant non habent. Nullus enim terminus falſo eſt. Via eunti aliquid extremum eſt: error immenſus eſt.* — V. 1. τὶ χείρονα. *Diog.* — V. 5. Νεοκλῆος τέκος. Epicurus.

ARISTONIS EPIGRAMMATA.

¶. 258.] *I.* Vat. Cod. p. 200. Planud. p. 438. St. 571. W. Coquus, ſervitutis jugo excuſſo, Mercurio artis ſuae inſtrumenta dedicat. Conf. *Philippi* Ep. XIII. — V. 2. κλεῖδα συῶν. Hoc quid ſit, ignoro equidem. Inſtrumentum fuiſſe videtur, quod aſſandis apris adhibebatur. — V. 2. ἑτνοδόνον. Vide quae notavit *Brunckius* ad *Leonid. Tar.* Ep. XIV. 6. T. I. P. II. p. 78. Vat. Cod. habet ἑτνοδότον. In Planudea ἑτνοδέκον legitur. Sic etiam *Suidas* habet v. ταυέχαλκος T. III. p. 428. ubi vitioſe

exhibetur: *ταναήχαλκόν τε λέβητα ξὺν πελέκει, καὶ τὰν ἰτυοδόκον κορύναν.* Planudeae lectio fucum fecit *Kuſtero*, qui in *Schol. Ariſtoph.* Eqq. 980. ubi hoc hemiſtichium laudatur ſic: *τὰν ἰτιοδόνον τερύναν*, male ſcripſit *ἰτυοδόκον.* — V. 3. *πτερίναν ῥιπίδα* hinc excitat *Suid.* T. III. p. 221. — *τὰν ἄχαλκεν.* Vat. Cod. antiquo errore, qui etiam *Suidam* in errorem duxit. — V. 5. *Suid.* in *ἀρυστρὶς* T. I. p. 340. partem hujus verſus laudat; reliqua verba cum verſ. ſq. in *μαγῖδα* T. II. p. 478. In Planud. *μαγείαν σπόγγον* legitur. In ora cod. *Jani Laſcaris μαγῖδα. ὃ γίνεται ἀπὸ τοῦ μάσσω, τὸν ἀπομάσσοντα.* In Vat. Cod. *μαγεῖα.* Veram lectionem vidit etiam *Joſ. Scaliger.* Quatuor res ſunt, quae in hoc diſticho enumerantur: *ζωμήρυσις, ὀβελοὶ, κοτὶς* et *σπόγγος.* Spongiae *κοτὶς* etat impoſita. — V. 7. 8. *Suidas* in *θυτία. ἡ ἴγδη.* T. II. p. 210. Iterum initium v. ſeptimi laudat in *ἀλεκτρίβανος.* — *λέγεται δὲ καὶ ἀλότρυψ.* T. I. p. 207. quae gloſſa deſcripta eſt ex *Schol. Ariſtoph.* Pac. 258. Eſt biceps piſtillum. *θυΐαν* Vat. Cod. a pr. man. — V. 9. *ὀὐψοπόνος.* Vat. Cod. et unus Planudeorum. Suidas *ὠψοπόνος*, quod doricum eſſet, *ου* in *ω* contracto.“ *Br.* Laudat hoc diſtichon *Suid.* T. II. p. 775. — *ἀπ' ὠσάμενος.* Vat. Cod.

II. Vat. Cod. p. 199. Planud. p. 48. St. 70. W. Ad mures in paupere tugurio fruſtra cibum quaerentes. Conf. *Leonid. Alex.* Ep. XXX. p. 196. — V. 3. laudat *Suid.* in *ἀποδρέψεσθε* T. I. p. 274. in *ἰσχὰς* T. II. p. 156. et iterum cum ſq. verſu in *συχνὸν* T. III. p. 414. ubi vitioſe exhibetur *δρέψασθαι αὖην.* — *τυροῦ* Vat. Cod. — V. 4. Si ſana eſt ſcriptura, ad *δεῖπνον* ſubaudiendum eſt *ἔξεστι.* Sed minima mutatione ſcribendum videtur:

καὶ δείπνων συχνὸν ἄπο σκύβαλον.

copioſis ciborum reliquiis veſcenini in domo locuplete, velut in ea, in quam mus ille urbanus ap. *Horatium* II. Serm. VI. 107. amicum duxerat:

— rubro ubi cocco
Tincta ſuper lectos canderet veſtis eburnos,
Multaque de magna ſupereſſent fercula coena.

Sunt autem haec verba δείπνων συχνὸν ἀπὸ σκύβαλον, ut omnia in hoc carmine, expreſſa ex *Leonida* ſupra laudato, ἀποδειπνιδίου γευσάμενος σκυβάλου. i. e. σκυβάλου ἀπὸ δείπνων. — V. 5. βύβλοισι. Vat. Cod. — V. 6. κλαύσετε. omnes vett. edd. κλαύσεσθ' emendavit *Joſ. Scaliger* in not. mſc. quam emendationem confirmat Vat. Cod. *Si iterum dentes in libros meos acueritis, cum magno veſtro malo intelligetis, vos infauſtam in mea domo commeſſationem agere.*

III. Vat. Cod. p. 279. Edidit *Reiske* Anth. nr. 739. p. 151. (nr. 88. *Jenſ.*) In anum vinoſam, quae, cum muſtum e lacu hauriret, praeceps in eum incidit muſtoque ſubmerſa eſt. Vehementer depravatum eſt hoc carmen in membranis. — V. 3. Vat. Cod. ἠὸ' ἀπὸ ληνοῦ Πῶμα κύκλῳ πιεῖν πλησαμένη κύλικα. *Reiskius* dedit ἦλθε et reliqua ut *Br.* In notis varia comminiſcitur. *Salmaſius* in marg. cod. Guyeti ſic corrigit: ἠὸ' ἀπὸ ληνοῦ Πῶμα πυκῶσα πιεῖν πληθομένη κύλικι Πλὴν δ' κρύσσῃ μογερὰς ἔκαμεν χέρας, quod me fateor non intelligere. *Cornelius de Pauw* in apogr. ſuo ἦκ' ἀπὸ λ. legit; deinde verba ſic conjungit: ἦκ' ἀπὸ ληνοῦ πλησαμένη κύλικα πιεῖν κύκλῳ νεοθλιβὲς πῶμα Βάκχου. *clam venit calicem e torculari impleturа ad bibendum in orbe recens preſſum Bacchi liquorem.* Pro πιεῖν idem in metri gratiam πίνειν corrigit. His conaminibus inveteratum hujus loci ulcus non ſanatur, quod eſt in verbis

πῶμα κύκλῳ πιεῖν — —

quorum apices rimando veriſimilem mihi lectionem elicuiſſe videor hanc:

λαθριδίη Βάκχοιο νεοθλιβὲς ἦλθ' ἐπὶ ληνοῦ
πῶμα γλυκὺ, κλοπίμην πλησαμένη κύλικα.

clam venerat ad dulcem et recens preſſum laticem in Bacchi torculari, ubi furtivum implebat calicem. Vocabuli κλοπίμην veſtigia ſunt in κλωπιεύειν: nec κλοπίμην κύλικα ab *Ariſtonis* elegantia alienum videri poteſt. *Quintus Muec.* Ep. X. ἦν δὲ χειρὶ ψαύσῃς κλοπίμῃ μένον. Adde quod ſic nulla verborum transpoſitione opus eſt. Vir doctus in Ephem. Lit. quae prodierunt Jenae 1795. nr. 45. acute conjecit, legendum eſſe, πῶμα πιεῖν, κυάθῳ πλ. κ. *Cyathus enim fuit vas figlinum, aeneumve, quo vinum hauriebatur e cratere, et in pocula fundebatur*, quae ſunt verba *Fiſcheri* ad Anacr. p. 219. Sed ſic muliercula, furtim muſtum ablatura, paulo majore cum apparatu, quam res pati videtur, ad torculare acceſſit. — ¶. 259.] V. 5. πρὶν δ' ἀρύσαι. Mirum eſt, quod mulier noſtra, priusquam hauſiſſet, fatigata eſt, ἔκαμε χέρα. Putabam

πρὶν δ' ἀνύσαι — —

re nondum ad finem perducta. Mox Cod. Vat. legit: γραῦς δὲ παλαιὴ ὡς ναῦς ὑποβρύχιος. quod *Reiskius* verum putabat, de metro violato ſecurus. *Br.* dedit emendationem *Salmaſii*, quae in marg. ap. Guyet. reperitur et omnem difficultatem tollit. Verum enimvero γραῦς eo loco poſitum, quo a Vat. Cod. collocatur, elegantiam quandam habet, et alia ſupereſt vitii tollendi ratio. Nam emendari poteſt:

γραῦς δὲ, παλαιὴ
νηῦς ὅπως, βρύχιος ζωρὸν ἔου πέλαγος.

In hac lectione etiam corruptelae fons et origo manifeſtius apparet. βρύχιος idem quod ὑποβρύχιος, quam vocem, magis ſibi notam, agnoſcere putabat librarius in ſyllabis ὅπωςβρυχιος. *Heſych.* βρύχιον. ὑποβρύχιον. βυθιζόμενον. Vide *Abreſch.* ad *Aeſchyl.* T. I. p. 67. In Analectis non recte diſtinguitur poſt ὑποβρύχιος, quod arcte cum ἔου cohaeret. *Dionyſ. Halic.* Ant. Rom. II. p. 89. ἔχει' ἂν ὑπόβρυχιος ἡ πόλις. *Pauſan.* IV. p. 328. ὑποβρύχιον

κρύψειν τὴν Μεσσήνην τὸν πάντα αἰῶνα. *Polyb.* I. 37. 2. ὑποβρύχια ἐγένετο τὰ πλοῖα. — ζωρὸν πέλαγος, lacum musti meraci plenum. — V. 7. ἐπὶ τύμβον ἀ. θ. σῆμα. Vat. Cod. σῶμα habet ap. Guy. πῶμα scribendum censebat Vir doctus in Ephem. Jen. l. c. comparans *Leonid. Tar.* Ep. LXXXVII. *Poculum lapideum ejus tumulo imposuit Euterpe.* Acute. — Sed vide an poëta scripserit:

Εὐτέρπη δ' ἐπὶ τύμβον ἀποφθιμένης θέτο σῆμα
ληνὸν, εὐοινήρων γείτονα θειλοπέδων.

Euterpe in memoriam casus illius tumulo imposuit lacum prope vineam. In Epigr. ἀδεσπ. DCLXVIII. quod totum comparandum, anus vini amantissima *cadum* sibi pro cippo positum esse narrat. — Apud *Dioscorid.* Ep. XXXVII. Hieron vinosam anum ἀγρῶν ἐντὸς ἔθηκε, ἵν' ἡ φιλάκρητος ἐκείνη καὶ φθιμένη ληνοῦ γείτονα τύμβον ἔχῃ. Similia vide ad *Meleagri* Ep. CXX. T. I. P. I. p. 133. — θειλόπεδον. ὁ τόπος, ἐν ᾧ ξηραίνεται ἡ σταφυλή. *Hesych.* ubi vulgo θηλόπεδον legitur, quod etiam hoc loco Vat. Cod. exhibet. Vide *Interpp. Hesychii.* — *Marian.* Ep. II. T. II. p. 512. καρπὸς ἐλαίης θάλλει ἐριστάφύλων πάντοσε θειλοπέδων.

THYMOCLIS EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 573. Edidit *Dorville* ad *Charit.* p. 602. Ad puerum de celeri pulcritudinis fuga. — V. 1. μέμνη που. Vat. Cod. quod non mutandum. Nunc fortasse meministi, cum dicerem —. — ἱερὸς apogr. Ruhnk. — V. 3. οὐδ' ὁ τάχ. Vat. Cod. — παρθένοι. Sic codex. Si „genuinum est, pro παρθένοι a παραθέω positum est. „Salmasius emendabat παρθένοι, etiam pro παρθένοις.“ *Br.* In apogr. Guy. et Ruhnk. marg. haec leguntur: *an παρφθάσει. an pro παραθένοι. an vero legendum παραθέοι*

pro παραθείσει a παραθῶ alterutrum certe, ſed poſterius magis placet. Dorvillius, qui a θέω neque θέσω neque θεύσω in uſu eſſe docet, ſed θεύσομαι, magis probat παραφθάσει, quod etiam *Pierſon.* in Veriſim. p. 92. praeferendum putabat. Color fortaſſe ductus ex *Simonid.* Lyr. fr. II. p. 120. ubi vide not. T. I. P. I. p. 203. ſq. — V. 4. νυνὶ δὲ *Dorv.* In Vat. Cod. junctim νυνιδε. Emendatior lectio debetur *Pierſono* l. c. *Dorville* conjiciebat πάντα δὲ νῦν. — ἄνθεά σευ κέχυται. *flos tuus cecidit, defluxit.* Eadem metaphora *Theocrit.* Eid. VII. 120. αἱ δὲ γυναῖκες Αἰ, αἰ, φαντὶ, Φιλῖνε, τό τοι καλὸν ἄνθος ὑποῤῥεῖ.

DAMOSTRATI EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 411. Edidit *Jenſ.* nr. 143. *Dorville* ad *Char.* p. 185. *Reiske* Anth. p. 172. nr. 794. et hinc *Toup.* in Addend. ad Theocr. p. 389. In titulo et v. 3. Δαμασιστράτου nomen reponendum exiſtimat *Heringa* Obſſ. p. 273. „Damoſtratus hic fortaſſe in poëtarum „Epigrammatariorum cenſum venire non debuit. Titu„lus eſt Δαμοστράτου ἀνάθημα ταῖς νύμφαις. Sic in veteri „cod. epigrammata dedicatoria fere omnia, praeter „poëtae nomen, illius etiam nomen praeſcriptum habent, „a quo dedicatio facta. Omiſſum videtur librarii negli„gentia nomen.“ *Br.* Etiam *Dorvillius* dubitabat, an *Damoſtratus* hujus carminis auctor recte perhiberetur.— V. 1. Νυϊάδες. *Dorv.* — V. 2. κατ' a *Jenſio* omiſſum inſeruit *Heringa* et *Dorv.* *Theocrit.* Eid. α. 7. τὸ καταχὲς τήνο τὸ τᾶς πέτρας καταλείβεται ὑψόθεν ὕδωρ. — Pro οὐρείου *Reiskius* malit οὐρανίου. — V. 3. ὔμμιν. Vat. Cod. — V. 4. ξόανα. ξόανον. *Heſych.* Nymphis ſimulacra e ligno dolata ſolebant poni. — ἐννυμφα πρῶνα λ. Vat. Cod. et

Jenſ. Errorem emendavit *Heringa*. ξινὰ poſitum pro ξυνοὺς per metaplasmum Ionicum, ut δεσμὰ et ſimilia.

DIOPHANIS MYRINAEI EPIGRAMMA.

Cod. Vat. p. 140. „Diophanis duorum verſiculo„rum poſterior in vet. cod. additus eſt ab alia manu. „In priori ſcribendum aut ψιλήτης aut φιλήτης. In altero „pro ἐκδιδύσκει Salmaſius conjiciebat ἐκδιδράσκει. An ſub „Cupidinis velitaribus armis inſtructi imagine ſculpti „hendecaſyllabi hi? Res obſcura eſt; ideo ſcripturam „codicis mutare nolui.“ *Br.* In v. 1. membranae habent ψιλλητής. In hac ſcriptura vocem λῃστὴς latere, nullus dubito; ſed quid priori ſyllabae faciendum ſit, obſcurum eſt. Amorem in omnibus latronem referre, affirmat *Diophanes*. ἀγρυπνεῖ. *Horat.* I. Epiſt. II. 32. *Ut jugulent homines, ſurgunt de nocte latrones.* τὸ ἀγρυπνεῖν igitur Amori cum latronibus commune eſt. — θρασύς ἐστιν. *Meleager* Ep. XCI. οὐ χθών φησι τεκεῖν τὸν θρασὺν, οὐ πέλαγος. Idem Ep. XCV. τί δ' ἐμοὶ τὸ θρασὺ τοῦτο τρέφειν. — ἐκδιδύσκειν. unice vera eſt lectio. Reſpicitur ad illud latronum genus, qui, quod veſtes auferebant lavantibus, λουτροδύται vocabantur. Vide *Heinſ.* ad *Heſych.* λουτροδύται. Jam cogita de Amore, qui Herculi leonis exuvias detraxit. λῃστὴς vocatur Cupido ap. *Quint. Maec.* Ep. IX. ubi vide not. In fine carminis legitur nota λείπει. Mihi nihil videtur deeſſe.

ARISTODICI EPIGRAMMATA.

¶. 260.] *I.* Vat. Cod. p. 282. Anth. Reisk. nr. 710. p. 138. (Jenſ. nr. 60.) De duabus mulierculis, quae, Lyſſatae morte audita, ſuſpendio vitam finierunt. — V. 1. ἥρα Vat. Cod. et Jenſ. ἦρω emendavit *Reisk.* *Brunckius* recepit lectionem apogr. Buheriani, quam etiam apogr. *Guy.* et *Rubnk.* praeſtat. Sic quoque *Toupius* in Cur. nov. p. 186. emendavit ex cod. *Musgravii.* Τριετηρίδες feſtum eſt, quod tertio quoque anno celebratur. *Trieterica Bacchi orgia* commemorat *Virgil.* Aen. IV. 302. *Suidas;* Τριετηρίδες. ἡμέραι παρὰ Βιθυνοῖς, ἐν αἷς ἀφ' ἡμέρας πότοι συνεχεῖς ἐγίνοντο. ad quem locum *Toup.* p. 495. noſtrum carmen profert. Sed falluntur, qui Bacchica tantum ſacra hoc nomine appellata eſſe exiſtimant. Feſtum Neptuno in Iſthmo celebratum ταυροφόνον τριετηρίδα vocat *Pindar.* Nem. VI. 69. — V. 2. »Ανεσάτας nomen proprium eſt viri, qui athleta fuiſſe videtur: luſit poëta in oppoſitione epitheti εὔφρων cum nomine Ανεσάτας. Corrupta Jenſii editio [ubi λυσσατὰς legitur, ut eſt in Cod. Vat.] doctiſſimo Toupio ad Suidam III. 220. [p. 495.] fraudi fuit. « *Br.* — V. 3. μιτρᾶν. Eodem modo zona ad ſuſpendium utitur Byblis ap. *Parthenium* Erat. c. XI. p. 32. ed. *Heyn.* καὶ βα κατὰ στυφελοῖο σαρωνίδος αὐτίκα μίτρην Ἀψαμένη, δειρὴν ἐνεδήσατο. Apud eundem vero cap. IX. p. 27. pro οἱ μὲν τισιν αὐτὴν μίτραις ἐκτεῖνον, οἱ δὲ ζώναις, fortaſſe ταινίαις ſcribendum, ex more. Vide *Rubnk.* ad *Tim.* p. 246. Zonis ſe ſuſpenſurae ſunt Danai filiae in *Aeſchyli* Suppl. 473. — V. 4. »In Cod. ſcriptum χερσὶ δὲ διεμαγχεῖς.« *Br.* Fallitur Vir doctiſſ. Cod. exhibet χερσὶ δὲ διουχους. et quam ille pro Codicis ſcriptura habet, *Salmaſii* conjecturae debetur, quae legitur in marg. apogr. Guyet. χερσὶ διεμούχους dedit *Reiske.* διεμούχους emendavit *Toup.* l. c.

Sed in Cur. nov. p. 186. χερσὶν δειραγχεῖς corrigit, ex Cod. *Musgravii*.

II. „Eſt in Planud. p. 266. St. 383. Wech. ubi „Anytae tributum et foede corruptum. In Vat. Cod. e „quo emendatum, titulus eſt: Ἀριστοδίκου Ῥοδίου, εἰς λί„γειαν ἢ μᾶλλον ἀκρίδα. Hunc praeter, cod. etiam Ja. „Laſcaris v. 2. habet ἀκρὶ, μελιζομένην.“ *Br.* Vat. Cod. p. 234. Conf. *Phaenni* Ep. II. T. I. p. 257. — V. 1. οὐκ ἔτι λίγειά σε κατ' vulgo. οὐκέτι δή σε λίγειαν emendavit *Joſ. Scaliger*, quod membranae Vat. confirmant. Sic *Pamphilus* Ep. II. T. I. p. 258. οὐκέτι δὴ χλωρεΐδιν ἀφεζόμενος πετάλοισιν Ἀδεῖαν μέλπων ὑπεροχέως ἰαχάν. — Ἀκιδος. Plan. — V. 2. ἄκρα μελιζομένην ὅ. ἡέλιος. Plan. Vat. Cod. ἄκρα μελιζομένης ἡέλιος. — V. 3. Hunc verſum c. ſequ. laudat *Suidas* T. II. p. 333. in Κλόμενος. οὕτω λέγεται ὁ Ἀιδης ἢ ὅτι πάντας προσκαλεῖται πρὸς αὑτὸν, ἢ ὅτι ὑπὸ πάντων ἀκουόμενος. Ibi ποιήσεται exhibetur et Περσεφόνα. πεκτήσεται vitioſe in nonnullis edd. vett. Φερσεφόνας Vat. Cod. a man. ſec. Pro δροσερὰ *Urſinus* tentabat δνοφερά. Cave, quid mutes. δρόσῳ nutriuntur cicadae, ſecundum vulgarem opinionem. (vid. not. ad *Leonid. Tar.* Ep. LX. T. I. P. II. p. 117. et ad *Meleagr.* Ep. CXI. T. I. P. I. p. 121.) Hanc ob cauſam δροσερὰ ἄνθεα commemorantur. — De *Clymeno* vide ad Ep. *Damagetae* V. p. 39. T. II. P. I. p. 110. *Heinſius* de hoc Pluti nomine agens ad *Ovidium* Faſt. VI. 757. non memor fuit ſplendidi loci ex *Laſi* Hymnis ap. *Athen.* XIV. p. 624. E. Δάματρα μέλπω, Κόραν τε Κλυμένοιο ἄλοχον Μελίβοιαν, ὕμνων ἀνάγων Αἰολίδα βαρύβρομον ἁρμονίαν. Sic haec fortaſſe corrigenda ſunt, quae vulgo vitioſe leguntur. Prior verſus iterum legitur L. X. p. 455. D.

DEMOCRITI EPIGRAMMA.

Anthol. Plan. p. 326. St. 465. W. Hoc carmen, quod Venerem Anadyomenen ab Apelle pictam celebrat, expreſſum videtur ex *Antipatri Sidon* Ep. XXXII. Vide *Ilgen* in Opuſcul. philolog. p. 41. Ipſam deam hic repraeſentari ait, talem, qualis olim ex undis Aegaei maris emerſerit. — V. 6. τὰ κοὶ θέμις. pectus et quae proximum a pectore locum tenent. Haec enim ſola videre mortalibus fas eſt. Haud aliter *Parmenio* Ep. V. de Junonis ſtatua, in qua Polycletus θνητοῖς κάλλος ἔδειξεν, ὅσον θέμις. ubi quaedam hujus generis notavimus.

HERACLIDIS SINOPENSIS EPIGRAMMATA.

¶. 261.] *I.* Cod. Vat. p. 281. Ἡρακλήτου. In Aretemiaden, Cnidiam, Euphronis conjugem, quae ex binis infantibus, quos pepererat, alterum ſecum ad inferos abduxerat, alterum conjugi reliquerat. In eandem mulierem ſcriptum carmen *Antipatri Sidonii* CIV. — Anthol. Plan. p. 234. St. 340. W. — V. 1. μετώπων Vat. Cod. — V. 2. στέφεσι et ἡμιθανεῖς. Vulgo. Utrumque emendatum ex Vat. Cod. Vulgatam ἡμιθανεῖς στέφανοι *Burmannus* accipit de corollis languidulis, ad *Ovidium* T. I. p. 503. Cf. ad *Propertium* p. 323. — φύλλων. Proprio ſenſu de corollis ex foliis duntaxat contextis interpretatur *van Goens* de Cepotaph. p. 85. *Plutarch.* T. I. p. 248. D. οἱ μᾶλλον ἐκ τῶν φύλλων ἢ τῶν ἀνθῶν ὑφαίνοντες τοὺς στεφάνους, δοκοῦσί μοι οὐ κατὰ λόγον χρῆσθαι τοῖς φυτοῖς. Non tamen nimis urgenda propria vocabuli φύλλον poteſtas, quod de *floribus* paſſim uſurpatur. *Theocrit.*

Eid. XI. 26. θέλοις' ὐακίνθινα φύλλα Ἐξ ἴσου δρέψασθαι. Id. XVIII. 39. ἐς λειμώνια φύλλα Ἐρψοῦμες. et passim. — V. 3. Agedum, accedamus ad cippum, quid indicet visuri. — V. 4. λυγρὰ vulgo. In marg. Wechel. γρ. λευκά. Nostrum est in Vat. Cod. cum not. in marg. λευρὰ ἢ ἄλλως πως λευκά. Haec tria ejusmodi sunt, ut vix dixeris, quid reliquis praeferendum sit. λευκὰ ὀστέα dixit *Simonid.* Ep. LXV. *Hesiod.* Θεογ. 540. et alii passim. — V. 6. ὠδίνων οὐκ ἄμοιρος. Vat. Cod. et Plan. Hoc leni transpositione emendavit *Br.* — V. 8. ὃν δ' ἀπ' ἄγω. Vat. Cod. ὃν habet etiam Plan.

II. Cod. Vat. p. 264. sq. Plan. p. 248. St. 360. W. In naufragi Tlesimenis cenotaphium. — V. 3. ἐκύκησεν ἀμὴν νέα. Paulo insolentius dictum. Vulgo pontus dicitur κυκᾶσθαι. De cadavere fluctibus acto *Argentarius* Ep. XXXIII. καὶ τὸν μὲν δαίσαντο κυκώμενον εἰν ἁλὶ θῆρες. Ceterum tempestatis descriptio ducta videtur ex *Homeri* Odyss. IX. 67. sqq. — V. 6. κωφὸν Vat. Cod. κωφὸς λίθος h. l. idem qui κενός, vanum et inane monimentum, quod naufragi nomen habet, dum corpus in undis jactatur. κωφὸν enim exquisita significatione id est, quo nihil efficitur; ut κωφὸν βέλος ap. *Homer.* Il. λ. 390. Vide *Fischerum* ad *Anacr.* Od. XLII. p. 164. et qui primus hujus vocabuli interiorem significationem enucleavit *Valcken.* ad *Ammon.* p. 133. sqq. Sic accipiendum κωφὰς ap. *Meleagr.* Ep. XXIV. ὦ δυσέρως ψυχή, παῦσαί ποτε καὶ δι' ὀνείρων εἰδώλοις κάλλευς κωφὰς (i. e. μάτην) χλιαινομένη.

III. Cod. Vat. p. 248. Planud. p. 252. St. 366. W. Defunctus agricolam monet, ne in ipsius tumulo sulcos ducat. Expressit *Isidorus* Ep. II. T. II. p. 473. — V. 3. αὐτά. Vat. Cod. Haec terra lacrymis irrigata est; ex ejusmodi autem agro haud facile spica foecunda nascatur. Particula δ' perperam posita est initio versus 4. Nunquam enim ea orditur versum. — V. 4. κομᾶτος vulgo.

κόματος ἀναθαλόεντα στάχυν Vat. Cod. Edit. pr. Flor. ἀναθαλήσει. *Salmaſius* in not. miſtis membranarum lectioni patrocinatur, ἀναθαλόεντα a verbo obſoleto θαλόομαι vel θαλόζω derivans, unde θαλύσια. — Recte *Br.* κομάτας. *ariſta comata.* Vide *Meleagr.* Ep. XXVI. 2.

STATYLLII FLACCI
EPIGRAMMATA.

¶. 262.] *I.* Vat. Cod. p. 570. Φλάκκου. In Ladonem, puerum, pulchrum quidem, ſed amantibus ſaevum, qui Nemeſin ultricem expertus, puerum amare coeperat. Edidit *Dorville* ad Charit. p. 30. — V. 1. ἐρατογενειάζων junctim, et ἐραστὰς dedit *Doru.* utrumque contra Codicis fidem. Poſterius emendavit *Pierſon* in Veriſim. p. 85. — στερβότης de animo duro et in alienis praeſertim malis minime leni. Jungitur τὸ στερβὸν καὶ τὸ ἀπαθὲς ap *Lucian.* Nigrin. T. I. p. 67. *Euripid.* in Hecub. 296. οὐκ ἔστιν οὕτω στερβὸς ἀνθρώπου φύσις Ἥτις γόων σῶν καὶ μακρῶν ὀδυρμάτων Κλύουσα θρήνους οὐκ ἂν ἐκβάλοι δάκρυ. — V. 2. σύντομος. Celeri pede Ladonem aſſecuta eſt Nemeſis, quae ab eo, genas vixdum lanugine induto, priſtinae ſaevitiae poenas ſumſerit.

II. Cod. Vat. p. 572. Στατυλλίου Φλάκκου. Primum diſtichon protulit *Dorville* in Vann. crit. p. 147. Integrum *Klotz* ad Tyrt. p. 27. Ductum ex Ep. *Tullii Laur.* I. Cf. T. II. P. I. p. 273. — V. 1. σῶόν μοι. Vat. Cod. In verſus exitu Ἀπόλλω. Vat. Cod. unde Ἀπόλλων fecit, qui apogr. Lipſ. ſcripſit. Si vera eſt Cod. ſcriptura, junge ῥτοόμην Ἀπόλλω, id eſt Ἀπόλλωνα, ex dialecto attica. — V. 4. ἦλθε δέ μοι π. δ' ἐξέφυγέν μ. Vat. Cod. Male apogr. Lipſ. ἐξέφυγεν δέ τ. quod *Klotzius* non habebat quomodo

corrigeret. Cum dixiſſet poëta, ἦλθεν ἐμοὶ Πολέμων, *Polemo mihi rediit facie hiſpida*, ſtatim ſe reprehendit: Quid dico, eum *mihi* rediiſſe, cum potius quam longiſſime a me aufugerit? Commentarii loco ſunt verba *Strasonis* Ep. XII. (ſive potius *Statyllii* noſtri, cujus hoc carmen eſt, et duo ejusdem argumenti inter *Strasonis* carmina relata): Νῦν δ' αὐτῷ Πολέμων ἀνασώζεται· οὐκέτ' ἀφῖκται, Φοῖβε, δασὺς δ' ἦεν οὐκέτι σῶος ἐμοί. — V. 5. μή με. ne me fallere coneris, ſtipulam mihi pro ariſta offerens. καλάμην de exoleto illuſtravimus ad *Aſclepiad.* Ep. I. 4. T. I. P. II. p. 22. — Pro κούφην, quod in marg. apogr. Lipſ. reperitur, et in apogr. Guyeti, Cod. Vat. κωφὴν habet, quod *Klotzius* alteri lectioni, ſive potius conjecturae, praeferendum cenſebat. κωφὴ καλάμη, ſtipula, cui nihil bonae frugis ineſt. — κωφὴν δή. Apogr. Lennep.

III. Cod. Vat. p. 88. εἰς ἑταῖράν τινα. Edidit *Reiske* in Miſcell. Lipſ. IX. p. 101. nr. 281. Lucerna, amicae a poëta dono data, conqueritur, quod turpis puellae flagitia videre cogatur. — V. 1. συνίστορα λύχνον. fidum nocturni amoris teſtem. Locis laudatis ad *Meleagr.* Ep. LXXI. 1. p. 87. adde hunc ap. Plutarch. T. I. p. 414. ubi Demoſthenes, cum Pytheas dixiſſet, ἀλλυχνίων ὄζειν αὐτοῦ τὰ ἐνθυμήματα, amare reſpondiſſe narratur: Οὐ ταὐτὰ γὰρ ἐμοὶ καὶ σοί, ὦ Πυθέα, ὁ λύχνος σύνοιδε. — In verſus exitu ἐρώτων eſt genuina Cod. ſcriptura, pro qua ap. Guyeti et Ruhnk. ἔρωτα exhibet, ων ſuperſcripto. — V. 2. ὄδωκεν ἄπτῃ. Vat. Cod. Noſtrum eſt in ap. Guyet. et Ruhnk. ex *Salmaſii* conjectura. — V. 3 – 6. bis in Cod. Vat. ſcripti diverſis manibus. μαραίνεσθαι dicitur lucerna, quae moerore quaſi conficitur, cernens, quae non cernere malit. Lucernae etiam proprie dicuntur μαραίνεσθαι, cum oleum deficit. *Paul. Silent.* Ep. XXVIII. ὁ δὲ τρίτος ἔρχεται ἤδη Λύχνος ὑποκλάζειν ἤκα μαραινόμενος. *Clemens Alex.* Paedag. II. p. 179. 25. ſenes mero uti jubet, τὸ καταψυχόμενον τῆς ἡλικίας, οἷον μαραινόμενον ὑπὸ

χρόνου, ἀναζωπυροῦντας ἀβλαβῶς τῷ τῆς ἐμπέλου φαρμάκῳ. — V. 4. παντοπαθῆ. Proprie ad puellam pertinet, *quae tot figuris, quot Philaenis enarrat, Novies peractis, prurioſa discedit*, ut eſt in Luſibus LXIV. ubi vulgo peſſime legitur: *Non inventis pruriginoſa discedit;* quod nos emendare conati ſumus. Aeſchinis matrem, meretricem, Ἔμπουσαν fuiſſe dictam narrat *Demoſthen.* Or. pro Cor. T. I. p. 270. 25. ed. R. ἐκ τοῦ πάντα ποιεῖν καὶ πάσχειν δηλονότι.

IV. Cod. Vat. p. 175. Φλάκκου. Edidit *Majus* in Catal. Bibl. Uffenb. p. 583. *Reisk.* in Anthol. nr. 451. p. 20. In marg. Cod. Lipſ. Φαλαίκου ſcribitur, cujus varietatis nullum eſt in Vat. membrana veſtigium. Damoetas, piſcator, ſenex factus, Priapo retia dedicat. — V. 1. ἁλιαλῆτα. Vat. Cod. Noſtrum eſt in marg. ap. Guy. et Ruhnk. In maris litore Priapus a nautis et piſcatoribus colebatur. φυκόγειτον. propter algam marinam, τὸ φῦκος, quam undae in litus ejiciunt. — V. 2. κυσσομέτρης eſſe videtur in Cod. Vat. quod minimo apice diſtat a βυσσομέτρης, quam ſinceram lectionem *Majus* dedit. Qui maria percurrunt, mercatores, piſcatores et alii hujus generis homines, τὰ κύματα μετρεῖν dicuntur, ut in Ep. ἀδεσπ. XXXI. *Leonid. Tar.* Ep. LXII. unde *Oppianus* Halieut. II. 503. exquiſitius, τὸν ἁλοιδμητιν Ὀδυσσέα μυρία πόντου Ἄλγεα μετρήσαντα πολυκμήτοισιν ἀέθλοις. — ¶. 263.] V. 3. ἐκμαγεῖον. Piſcator, qui ſcopulis per omnem vitam ita adhaeſerat, ut cera gemmae inhaeret, πέτρης ἐκμαγεῖον vocatur. Hujus vocis poteſtatem fuſe explicuit *T. Hemſterhuſius* ad *Polluc.* IX. 130. eandemque attigit *Valeſius* ad *Euſeb.* Praep. Evang. XV. 44. p. 845. — Idem ſenſus eſt in verbis βέλλα σκιλάδων. ubi Vat. Cod. male βέλλαν exhibet. — V. 5. „Scribe, ut recte in Cod. „eſt, σοὶ τὰ δίκτυα κἀμφίβληστρα.“ *Br.* In Analectis enim τἀμφίβληστρα dederat. Probanda mutatio, ſed quod ad Codicis auctoritatem provocat cl. editor, id nihil eſt.

Hic enim perſpicue τἀμφίβλητρα legit. — V. 6. „Recte „in Cod. ſcriptum δαῖμον, et ſic edidit Majus in Catal. „Bibl. Uffenb. quod Reiskius, non ob metrum, cujus „nullam habebat curam, ſed temere mutavit in δαίμων. „Ex his ipſis verſiculis conſtare poterat, ſpondaeum, „jambum et trochaeum vices in prima ſede alterna„re.“ *Br.* — εἴσατο. Vat. Cod. — τοῖς ἔθαλπε γῆρας. quibus ſenectutem ſuam conſolabatur, ſuſtentabat, unde ſibi victum parabat. θάλπω. θερμαίνω. παραμυθοῦμαι. *Heſych.*

V. Cod. Vat. p. 175. Στρατύλλου Φλάκκου. Planud. p. 415. St. 550. W. Piſcator Pani pagurum dedicat. De paguro, qui eſt e cancrorum genere et etiamnum in Graecia hoc nomine appellatur, (*Camus* ad Ariſtotel. H. An. p. 162.) vide *Aelian.* H. A. VI. 31. IX. 43. *Oppian.* Halieut. α. 285. ſqq. — V. 1. βαιβοσβελῆ vitioſe Stephan. βαιβοὶ vocantur, οἷς καμπύλα εἰς τὸ ἔνδον τὰ σκέλη, interprete *Polluce* II. 192. Vide notata ad *Archilochi* fr. IX. T. I. P. I. p. 155. — V. 2. *Suidas* T. II. p. 704. ὀπισθοβάμων. ὁ πάγουρος. ὀπισθοβάμονα, τρίχηλον, ὀκτάπουν, νηκτάν. quae ex Anthologia emendanda eſſe probe vidit *Kuſterus.* — ὀκτάπουν. *octipedis cancri terga* dixit *Propert.* IV. 1. 150. *Ovid.* Faſtor. I. 313. *Octipedis fruſtra quaeruntur cornua cancri.* — V. 3. Poſt νηκτὰν Vat. Cod. et Planud. τ' inſerunt, quod rectius omiſit clar. editor. ἀρυμ.ένωτον. quandoquidem paguri ὡς ὅπλῳ θαῤῥοῦσιν τῇ τῆς περιβολῆς σκέπῃ, ut *Aelianus* loquitur l. c. Simili, ſed, ut res poſtulabat, graviori epitheto teſtudinem ornavit *Empedocles* ap. *Plutarch.* T. II. p. 618. B. ubi *Pierſon.* in Veriſim. p. 156. recte emendavit: καὶ μὴν κηρύκων τε λιθορρίνων τε χελωνῶν. qui etiam praeclare reſtituit verſum depravatum in Hymn. in Mercur. 48. πειρήνας ἀλὶ νῶτα λιθορρίνοιο χελώνης.

VI. Cod. Vat. p. 364. Τυλλίου Φλάκκου. Plan. p. 88. St. 129. W. „Male in Planudeae excuſis libris duo

„haec diſticha divulſa ſunt: unum conſtituunt Epigram„ma. In tribus Planudeae codicibus conjuncta ſunt, ut „et in Vatic. — δύσκολος ἡ κρήνη. Ita Codd. et Flor. „etiam editio. Sic ſupra in Philippi LVI. ὀργίλος ὡς ὁ „Πρίηπος.“ *Br.* Jungenda eſſe haec diſticha, etiam *Huerius* vidit p. 11. ſq. Scriptum videtur hoc carmen in fontem, miraculoſa quadam virtute inſignem, quales multos commemoravit *Paulus Silentiarius* in noto carmine in Thermas et *Ariſtoteles* in Mirab. Auſcult. c. 57. 58. et alibi. — V. 1. μηκέτ' ἐρέου. ἐρέου omnes edd. veteres usque ad Aſcenſ. *Joſ. Scaliger* in ſchedis Bodl. ἐρείου emendaſſe traditur. Sed eum ἐρείου ſcripſiſſe exiſtimo. — V. 2. ἡσυχίοις. *tacitis ſuavem potum praebeo.* Subaudi, quod poëta ſuppreſſit: *loquacibus contra amarum.* Sed an veram h. l. lectionem teneamus, dubium reddit Cod. Vat. qui non ἡσυχίοις, ſed ἡσυχίης legit, quam ſcripturam prae altera probat *Salmaſ.* in not. inedit. Huc ſpectat lemma in eodem cod. οἷς πηγὴν ἐπώνυμον Ἡσυχίας. Viator, quem poëta loquacem fingit, δύσκολον, *difficilem*, vocat hunc fontem. Vulgo δύσκολος εἶ κρήνη.

VII. Vat. Cod. p. 365. Plan. p. 116. St. 168. W. Πλάτωνος, οἱ δὲ Ἀντιπάτρου. De auctore hujus diſtichi vide quae notavimus ad *Platon.* Ep. XVIII. Tom. I. P. I. p. 351. ſq. In *Stobaeo* Gesneri Tit. X. p. 127. 5. item *Platoni* ſive *Antipatro* inſcribitur; ap. *Grotium* p. 75. ἄδηλον. — V. 2. βίψεν. τὸν βρόχον ſcilicet.

VIII. Anth. Plan. p. 332. St. 471. W. Expreſſum carmen ex *Alphei Mityl.* Ep. III. p. 128. — V. 1. εὕδεις. dormis, o tu, qui miſeros mortales ſomno privas. — V. 3. Armis depoſitis jacebat deus. ἀφύλακτον βέλος. *Quintus Maec.* Ep. IX. de eodem deo: ὃν δὲ βροτοῖς ἀφύλακτος ἐνέφλεγες ἐν φρεσὶ πυρσόν.

¶. 264.] *IX.* Vat. Cod. p. 372. Edidit *Jenſius* nr. 110. Anth. Reisk. nr. 761. p. 158. In Sophoclem, tragoe-

tragoediis ſuis principatum inter poëtas tragicos adeptum. — V. 1. διεσοί τε. Vat. Cod. quod recte emendavit cl. editor. Majori mutatione *Reiskius* v. 5. ταγὸν σε τραγικοῖο dedit. — V. 2. Reſpicitur *Atreus Sophoclis*, in qua tragoedia, cujus nonniſi duos ſenarios ſervavit *Scholiaſtes Euripidis*, fabulam de nefandis Atrei epulis Phoeboque currum prae horrore retrovertente tractatam fuiſſe, ex hoc loco apparet. — V. 3. πουλυπαθέσι. *Reisk.* — V. 4. βύβλαχαροι τυπίης. ſic Vat. Cod. χαραιτυπίης exhibuit *Jenſius*. Noſtra lectio debetur ſagacitati *Heringae* in Obſſ. crit. p. 269. — Carmina Bacchicis feſtis, quae per χορεοιτυπίην Βρομίου ſignificantur, digniſſima. — V. 6. ταγὸν ἐπεὶ Vat. Cod. et Jenſ. quod *Reisk.* in ταγόν σε mutavit. Idem κατήνυσαν dedit, contra cod. fidem, cujus lectio κατήνεσσαν minime ſollicitanda eſt. *Heſych.* καταινέσω, συγκαταθέσθαι. Cognata ſignificatione ap. *Euripid.* Iphig. Aul. 695. παῖδ' ὅτῳ κατήνεσας. Vide *Abreſch.* Anim. in Aeſchyl. p. 460. — V. 6. φθεγξάμενον. Vat. Cod. et Jenſ. quod a *Brunckio* conſulto mutatum eſſe non puto.

X. Cod. Vat. p. 374. Planud. p. 42. St. 61. W. Hecubae de Polyxena, in Achillis tumulo immolata, querelae. — V. 1. πένθιμον ὑμέναιον. Polyxenam *ſuis cineribus deſponſam* ſibi immolari poſtulaverat Achillis umbra, ap. *Senec.* Troad. 196. apud quem v. 364. Calchas vaticinatur ſic: *Mactanda virgo eſt Theſſali buſto ducis — Pyrrhus parenti conjugem tradat ſuo.* — V. 2. ὀγκωτοῦ τάφου. *Euripid.* Ion. 388. ὀγκωθῇ τάφῳ. Vide quae notavimus ad *Alexandri Aetoli* fr. V. 33. T. I. P. II. p. 243. In Ed. pr. Flor. ἤνυσ' ὀγκωτοῦ. — V. 3. πολυκλαύτοιο. Vat. Cod. — V. 5. εὐξουίοις. Vat. Cod. — V. 6. φθιμένης Vat. Cod. quo perit antitheſis. *Cum viveres*, Hectorem defunctum rapuiſti curru; *defuncta*, vivae Polyxenae caedem poſtulas. — V. 7. ἀϊδόσαο. Vat. Cod. — Quid

eſt, quod tantopere iraſcaris proli meae? Notanda conſtructio verbi ὀδύσαι cum caſu quarto.

XI. Cod. Vat. p. 249. Plan. p. 246. St. 358. W. In naufragum, qui in litore dormiens viperae morſu peremtus eſt. Conf. ſimile carmen *Antipatri Theſſ.* LXII. — V. 3. βεβαρυμένον. Omnes edd. vett. usque ad Steph. ὕπνῳ βεβαρημένος ἠδὲ κυπέλλῳ. Epigr. ἀδέσπ. CCLXXXV. — V. 4. ὃς κάμε ab Aldo in Codd. inventum, temere recepit Aſcenſius, quem Steph. ſecutus eſt. ὡς legitur in tribus Aldinis et ed. Nicol. Sabienſ. Sic ſcribendum eſſe ſponte ſua intellexit *Huetius* p. 23. — V. 5. τί μάτην. Fruſtra itaque contra fluctus luctatus eſt, ut mortem effugeret, quae ipſum in continente manebat.

XII. Cod. Vat. p. 292. Plan. p. 250. St. 362. W. Pueri fatum, quod huic carmini occaſionem dedit, illuſtravit etiam *Philippus* Ep. LXXI. ubi vide not. — V. 1. κρυμοῖσι πεδηθείς. Plan. cujus lectionis depravatio neminem advertit praeter *Joſ. Scaligerum*, qui in not. mſc. πεδητοῦ corrigit. Sed unice vera eſt lectio, quam liber Vatic. praebet, δεδέντος. Flumina *necti* dicuntur *frigore*, ſive *vinciri* et *alligari*; quorum verborum in hac re exempla congeſſit *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 377. et ad *Propert.* IV. 3. 48. p. 758. Vulgata lectio fluxiſſe videtur ex *Philippi* archetypo: κρυμῷ πεπεδημένον ὕδωρ. — ¶. 265.] V. 3. ἔκοψεν. Vat. Cod. — V. 6. ὕπερθε τάφου. Vulgo et in Plan. Erroris a librario commiſſi origo ſponte patet. Certum eſt τάφῳ legendum eſſe, quod pertinet ad ἔθηκε; ad ὕπερθε autem ſubaudiendum τοῦ πάγου. Aliter vitium tollere conatus eſt *Caſaubonus* in not. mſc. ἔνερθε τάφου legens; quod minime praeferendum leniſſimae emendationi *Brunckii*, quae ſenſum longe meliorem et pleniorem reddit. — V. 7. μυρομένα. Vat. Cod.

MUCII SCAEVOLAE EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 391, *Jenſius* nr. 34. Anthol. Reisk. nr. 685. p. 127. „Mucii Scaevolae Epigramma protu„lit in Addendis ad Theocritum cl. Toup p. 391. Ideo „moneo in Cod. ſcriptum eſſe v. 3. ut edidi γυρὰ δ' ἐπ' „ἀλλήλαις. γαῦρα adverbialiter poſitum eſt pro γαύρως. „Non magni momenti eſt, quod in 5. verſ. mutavi. In „cod. ſcriptum οὐκ ἀπὸ πυγμαχίης ἀποπαύεστο. Aliquid „vividius eſt in lectione quam dedi.“ *Br.* — Caprarius loquitur, capellas circa Panis ſimulacrum ludentes exhortans. — V. 1. θύμα. De cibis capris dilectis veterum loca collegit, noſtro non omiſſo, *Schneider* ad *Columell.* VII. 6. p. 399. — V. 3. γυρὰ Cod. et Apogr. quae vidi omnia. *Jenſius* vitioſe πυρὰ dedit, unde *Reiskius* fecit ποῖ ἅα, *Toupius* πὰρ δὲ ἐπ' — parum feliciter. γυρὰ correxit *Heringa* in Obſſ. crit. p. 264. idemque voluiſſe videtur *Bernardus* in Epiſt. ad Reisk. p. 506. *Ruhnkenius* in Epiſt. crit. p. 120. γυρὰ et γαῦρα in eodem verſu non ferens, πυκνὰ corrigit, laudans *Ariſtidem* Panath. p. 151. οὕτω δὲ πυκνὸν καὶ σύντονον ἐξήλαντε. *Oppian.* Hal. IV. 322. καὶ ἀθρόοι ἀμφιχέονται, Πυκνὰ κατασκιόωντες. Quum tamen γυρὰ in Cod. reperiatur, ſe nihil impedire ait, quominus hoc, vel invitis auribus, poëtae reddatur. — ἀλλήλαισι. Vat. Cod. ἀλλήλαις inveni in ap. Ruhnk. Sic etiam *Corn. de Pauw* emendavit. — τὸ γαῦρον hircis et capris tribuitur. *Anyte* Ep. X. ὄμμα κατὰ λαιὸν γαῦρον ἔχει γενύων. Hujus generis quaedam notavimus in Exercitt. crit. T. II. p. 9. ſq. — V. 4. ὑλιβάτην. Vat. Cod. In marg. ap. Guyeti ἠλίβατον. male. ὑλοβάτης Νόμιος Pan, qui per montes et ſylvas errat. ὑλοβάτας idem vocatur ap. *Theaet. Schol.* Ep. III. Sinceram hujus vocabuli formam ex-

hibuit *Ruhnken.* et *Reisk.* *Mucium* noſtrum hoc epitheto uſum eſſe monuit *Cornel. de Pauw* in not. mſc. ut ſignificaret, capras, pratis dulciſſimis relictis, ad ſylvas properaſſe. — V. 5. οὐκ ἀπὸ πυγμαχίης ἀποπαύεστε. Vat. Cod. ἀποπαύστε apogr. quaedam. Melior hujus verſiculi lectio et diſtinctio *Reiskii* ingenio debetur. Ceterum *Mucio*, haec in elegantiſſimo carmine ponenti, haud ſcio an obverſatus ſit locus vividiſſimis coloribus depictus ap. *Theocrit.* Eid. IV. 46. ſqq. — Pro ἀπεχθὴς *Jo. Pierſon.* in Veriſim. p. 68. ἐπαχθὴς corrigit, ſine cauſa idonea. — V. 6. ἀντύς ἡ. Apogr. Guy. qui in marg. ἀντύες ſcripſit, ut in membranis legitur. Vitioſae ſcripturae temere patrocinatur *Corn. de Pauw* ἀντὺς ἧ corrigens. — ἀπ' αἰπολικᾶς. Vat. Cod. quod *Salmaſius* inter deſcribendum emendavit.

TRAJANI IMPERATORIS DISTICHON.

Planud. p. 141. St. 205. W. In hominem quendam ingenti naſo praeditum, ita ut pro gnomone in ſolario eſſe poſſet. — V. 1. ῥίνα. priore ſyllaba correpta, contra uſum a poëtis receptum, qui eam conſtanter producunt. Legendum putabat *Joſ. Scaliger* στήσας ῥὶν, καὶ —. Hujus formae dubito an aliud exſtet exemplum. — V. 2. παρεχόμενας. Ed. pr. Fl. et Ald.

MARCI ARGENTARII EPIGRAMMATA.

¶. 266.] *I.* Cod. Vat. p. 104. Edidit *Reisk.* in Miſcell. Lipſ. IX. p. 136. nr. 315. Inepte auctor lemmatis graeci: Ὅτι θῆλυς ἔρως εὐάρμοστον τῇ φύσει, ὁ δὲ ἄῤῥην ἀνάρμοστος καὶ ἀσεβής. Commendat quidem poëta muliebrem amorem prae puerili, ſed ita ut flagitioſum puerilis amoris remedium indicet. — V. 1. ἐν θνητοῖσι τέτυκται. *Reisk.* ex apogr. Lipſ. quod ſervavit lectionem membranarum. Hoc non conſulto, ſed temere mutatum in ἐν ἀνθρώποισι, quod eſt in apogr. Guyet. et Ruhnk. — V. 2. Quaedam apogr. habent νόος, contra Cod. fidem Qui gravitatem quandam et pudicitiam in medio amore ſervant, iis σεμνὸς νόος ἐς φιλίην ineſſe dicitur. Nam τὸ σεμνὸν et ἡ σεμνότης modo in laude, modo in vituperio ponitur, ut praeclare docuit *Valcken.* ad *Euripid.* Hippol. p. 176. — V. 4. φάρμακον. ut *Theocrit.* Eid. XI. 1. 17. XIV. 52. χ'ὥτι τὸ φάρμακόν ἐστιν ἀμηχανέοντος ἔρωτος. Anthol. Lat. L. III. CCLIII. 21. *Sed tua labra meo ſaevum de corde dolorem Depellant, morbumque animae medicaminis hujus Cura fuget.* — Ceterum idem remedium, ab uxore ſibi monſtratum, tanquam futile traducit *Martial.* XI. 44.

II. Vat. Cod. p. 93. Edidit *Reiske* in Miſcell. Lipſ. IX. p. 107. nr. 284. In verborum luſu hoc Epigramma verſatur, in quo poëta puellam Μέλισσαν cum ape comparat. Conf. ſimiles luſus *Meleagri* Ep. CVIII. *Stratonis* Ep. LXXXVIII. — V. 3. ἠδὺ φιλεῦσα. Cod. Vat. et *Reisk.* Vide ad *Meleagr.* Ep. XIX. 6. p. 37. — Ad ſenſum comparandum Ep. ἀδέσπ. LV. κοῦρή τις μ' ἐφίλησεν ὑφέσπερα χείλεσιν ὑγροῖς· Νέκταρ ἦν τὸ φίλημα· τὸ γὰρ στόμα νέκταρος ἔπνει. — V. 4. ἣν δ' αἰτῇς. *mercedem poſtulans.* Vide ad *Aſclepiad.* Ep. I.

T. I. P. II. p. 21. *Ovidius* A. A. I. 418. *Magna ſuperſtitio tibi ſit natalis amicae: Quâque aliquid dandum eſt, illa ſit atra dies.*

III. Vat. Cod. p. 102. Protulit *Reiske* in Miſc. Lipſ. IX. p. 133. nr. 312. Cum puella poëta rixatur, ut tunicam deponat ſuique corporis copiam ipſi faciat. Lyſidicam quandam commemorat *Theodoret.* Therap. p. 674. ἢ ἐλούετο μήτε τὸν χιτωνίσκον ἐκδυομένη, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς αἰδοῦς; quae cum idem fere faceret, quod *Argentarii* amica ὁμώνυμος, longe tamen diverſa indole fuiſſe apparet. — V. 1. τὰ δίκτυα. veſtem tenuiſſimam, quae, cum corpus male tegat, deſiderium ipſa nuditate vehementius inflammat. κακόσχολε. *naſutulam* vertit *Reiskius*; male. Finge tibi poëtam, quem, Lyſidicen ſuam ſuper lecto in ulnis tenentem, nihil prohibet, quo minus pleniſſimum voluptatis fructum capiat, niſi tenuis illa tunica et *inepta* puellae *ceſſatio*. Jam vides puellam, quae

— male trahebat tempus,

et

tunica duxit operta moram,

Propert. II. 12. 13. ob has moras κακόσχολον vocari. Sic itaque amatorem ſuum torquebat Lyſidice, ut *Propertium* Cynthia L. III. 20. 8. conquerentem, quod illa *extremo dormiat amicta toro;* et illa ap. *Ariſtaenetum* L. I. XXI. p. 52. quae vix tandem miſere amantis precibus cedens, παράδὸξεν αὐτῷ πρεδιώρισε μέτρον· ἅπτου, φησὶ, τῶν μαστῶν· ἡδίστων ἀπόλαυε φιλημάτων· καὶ προσαγκαλίζου περιβεβλημένῃ με τὴν ἐσθῆτα· γάμον δὲ μήτε πολυπραγμόνει, μήτε πρόσδοκα. — V. 3. οὗ σε περ. λεπτοστολιδώμασι. Vat. Cod. *Brunckius* recepit emendationem *Salmaſii* in marg. ap. Guyet. notatam, quae ſenſum efficit ſatis commodum: Tam tenuis te circumdat tunica, per quam omnia tua nuda conſpiciantur, et tamen non conſpiciantur. Certe haec lectio praeferenda lectioni Reiskianae, οὗ σε

π. λεπτὸς στολιδώμασι πέπλος, et ei, quam ſchedae Trilliſchianae habent, οὗ σε π., λεπτόστολι, δώμασι πέπλος — quae aliquando arriſit *Schneidero*, qui in Peric. crit. p. 10. hanc interpretationem adjecit: indignari poëtam puellae, quod domi nuda, ſed a nullo ſpectata incedat, ad ſe autem veſtibus tenuibus induta veniat, per quas libidinem magis irritet et accendat. — At rerum, quas Lyſidice domi agat, commemoratio ab hoc loco aliena eſt. Notanda vox στολίδωμα pro στολὴς poſita. πέπλων στολίδες dixit *Euripid.* in Bacch. 934. et στολμοὺς πέπλων paſſim; unde in ejus Hecuba v. 1013. recte nobis emendaſſe videmur: ποῦ δῆτα; πέπλων ἐν στολῇ κρύψασ' ἔχεις; pro eo quod vulgo legitur: πέπλων ἐντὸς ἢ κρ. ἔ. Cf. quae notavimus in Exercitt. crit. T. I. p. 20. — V. 4. πάντα. *Horatius* I. Serm. II. 101. poſtquam matronam deſcripſit, palla circumdatam, meretricem libertinam commendat, in qua nihil obſtet, quominus res dilucide appareat — *Coram tibi pene videre eſt, Ut nudam.* Ejusmodi veſtibus induti indutaeve *pellucere* dicebantur; ut ap. *Juvenal.* II. Sat. 77. *Acer et indomitus libertatisque magiſter, Cretice, pelluces. Tibull.* IV. 6. 13. *Adnue, purpureaque veni pellucida palla.* ubi vide *Heyn.* Poëta anonymus, qualem ſibi puellam pingi velit, pictorem docens, *Nil pingendo neges*, ait, *tegat omnia ſerica veſtis, Quae totum prodat tenui velamine corpus.* Anthol. Lat. L. III. 278. p. 696. Plura hujus generis collegerunt *Interpp. Aeliani* V. H. VII. 9. et *Fiſcher.* ad Anacr. p. 110. — V. 5. χαῖον. *Hoc falſum eſſe putas? Catull.* XII. 4. Feſtivius noſter, quam *Propertius* II. 12. 17. in re ſimili graviora minatus: *Quod ſi perſendens animo veſtita cubaris, Sciſſa veſte meas experiere manus.* — τοῦτο, τὸ πίος ſc. Pronomina enim ſaepe ad res obſcoenas ſignificandas valent. Cf. ad *Straton.* Ep. L.

¶. 267.] *IV.* Cod. Vat. p. 106. Edidit *Rubnk.* in Epiſt. crit. p. 75. *Reisk.* in Miſcell. Lipſ. IX. p. 142.

nr. 320. — V. 1. Haec fortaſſe obverſabantur *Agathiae* Ep. VIII. 14. ſqq. — V. 2. χείλεα τε. Vat. Cod. — V. 3. χρῶτα λαβών. Vat. Cod. βαλών ex *Salmaſii* emendatione legitur in marg. Guyet. apogr. In eadem re *Theocrit.* Eid. II. 140. καὶ ταχὺ χροὸς ἐπὶ χρωτὶ πεπαίνετο. — τὰ λοιπά. *Ariſtaenet.* L. I. 17. p. 43. τὰ δ' ἄλλα, οἶδας γὰρ ἐποῖα τὰ λοιπὰ, νόει μοι κατὰ σαυτὸν, οὐδὲν περιττοῦ δεόμενος λόγου. *Philodem.* Ep. XVII. σὺ δ' ὦ φιλεφάστεια κοίτης Ἥδη τῆς Παφίης ἴσθι τὰ λειπόμενα. — V. 4. μάρτυς ἐφ' οἷς λύχνος. Hoc ordine verba leguntur in Cod. Vat. Verbis transpoſitis λύχνος ἐφ' οἷς μάρτυς ἐ. Ducta ſunt haec ex *Aſclepiad.* Ep. XXVII. quae inter ſe et cum aliis comparavit *Pierſon.* ad Moer. p. 442.

V. Cod. Vat. p. 97. Edidit *Reiske* in Miſcell. Lipſ. IX. p. 126. nr. 304. Ad Antigonen Siculam, quam, cum munera poſceret, Aetolam, ἀπὸ τοῦ αἰτεῖν, factam eſſe ait poëta. Ipſe vero Μῆδος factus eſt, οὐδὲν διδοὺς αὐτῇ ſcilicet. Prior pars hujus luſus ducta ex *Ariſtoph.* Eqq. 79. ubi de Cleone Demoſthenes ὁ πρωκτός ἐστιν αὐτόχρημ' ἐν Χαόσιν, Τὼ χείρ' ἐν Αἰτωλοῖς. ubi recte Scholiaſtes: οὐκ ἐν Αἰτωλίᾳ, ἀλλ' ἐν τῷ αἰτεῖν. Alterum in ſuum uſum convertit *Fronto* Ep. I. p. 346. μὴ γίνου Μῆδος· Σάκας γὰρ ἔσῃ μετὰ μικρὸν, Καί σε ποιήσουσιν αἱ τρίχες Ἀστυάγην.

VI. Cod. Vat. p. 549. Planud. p. 145. St. 211. W. De Antigonae et Philoſtrati cujusdam amoribus. — V. 1. παλαιστιαῖς. quinque palmis Iro pauperior, pauperrimus hominum. Paroemiacae locutionis ſpeciem habet. Similiter *Ariſtophan.* in Ran. 91. tragoediarum ſcriptores ridens, eos vocat μειρακύλλια Τραγῳδίας ποιοῦντα πλεῖν ἢ μύρια, Εὐριπίδου πλεῖν ἢ ὀκταδίῳ λαλίστερα. Nec multum abſimile hoc *Eupolidis* ap. *Schol. Ariſtoph.* in Acharn. 529. ὥσπερ οἱ ἀγαθοὶ δρομεῖς Ἐκ δέκα ποδῶν ἥρει λίγων τοὺς ῥήτορας. ut h. verſum reſtituit *Wyttenbach.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 7. ſq. Hinc apparet, nihili eſſe

emendationem *Brodaei* et *Scaligeri*, qui παλαιστὴς corrigunt, in errorem inducti lectione depravata v. 2. πεντεπενιχρότερος, quae in omnibus antiquis edd. obtinet, usque ad *Stephanum*. — Philostratus noster misere amabat Antigonen, sed cum non haberet, quomodo ei noctis pretium solveret, eum irriti amoris flamma vehementer excruciatum esse, sponte intelligitur. Tandem per hiemem remedium amoris invenit. ἀντία γὰρ ἔχ. Nihil sani Intrpp. ad hoc distichon afferunt. Unus Scholiastes recte intellexit, lusum esse in nomine puellae Ἀντιγόνη et ἀντία γούνατα σχών. Ἐκοιμήθη μετ' Ἀντιγόνης ἀναντίον τῶν γονάτων θεὶς τὴν κεφαλήν. Non tamen cum ipsa Antigone cubuit, sed cum contractus, genubus pectori admotis, cubaret, non quidem Ἀντιγόνην ipsam, sed tamen ἀντία γόνατα habebat. Frigidus lusus: sed hic verus poëtae sensus.

VII. Cod. Vat. p. 100. Μάρκου Ἀργενταρίου. In Planud. p. 475. St. 617. W. *Rufino* tribuitur, cujus duo praecedunt carmina in Collectione Cephalae. Verum amorem in deformium puellarum desiderio cerni facete docet. — V. 3. πεφορημένος ἴοις. Vat. Cod. quod minus in hac re usitatum commodum tamen sensum efficit.

VIII. Cod. Vat. p. 403. sq. Planud. p. 85. St. 125. W. In gallum gallinaceum, qui gratum poëtae de puella somnium turbaverat. Conf. *Meleagri* Ep. LXXII. et not. T. I. P. I. p. 87. sq. *Alciphron* L. III. Ep. X. p. 298. ἐπιτριβείη καὶ κακὸς κακῶς ἀπόλοιτο ὁ κάκιστος ἀλεκτρυὼν καὶ μιαρώτατος, ὃς με, ἡδὺν ὄνειρον θεώμενον, ἀναβοήσας ἐξήγειρε. — V. 1. ἀφ' ἥρπασας. Vat. Cod. Eodem verbo in eadem re utitur *Anacreon* XII. τί μευ καλὸν ὀνείρων Τροφέλιαι φωναῖς Ἀφήρπασας Βάθυλλον. — V. 3. θρέπτρα. i. e. θρεπτήρια sive τροφεῖα, alimentorum mercedem. Vide ad *Meleagr.* l. c. — ὠότοκος ἀγέλη. gallinarum grex, inter quas gallus principatum tenet. Perpe-

ram Vat. membranae πάσης ὠστόκου — ἀγέλην. — V. 5. μά. Vulgo. καὶ eſt in Cod. Vat. — 268.] V. 6. ὠμέ-ραμεν. Vat. Cod. et Plan. Verba ἀλλ' ἔξεις βωμὸν poſita videntur pro βωμὸς ἔξει σε. Sed vereor, ut ſana ſit lectio. *Argentarium* ſcripſiſſe puto:

> ναὶ βωμὸν καὶ σκῆπτρα Σαράπιδος, οὐκ ἔτι νυκτὸς
> φθέγξεαι, αἱμάξας βωμὸν ὃν ὠμοσάμην.

Theocrit. Epigr. I. 5. βωμὸν δ' αἱμάξει κεφαὸς τράγος. *Lycophr.* v. 992. κελαινῷ βωμὸν αἱμάξῃ βρότῳ. *Pauſan.* L. III. 16. p. 249. flagellationis puerorum ad Dianae Orthiae aram exponens rationem, oraculum ait Spartanis obtigiſſe, αἵματι ἀνθρώπων τὸν βωμὸν αἱμάσσειν. In ſacrificio quodam ap. Romanos τὴν μὲν οὐρὰν τις ἀποκόψας ἀπὸ τὴν Ῥηγείναν καλουμένην κομίζει καὶ τὸν βωμὸν αἱμάσσει. *Plutarch.* T. II. p. 287. A. *Catullus* XIX. 15. *Sanguine hanc etiam mihi, ſed tacebitis, aram Barbatus linit hirculus, cornipesque capella. Virgil.* Eclog. I. 8. *Illius aram Saepe tener noſtris ab ovilibus imbuet agnus. Ovidius* IV. ex Ponto 8. 39. *Agnaque tam lactens, quam gramine paſta Faliſco Victima Tarpejos inficit icta focos.* Hinc in Anthol. Lat. T. I. p. 36. *Corniger hos aries humilis, et maxima taurus Victima ſacratos tinguet honore focos.*

IX. Marco Argentario hoc carmen tribuit Vat. Cod. p. 382. quod ἄδηλον eſt in Plan. p. 95. St. 140. W. In Anthologia edita exſtare immemor tanquam ineditum dedit *Iriarte* in Catal. libl. Matrit. cod. XXIV. — V. 1. βύβλον h. l. et verſu 3. Vat. Cod. Ἔργα καὶ Ἡμέρας *Heſiodi* ſignificari ex ſqq. apparet. ἐλίσσων ὑπὸ χερσίν. *Alciphron* L. I. p. 104. χάρτην διὰ χειρὸς ἔχοντα. Idem p. 140. σχῆμα ἔχων καὶ βυβλίδιον μετὰ χειρός. — In ἐλίσσων de *volumine* cogites. *Strabo* Ep. L. librum amaſii felicem praedicans, te, ait, ἢ τρυφεροῖς σφίγξει περὶ χείλεσιν, ἢ κατὰ μηρῶν Ελικήσει δροσερῶν, ὦ μακαριστότατον. — V. 4. ἔργα et πράγματα παρέχειν dicuntur, qui aliis impedimento ſunt

et moleſtias creant. Finge tibi poëtam abjectis *Heſiodi* Ἔργοις puellae ſuae obviam feſtinantem.

X. Cod. Vat. p. 90. Planud. p. 479. St. 622. W. A puella, quam deperibat, relictus, munera parat, quibus fugientem reducat. — V. 1. χρυσόκερος. duae Ald. δέρκει. Vat. Cod. πυριλάμπει. idem. — V. 2. ἑστέρας. Vat. Cod. — μυρίπνους vulgo. — V. 3. ὥς γε μ. Vat. Cod. — V. 4. ἑκταίην. ut ap. *Theocrit.* Eid. II. 156. τῶν δέ τε δωδεκάταιος ἐφ' ᾧ τέ νιν οὐδέποκ' εἶδον. Sex dies igitur effluxerant, per quos puellam non viderat. τὴν μάγον. veneficam, ob vim procul dubio, quam in poëtae animum exercebat. — V. 5. *Brunckius* unde ἀγρεύσομεν ſumſerit, non indicavit. Vulgo enim et in Vat. libro ζητήσομεν. quod verbum huic loco minime convenit. Fortaſſe tamen paulo propius ad vulgatae lectionis ductus legendum eſt:

ἀλλ' ἕμπης αὐτὴν ζωγρήσομεν — —

De meretricula agens *Lucianus* T. III. p. 43. auro facile cedente, πάνυ ἐνδίδωσι πρὸς ταῦτην τὴν ἁπαλὴν ἡ γυνή, ait, — ἂν δ' ἀργύριόν που ψοφῇ, ἔρχεται πρὸς τὸν ἦχον. — Pro ἀργυρέους σιδήρους Aldus in Cod. quodam invenit gloſſam: ἀργύριον. δῆρα.

XI. Cod. Vat. p. 101. Planud. p. 479. St. 623. W. In puellam macilentam, ſed probam. — V. 1. Ἀφροδίτην ex Vat. Cod. revocatum eſt, pro Ἀφροδίτης, quod *Arnaldus* in Spec. Animadv. p. 135. fruſtra in Diocleae laudem accipit, quaſi ipſa Venere *gracilior* vocetur. — Ἀφροδίτην amaſiam appellabat poëta propter inſignem pulcritudinem, non tamen negans, eam minus ſucculentam eſſe. Ceterum *Huetius* p. 48. dialogum eſſe videri monuit, alioqui legendum: ὄψομαι. Hoc malim, quam de dialogo cogitare. — V. 3. τὸ μεταξύ. non multum inter me et ejus animam erit. — Mox vulgo ἐς δὲ τε-

θεινὰ στέρνα πεσών. quod ex Vat. Cod. mutatum eſt. — V. 4. ψυχεῖς. Vat. Cod.

XII. Cod. Vat. p. 103. Planud. p. 480. St. 623. W. Duas puellas, Euphranten et Lyſidicen amans poëta, ſe illam alteri longe praeferre ſignificat. — V. 1. ἔγχει Λυσιδίκης. Conf. *Meleagr.* Ep. XCVIII. XCIX.

¶. 269.] *XIII.* Vat. Cod. p. 105. ſq. Poëta Alcippen ſuam amplexibus tenente, mater puellae ſuperveniens ſibi quoque oblatae voluptatis partem expetebat. — V. 1. ἐφίλευν μέγα. ut ap. *Paul. Silent.* Ep. II. μαχρὰ φιλεῖ Γαλάτεια καὶ ἔμψοφα, μαλθακὰ δημώ. Male autem *Opſopocus amabam nimis* vertit. — V. 4. περισσότερον. Malim

περισσότερος,

ne quis curioſior amoris myſteria cerneret. — V. 5. ἔλαθον. Plan. quod ſenſum habet tolerabilem. ἔλαθεν, quod *Br.* ex Vat. Cod. recepit, ad praecedentem enuntiationem referendum eſt: Oſcula mea et amplexus, quibus Alcippen fovebam, non latebant Alcippes matrem. Quod cum paulo duriusculum eſſet, nec epitheton matris λάλον, ſi abeſſet, deſideraretur, corrigendum putavi olim:

μητέρα δ' οὐκ ἔλαθεν ΚΑΙΝΗϹ ΣΑΛΟϹ.

κεινὴ et κλίνη mutata vidimus in *Aſclepiad.* Ep. XX. VII. verſ. ult. Cf. *Pierſon* ad *Moer.* p. 442. Matrem Alcippes non latuit *tremuli lecti agitatio et ambulatio*, ut *Catullus* loquitur Carm. VI. 9. unde *Ovid.* III. Amor. XIV. 24. *Spondaque laſciva mobilitate tremit. Juvenal.* IX. 77. *teſtis mihi lectulus et tu, Ad quem pervenit lecti ſonus.* — V. 6. ἐμῆς κοινός. *Eia, inquit, in commune quidquid eſt lucri.* ap. *Phaedrum* V. 6. ubi vide *Burmannum.* Adde *Interpp. Theophr.* Char. XI. 18. et *Weſſeling.* ad *Diodor. Sic.* T. I. p. 391. 92.

XIV. Cod. Vat. p. 104. Planud. p. 482. St. 625. W. Poëta puellae coronam offerens eam de pulcritudinis

ſuae brevitate admonet. Expreſſit hoc carmen *Rufinus* Ep. XV. — V. 1. ἡδύπνοι. Ed. Flor. ἡδύπνοις reliquae. Noſtrum debetur Vatic. libro. μύρον εὕδειν de ſuaviſſimo ſomno videtur poſitum. Nam omnia ſuavia et jucunda μύρον appellant veteres. Similiter verbo ἦαρ utitur *Theocritus*, qui ἦαρ ὀρθωσα dixit Eid. XIII. 45. Pro εὕδεις Vat. Cod. ὄσδεις legit, quod contextui minus aptum. — V. 4. Ad ſenſum cf. *Platon.* Ep. IV. et *Propert.* IV. 5. 59. ubi *Burmannus* noſtrum carmen laudavit. Idyllium de roſa in Anth. Lat. L. III. CCXCII. 45.:

Quam modo naſcentem rutilus conſpexit Eous,
Hanc rediens ſero veſpere vidit anum.
Sed bene, quod, paucis licet interitura diebus,
Succedens aevum prorogat ipſa ſuum.
Collige virgo roſas, dum flos novus, et nova pubes,
Et memor eſto, aevum ſic properare tuum.

Philoſtrat. Epiſt. XXXIV. p. 928. μαραίνεται καὶ γυνὴ μετὰ ῥόδων, ἂν βραδύνῃ μὴ μέλλε, ὦ καλὴ, συμπαίζωμεν, στεφανωσώμεθα τοῖς ῥόδοις.

XV. Hoc carmen, quod in Planud. p. 468. St. 609. W. *Philodemo* tribuitur, Vat. Cod. *Argentario* noſtro vindicat p. 103. Scriptum eſt in Soſicratem quendam, qui, dum dives eſſet, gratia et amore valebat; ad paupertatem redactus, ab amoris cruciatibus liberatus eſt. — V. 2. λιμός. Ex *Cratetis* praecepto fr. I. ἔρωτα παῦει λιμός. ubi vide quae notavimus Tom. I. P. I. p. 379. et ad *Callim.* Ep. XIV. 5. T. I. P. II. p. 270. — V. 3. μύρον καὶ τερτνὸν Ἄδωνιν. Fortaſſe ductum ex *Bionis* Epitaph. Adon. 78. ὀλλύσθω μύρα πάντα, τὸ σὸν μύρον ὤλετ' Ἄδωνις. Ap. *Plautum* in Moſtell. I. 3. 151. Philematium ad Philolachen *Vin' unguenta?* ait; ad quae ille reſpondet: *quid opus eſt? cum ſtacta accubo.* — Pro καλεῦσα vulgo καλοῦσα legitur. — V. 4. σου. Vat. Cod. νῦν το. Plan. — V. 5. τίς; πόθεν εἰς (Vat. ἦς) ἀνδρῶν; formula

solemnis ap. *Homerum*, qua hospites interrogantur. Postea contemtus significationem habere coepit. *Stob.* Flor. LXXXIV. p. 491. Ἀντίγονος ὁ βασιλεὺς βλαπτὸν τὸν φιλόσοφον διαβληθέντα ὡς δυσγενῆ, ἤρετο· τίς, πόθεν εἶς ἀνδρῶν; πόθι τευ πόλις ἠδὲ τοκῆες; Alia quaedam exempla dedit *Lennep* ad Phalar. p. 128. — πόλις ἡ Vat. Cod. — ὡς εὐδεῖς. *Scilicet uxorem cum dote, fidemque et amicos Et genus et formam regina pecunia donat.* *Horat.* I. Epist. VI. 36. *Theognis* ap. *Stob.* Tit. XCV. p. 519. πᾶς τις πλούσιον ἄνδρα τίει, κτίει δὲ πανιχρόν. Cf. ad *Luciani* Ep. XXXVIII. p. 316.

XVI. Nostro vindicavit Cod. Vat. p. 102. cum in Planud. p. 484. St. 628. W. ἄδηλον sit. „Obscoenum „carminis sensum aperuit Brodaeus; sed quae in eo „depravata erant, pro bonis habuit, aut de eorum emen„datione non fuit sollicitus.“ *Br.* Scriptum est in mulierem impuri oris. — V. 1. Μηνοφίλας λ. π. μαχλάδι π. Vulgo et in Vat. Cod. Vera videtur *Brunckii* emendatio. — Alterum quendam mundum apud Menophilam meretricem cernere licet. — V. 3. ἀλλ' ὅτε. Vulgo. ὅτε debetur membranis. Agedum, astrologi, ad eam accedite ejusque coelum contemplamini, quod canem et geminos, astra notissima, intra se continet. εὐρανὲς h. l. ambiguo sensu est positum. Superiores enim partes significat, ut ap. *Lucian.* Epigr. I. Laïs fellatrix munera dicitur afferre ἀπ' εὐρανίων. *Nicarchus* Ep. V. Ζηνὶ δ' ἴσας Κλεόβουλος, ὃς οὐρανὸν εἰσαναβαίνειν, Τὸ ψολόεν κατέχων ἐν χερὶ πῦρ, ἔλαχε. — V. 4. κύνα. *Hesych.* κύων. — δηλοῖ δὲ καὶ τὸ ἀνδρεῖον μόριον. Similiter ludit *Strato* Ep. LXVII. μίσγεσθαι ταύρῳ χρὴ φλογόεντα κύνα. — διδύμους. *Philodem.* Ep. VIII. ἢ τό γε λοιπὸν Τεὺς κείνου πελάκει δεῖ διδύμους ἀφελεῖν. ubi vide not. et *Hesych.* v. δίδυμοι.

T. II. p. 529.] *XVI*a. Vat. Cod. p. 451. Edidit *Reiske* inter carm. Jens. nr. 731. p. 147. Etiam hoc

carmen in fellatricem mulierem ſcriptum, in cujus nomine poëta ludit. — V. 1. Λαιδροῖς emendavit *Reiskius*. λαιδρὸς. λαμυρὸς. ἀναιδὴς. δεινὸς. θρασὺς. ταχὺς. ἀριστερὸς, *Heſych.* Tractavit hanc vocem *Ruhnk.* in Epiſt. crit. p. 88. Emendationis tamen neceſſitatem non video. Clam quidem Heraclea illud flagitium patrabat; ſed nemo tamen in tota urbe erat, qui ejus turpitudinem ignoraret. Rectius idem vir doctiſſimus καλῶς, quae eſt Cod. lectio, in καλοὺς mutavit. — V. 2. πᾶσ' ἔβησε *Reiskius* dedit; recte intelligens, κεῖνο et τοῦτο ſimul ſtare non poſſe. Sed vide, an ſcribendum ſit:

οἶδα· πάλαι κατὰ σοῦ τοῦτ' ἔβησε πόλις.

— V. 3. αἶσχος abeſt a Vat. Cod. Lacunam ita explebat *Reiskius*:

πῶς ἔτλης τόσσον βέξαι κακόν;

quod mihi *Brunckianae* lectioni non poſthabendum eſſe videtur. — In ſequentibus haerebat *Reiskius*, quod mireris. Duplicem cauſam poëta fuiſſe ſuſpicatur, quae Heracleam impulerit ad tam turpe flagitium; alteram, ſi id vi coacta fecerit, δραξάμενος πλοκάμων. *Maximus* περὶ κατοχ. v. 111. δρασσομένη χαίτης ἢ καὶ βιθέσσιν ἐφεῖσα κτηρὰς παλάμας. Vide *Weſtſtein* ad Nov. Teſt. II. p. 112. — Alteram cauſam poëta ab Heracleae nomine, ipſius pudicitiae quaſi fatali, repetit. Ut enim Ἡρακλεῖ fato deſtinatum erat, ut Heben in matrimonium duceret, ſic Ἡρακλείᾳ noſtrae fatale fuiſſe videtur, ut juvenum ἥβην contrectaret. Quid ſit ἥβη in viris, nemo ignorat. Ex ambigua hujus vocabuli ſignificatione fluxit obſcoenus luſus ap. *Straton.* Ep. LXVII. μήποτε καρποτόκου δημήτερος ὑγρανθείσης βρέξῃς τὴν λαείην Ἡρακλέους ἄλοχον. Eodem referendum Corydi paraſiti dictum ap. *Athen.* L. VI. p. 245. E. cui cum narraſſet quidam, ſe nonnunquam uxoris καὶ τράχηλον καὶ τιτθοὺς καὶ τὸν ὀμφαλὸν φιλεῖν, reſpondit: πονηρὸν τοῦτ' ἤδη· καὶ γὰρ ὁ Ἡρακλῆς ἀπὸ τῆς Ὀμφάλης ἐπὶ τὴν Ἥβην μετεβέβηκε.

¶. 270.] *XVII.* Cod. Vat. p. 510. Plan. p. 173. St. 253. W. Conqueritur poëta de Bacchi iniquitate. — V. 2. σώσει με ἐκ. Vat. Cod. σαλευόμενον. *Meleager* Ep. LX. πάντα ὑ' ὑπ' ἀκρήτου γυῖα σαλευτὰ φορεῖς. *Phanias* Ep. I. σκύφος ᾧ σεσάλευμαι. — V. 3. ὡς ἄδικον. Similis color in *Meleagri* Ep. LVII. 5. 6. — ὅτ' εἶνεκεν. Vat. Cod. — V. 4. τάμπαλι. Vat. Cod. Lusus est in φέρων et παραφέρομαι. Hoc proprium de ebriis titubante pede vagantibus.

XVIII. Cod. Vat. p. 393. Plan. p. 178. St. 260. W. Hominis vinosi verba amatoria ad lagenam. Conf. Ep. λήθης. LXXVII. — V. 1. καπηλικὰ μέτρα φιλοῦσα. impleta vino, ex caupona petito. — V. 2. εὔλαλε. quae loquatiores reddit convivas, interpretatur *Brodaeus*. Malim ad sonum liquoris ex angusto gutture prorumpentis accipere. Sic *Philipp.* Ep. LVIII. Ἀδριακοῖο κύτους λαιμὸς τοπάλαι μελίγηρυς. — μακροθαρυξ. Vat. Cod. et nonnullae edd. vett. — V. 3. μυστιλάγυνε V. C. junctim. *Toupii* emendationem recepit *Br.* ex Curis Noviss. p. 244. μύστις πενίης dicitur lagena, cui domini sui paupertas notissima erat; βραχυσύμβολος, cui nonnisi parva tribuebatur vini portio. — V. 5. ἄμυκτος κ. ἀ. τε πυρείης. Vat. Cod. Ambiguis verbis poëta utitur, ut, de lagena agens, cum puella loqui videatur. Optat enim, ut lagena ab omni cum *nymphis*, quae merum corrumpant, commercio aliena sit, h. e. ἄμικτος et ἀνύμφευτος, quae verba item de casta virumque nondum experta virgine explicari possunt. In hoc cardine hujus carminis acumen vertitur, non in πόσιν, quod *Toupius* existimabat. — V. 6. ἄφθονος. Vat. Cod. Idem error irrepsit in ed. Wechel. Vett. enim edd. quas vidi omnes, ἄφθορος legunt, quod huic contextui unice convenit.

XIX. Cod. Vat. p. 511. *Marco* nostro *Argentario* hoc carmen tribuit, quod in Plan. p. 180. St. 263. W. ἄδηλον est. Ad Cincium quendam, ut vitae brevitatem repu-

reputans, genio ſuo indulgeat. Color eſt fere, ut in carmine Horatiano L. I. XXVIII. 1 – 9. — V. 3. ζωρός. Vat. Cod. vitioſe. — V. 4. „In Planudeae codd. ſcri„ptum inveni ἀγκὰς ἔχων ἄκοιτιν. unde bona lectio refin„gitur: ἀγκὰς ἄκοιτιν ἔχων. quod ſincerum credo et ſal„tem ob gratiorem ſonum praeferendum.“ *Br.* — V. 5. Quod ſi, triſtis ſapientiae aſſecla, illas vitae voluptates ſpreveris, ſcito, etiam Cleanthem et Zenonem, ſeverae philoſophiae principes, ad Orci tenebras deveniſſe.

XX. Cod. Vat. p. 176. Edidit *Majus* in Bibl. Uffenb. Catal. 583. *Reiske* in Anth. nr. 456. p. 22. „Huic Epigrammati in apogr. Buherii et Guieti ſub„junctum eſt diſtichon alio pertinens. Eſt enim *Leonidae* „ *Tar.* Ep. II. ἐκ τόκου, ὦ Λητοῖ –.“ *Br.* Mulier quaedam, cujus nomen in ipſo carmine obſcurum eſt, Dianae poſt partum munera dedicat. Expreſſum carmen ex *Leonid. Tar.* Ep. III. — V. 1. μυρόπτην Vat. Cod. a pr. man. — V. 3. ὑπ' ἔνδυμα. Vat. Cod. Margini ap. Guyet. et Ruhnk. adſcripta nota: ἀπὸ τὸ ὑπὸ τῷ χιτῶνι ἐνδεδυμένον. ἀπὸ ὑπένδυμα χιτῶνος λεπτόν. Priorem interpretationem praetulerim propter Ep. *Leonidae* II. ubi mulier poſt partum ζώνην et κύπασσιν Dianae dedicaſſe dicitur; item in Ep. ἀδεσπ. CXIV. quod noſtro ad amuſſim reſpondet:

Ζῶμά τοι, ὦ Λατῶ (ſic lege), καὶ ἐνθεμένα κύπασσιν,
καὶ μίτραν μαστοῖς ἐφιγκτὰ περιπλομέναν
θήκατο Τιμάσσα.

Cypaſſis igitur reſpondere videtur τῷ ὑπενδύματι, indumento, cui tunica ſuperinduebatur. Ap. *Hedylum* Ep. II. T. I. p. 483. junguntur μίτραι et ἀλουργὲς ὑπένδυμα. — V. 4. μαστόδετα. faſciae, quibus mammae erigebantur, quae hoc loco diverſae ſunt a mitra; cum contra ap. *Callim.* Ep. XIX. μίτρη Ἣ μαστοὺς ἐφίλησε reperiatur; et ap. *Hedylum* Ep. I. μαλακαὶ μίτραι, μαστῶν ἐνδύματα. Conf.

notata ad *Leonid. Tar.* Ep. V. 2. T. I. P. II. p. 62. — V. 5. „Quid haec significent, nescio: ἐπεὶ φύγε ἄβροτον „seu ἄμβροτον (sic enim in Cod. scriptum est) ὄγκον εὐώ„δινος νηδύος. Salmasius reponebat ἐπεὶ θέτο et sq. v. εὐ„φρανθεῖσα νεῷ. Sed ita semper obscuritas est in ἄμβροτον „et deest dedicantis nomen, quod hic omnino esse de„bet. Hoc forte in ἄμβροτον latet. Quid si mulier illa „appellata fuerit Ἀβρότη, aut Ἀμβροσίς? In hunc modum „distichon restitui posset:

„Ἀμβροσὶς, εὐώδινος ἐπεὶ θέτο νηδύος ὄγκον,
„εὐφρανθεῖσα νεῷ θῆκεν ὑπ' Ἀρτέμιδος."

Br. Quaedam hic a cl. editore recte sunt posita, alia minus. ἐπεὶ φύγε non sollicitandum esse, recte intellexit in Lect. p. 265. Sic enim Ep. ἀδέσπ. supra laudatum: Χῶμά τοι, ὦ Λατῶ — Θήκατο Τιμάεσσα, δυσωδίνοιο γενέθλας Ἀργαλέον δεκάτῳ μηνὶ φυγοῦσα βάρος. Recte autem suspicatus est, in ἄμβροτον latere dedicantis nomen. Comparanti Epigramma *Leonidae*, unde hoc expressum est:

Ἐκ τόκου, Εἰλήθυια, πικρὰν ὠδῖνα φυγοῦσα
Ἀμβροσίᾳ, κλεινῶν θήκατό σοι πρὸ ποδῶν
δέσμα κόμας καὶ πέπλον — —

verisimilis videbitur emendatio nostra:

Ἀμβροσίᾳ, ἧς ὠδῖνος ἐπεὶ φύγε νηδύος ὄγκον —

quae gemina gemella sunt. *Reiskius* dedit: ἀμβρότου, εὐωδῖνος — Εὐανθεῖ νηῷ θῆκεν. *posuit in florido templo immortalis, felici partu editae* (vel *partus facilitantis*) *Dianae.*

¶. 271.] *XXI.* Cod. Vat. p. 187. Primus edidit *D. Heinsius* in carmin. gr. p. 146. *Reiske* Anthol. nr. 491. p. 39. Lagenam poëta Veneri dedicat. — V. 1 – 6. laudat *Suidas* v. λάγυνος T. II. p. 409. — V. 1. μεθυσοφαλές. Lagenae, vino repletae, tribuitur, quod iis proprium est, qui se vino ingurgitarunt. *Ebria* lagena, ut *ebria*

nva. Catull. XXVII. 3. *Poſthumiae ebrioſa acina ebrioſiores.* Minime igitur audiendus *Toupius* in Cur. nov. p 242. qui *inanem, vino carentem lagenam* interpretatur. — V 2. νεκταρέη. perperam ap. Lipſ. — V. 3. Βακχειάς. Vat. Cod. et Suid. — ὑγρόφθογγε. Nota in marg. ap. Guyet. *liquorem vocalem continens, i. e loquax, garrula, ab effectu liquoris contenti.* Conf. ad Ep. XVIII. 2. ubi lagena vocatur εὔλαλος, περιήγελως, εὔστομος. — V. 4. ψήφου συμβολικῆς θυγάτηρ vocatur lagena, quae conviviis adhibetur; ut convivia ipſa ap. *Ionem Chium* fr. I. v. 11. οἴνου φίλα τέκνα vocantur. ψῆφον συμβολικὴν pro periphraſi τῆς συμβολῆς recte interpretatur *Salmaſius* in marg. ap. Guyet. Eſt autem ψῆφος vel ipſa pecunia, quae a ſingulis convivis conferebatur, vel teſſera quaedam ab iisdem data. Res nota ex *Terentii* Eunucho III. 4. 1. *coiimus in Piraeeo In hunc diem, ut de ſymbolis eſſemus.* — *Dati annuli.* σύσσημον vocat *Hedylus* Ep. ap. *Athen.* VIII. p. 345. A. B. θὲς μόνον ἢ ζώνην, ἢ ἐνώτιον, ἢ τι τοιοῦτον, Σύσσημον. — V. 5. μύστι φιλούντων. ut ſupra πενίης μύστις λάγυνος. Potabant juvenes, puellis, quas deperibant, praeſentibus. Hinc lagena teſtis myſteriorum amoris. — V. 8. „ἤνυσεν eſt in membranis, et nihil habet quo quis „offendatur. Non ſpernenda tamen perſpicaciſſimi „Toupii conjectura: ἤνυσεν.“ *Br.* Apogr. Lipſ. et Heinſ. ἤνυσεν praebet, quod *Reiskius* in ἤνεσεν mutavit, Codicis ſcripturam affecutus, quod ei non ſaepe contigit. — σύμπλανον. quam in comiſſationibus ſecum duxerat. De gladio *Macedonius* Ep. XII. οὗτος ἐμοὶ πόθεντι συνέμπορος. Noctem κώμων σύμπλανον vocat *Meleager* Ep. CII. κώμων σύμπλανον ὀργάνιον idem Ep. LXIV.

XXII. Plan. p. 338. St. 478. W. Priapus viatori, ſicus appetenti, poenas minatur. Pars carminis expreſſa ex *Philippi* Ep. LVI. p. 227. — V. 1. ὤριμος. Viatori tribuenda vox. — V. 4. ἰσχάδα. *Philipp.* l. c. τἀμὰ κατέσθων βῦνα, δὸς εὐθύμως ἰσχάδα τὴν ὀπίσω. Luſus in Priapum

XXXIX. *Paedicare volo: tu vis decerpere poma. Quod peta si dederis, quod petis accipies.* — V. 6. λεύτης. Facete hortorum deus ad rem obscoenam transfert philosophorum sententiam, qui τὴν λεότητα justitiae matrem pronuntiant; ut *Philo* p. 734. E. et quos laudat *Valcken.* ad Phoeniss. p. 199.

XXIII. Cod. Vat. p. 401. Plan. p. 69. St. 100. W. Poëta vivendi legem a coeli natura petit. Choros, ait, ducam, sicuti astra choros ducere video; coronâ tempora cingam et citharam pulsabo; nam etiam coelum lyram et coronam habet. Quod cum facio, εὔκοσμον, i. e. coeli naturae et legibus, τοῖς τοῦ κόσμου ἤθεσι, consentaneam vitam agam. Hic sensus hujus carminis, cujus acumen nullus interpretum perspexit. Quin etiam *Huetius* p. 8. a recta via aberravit, cum haec in hominem convenire ait, *astronomiae et musicae impense deditum, qui nullam aliam sibi placere conversationem dicat, quam coeli choreas spectare et lyram pulsare.* — V. 1. ἄστρων λεόντων. Vat. Cod. — οὐδ' ἄλλων. neque aliorum unquam comissationes sprevi, ab aliis invitatus κωμάζειν recusavi. Hunc sensum haec verba admittere videntur; quae tamen ne corrupta sint, vereor. Vatic. quidem liber ἐβαρυναύρος exhibet. Vide an respiciatur paroemia ἐν ἀλλοτρίῳ χωρῷ πόδα τιθέναι, qua utitur *Plutarch.* T. II. p. 540. B. Conf. *Erasmum* Chil. II. Cent. II. 51. — V. 3. στρέψας. Vat. Cod. vitiose. — Vulgo ἀνθοβόλον accentu perperam posito. Passiva enim h. l. significatio requiritur: capillus floribus conspersus. — V. 5. εὔκοσμος βίος. In hujus vocabuli ambiguitate carminis acumen versatur. Nihil magis ex *Marci* nostri indole, quam ejusmodi verborum lusus. Paene monere neglexeram, *Grotium* in primo disticho aliud quid secutum esse videri, quam quod vulgo legitur. Vertit enim:

Aspiciens coelo saltantia sidera ludo:
Nescit in humanos pes meus ire choros.

at igitur

οὐδ' ἀνδρῶν

legiſſe videatur; quae conjectura falſa carminis interpretatione nititur. Ceterum aſtra choros ducere putabantur. Locis, quae laudavimus ad *Dionyſii* Hymn. in Apoll. v. 17. T. II. p. 254. adde *Philon.* de Mundi Opif. T. I. p. 78. καὶ ὁ τῶν πλειάδων χορὸς ἑπτέρων ἑβδομάδι πεπλήρωται. et *Periclyonen* ap. *Stob.* LXXVII. p. 457. quam in transitu corrigam: Θεία γὰρ καὶ καλὴ ἕψις γονέων καὶ ἡ τουτέων ἄψις καὶ θεραπείη, δικέων οὐδὲ ἡλίου, οὐδὲ πάντων ἄστρων, τὰ οὐρανὸς ἀναψάμενος ἀμφιχορεύεται (vulgo ἀμφιχορεύει), καὶ εἴ τι ἄλλο δοκέει τις χρῆμα μεῖζον εἶναι καὶ θειότερον τῶν ἐόντων.

XXIV. Cod. Vat. p. 489. Plan. p. 76. St. 110. W. Vere redeunte Priapus nautas hortatur, ut navigationi dent operam. Argumentum frequenter ab hisce poëtis tractatum. Cf. ad *Leonid. Tar.* Ep. LVII. — V. 1. „Pierſon. „Veriſim. p. 116. pro νηῶν reponit νήσων, quod minime „neceſſarium videtur. Navis bene dicitur εὔορμος, quae „in tuta ſtatione eſt. Cur Priapus ſolos eos allocutus „eſſet, qui in inſularum portubus hibernabant? nonne „etiam e continentis portubus naves ſolvendae erant?“ *Br.* — εὔτροχα λαίφεα ſignificatione inſolentiore, vela, quae navem reddunt εὔτροχον, *concitato curſu euntem.* — §. 272.] V. 4. θηλύνει ζέφυρος. Vide ſimilia ad Ep. *Addaei* VI. — V. 6. καρφίτην θάλαμον. *Euripid.* Ion. 172. ἔρνις — εὐναίας καρφηὰς θήσων τέκνοις. *Plutarch.* T. II. p. 966. D. τὰς δὲ χελιδόνων πρὸ τῆς τεκνοποιίας παρασκευὰς ὁρῶμεν, ὡς εὖ τὰ στερεὰ κάρφη περιπεβάλλονται, δίκην θαμναλίων, εἶτα περιπλάττουσι γῆ κουφότερα. Plura hujus generis, ubi κάρφη in nidificationis deſcriptione commemorantur, collegit *Weſſten.* ad N. T. I. p. 338.

XXV. Cod. Vat. p. 477. Plan. p. 304. St. 444. W. — Fingit poëta, Myronem veram vaccam a grege aver-

tisse et in basi vinxisse. Obversabatur nostro, ni fallor, distichon *Demetrii* II. T. II. p. 65. ὧδε Μύρων μ' ἔστησε τὸ βοίδιον· οἱ δὲ νομῆες Βάλλουσί με λίθοις, ὡς ἀπολειπόμενον. — V. 2. εἶπον. Vat. Cod. et plurimae edd. vett. — Pro ὧδε Ed. pr. Fl. ὅδε.

XXVI. Cod. Vat. p. 396. Plan. p. 74. St. 108. W. in capite de *Naufragis*. Scriptum est in lagenam, lapidis ictu fractam et comminutam. — V. 1. Ἠλοῖα vulgo, in qua voce explicanda frustra sudarunt interpretes. ἠδεῖα emendavit *Jos. Scaliger* in not. msc. et *Huetius* p. 9. — οἰνοπότησι vulgo. Nostrum est in Vat. Cod. — V. 3. τηλόθι. Vat. Cod. — βαρύστονος. lapis magna cum vi lagenae incussus. *Oppian.* Hal. ε. 152. ἄρπαι, βουπλῆγές τε βαρύστονοι. Vide *Brunck.* ad Callim. III. 56. p. 102. Nonnunquam βαρύστονος ponitur pro κακοδαίμων. *Hesych.* quo sensu hoc quoque loco positum esse existimat cl. *Wakefield* in Dilect. Tragoed. T. II. p. 379. — V. 5. σκώμματα πολλά. Vulgo. πυκνὰ suppeditavit Vat. Cod. — V. 6. θόρυβος. De plausu convivarum accipiendum videtur. Vide ad *Asclepiad.* Ep. XXXI. T. I. P. II. p. 52. — V. 7. Pro τεκοῦσαν *Stephanus* τεκοῦσα emendandum censebat; cui emendationi plus tribuit, quam meretur. Ea enim admissa, perit acuta antithesis, in qua ipsa lagenae cum Semele comparatio vertitur. Lagena ex ventre, lapide rupto, peperit Bacchum, cum vinum inde emitteret; idem Semelae contigit, cum ipsum deum partu ederet. Illam lapis, ceu fulmen, emissus; hanc ipsum Jovis fulmen parere fecit.

XXVII. Vat. Cod. p. 391. sq. Plan. p. 36. St. 53. W. In Amorem leonibus vectum. Legitur etiam in *Stob.* Tit. LXI. p. 388. 53. Gesn. 253. Grot. Similes Amoris imagines recenset, nostro loco non omisso, *Jac. Tollius* in Fortuitis p. 269. — V. 3. ὃς τᾷ. Plan. et Stob. ὡς habet cod. Jani Lascaris, Ed. pr. Flor. et Ald. — τὸ μὲν

Vat. Cod. — V. 4. ἀμφιτέθηλε χάριες. Ex *Rhiani* Ep. IV. ubi de puero, οὐρανίη, ait, ἀμφιτέθηλε χάριες. Epigr. inter ἀδέσπ. XXXVI. στέρνοις ἀμφιτέθαλε χάριες. — V. 5. „δα-„μάσδων. Plan. et Stob. quod veteris doriſmi eſt, qui hoc „quo vixit Marcus tempore obſoleverat. δαμάζων. Vat. „Cod. et duo Planud.“ *Br.* — V. 6. „ὀλίγων. ſic duo „Planudeae codd. Florentina et Aldina pr. recte. Epi-„theton hominum ὀλίγων opponitur epitheto ferae ἄγριον. „Ipſa, in quam carmen hoc factum, gemma etiamnunc „exſtat in cimelio celſiſſimi Aurelianenſium ducis *), „quo nec plures nec praeſtantiores caelatos lapides ul-„lum in Europa habet. Inter alia praeclara multa ad „horum carminum illuſtrationem pertinentia, gemmae „illius typum habeo, docto commentario illuſtratum „viri optimi, cujus benevolentiae pleraque haec debeo „(M. de Foncemagne), quem pro dignitate laudarem, „ſi, quantum amo, tam commode laudare poſſem.“ *Br.* ὀλίγος pro μικρὸς illuſtravit *Valcken.* ad Ammon. p. 179. et ad *Euripid.* Hippol. p. 226. — Vulgo legitur ὀλίγον.

¶. 273.] *XXVIII.* Cod. Vat. p. 370. Plan. p. 83. St. 122. W. Merulam poëta hortatur, ut quercum, avibus propter viſcum, quem gignit, infeſtam, relinquat et in vite potius conſideat. — V. 3. ἐχθρόν. Noctuae prudentiam laudans *Dio Chryſoſt.* Or. XII. p. 195. 16. (T. I. p. 373. *Reisk.*) ὅθεν οἶμαι, ait, καὶ τὸν μῦθον Αἴσωπος ξυνέστησεν, ὅτι σοφὴ οὖσα, ξυνεβούλευε τοῖς ἀρνείοις, τῆς δρυὸς ἐν ἀρχῇ φυομένης, μὴ ἐᾶσαι, ἀλλ' ἀνελεῖν πάντα τρόπον. ἴσασθαι γὰρ φάρμακον ἀπ' αὐτῆς ἄφυκτον, ὑφ' οὗ ἁλώσονται, τὸν ἰξόν. — V. 4. γλαυκῶν. De ipſis vitis foliis accipiendum, quae colorem habent *viridantem.* Hoc enim ſignificat γλαυκός. Vide cl. *Doering.* ad *Catull.* XX. 9. p. 65. — V. 6.

*) In everſione omnium rerum apud Franco-Gallos hoc quoque cimelium diſperſum eſt.

στόματος. Vulgo. στομάτων Vat. Cod. Pluralem numerum, ut exquisitiorem, recte praetulit el. editor. — V. 8. ὁ δὲ β. Vat. Cod.

XXIX. Cod. Vat. p. 235. in margine, et p. 273. Edidit *Leichius* in Carm. sepulcr. p. 29. *Reiske* in Anth. p. 76. nr. 573. Expressum ex *Anytes* Ep. XIV. — V. 2. λιτὴν κόνιν. *pulveris exigui munera* ap. *Horat.* I. Carm. XXVIII. 3. *Diodor. Zon.* Ep. IX. ὥςτ' ἰχθὺν ψαμάθου μόριον βραχὺ, πουλὺ δὲ δάκος. — ἀμφιβαλοῦσα ex apographo interpolato fluxit. Membranae enim utroque in loco exhibent:

λιτὴν ἀμφοτέρῃς χερσὶ βαλοῦσα κόνιν.

quae lectio *Marco* nostro restituenda est. — V. 3. ἥμερα. Vat. Cod. utroque loco.

XXX. Cod. Vat. p. 263. Plan. p. 243. St. 353. W. De mulieris cujusdam vinosae ad inferos descensu. — V. 3. πάντ' ἰμ. Vat. Cod. — Notanda locutio ἰμαράνθη πνεῦμα de siti gravissima, qua anus excruciabatur. Qui se vino invitant, pulmones, πνεύμονας, irrigare dicuntur. πνεύμονα τέγγειν plures dixerunt, praeeunte *Alcaeo*. Vide ad *Philodem.* Ep. XXII. unde ap. *Petronium* c. XXXIV. fortasse legendum: *Tengomen pneumonas ac vivamus, Vita vinum! Verum et genuinum Opimianum praesto.* Qui igitur sicci transegerant diem, eorum spiritus *marcere*, μαραίνεσθαι, putabatur. Mulier in *Aristoph.* Eccl. 146. δίψει γάρ, ὡς ἔοικεν, ἀφαυανθήσομαι. i. e. ξηρανθήσομαι. — V. 4. „In Planudea πλεῖστον ἐπανερομένη. quod emendandum erat: ultima tantum excidit litera. Scribendum ἐπανερομένης. Hoc verum et multo elegantius. „ἐπανερόμενον est in cod. *Jani Lascaris*. Frequentissimae „enim in ultimis versuum syllabis deprehenduntur corruptelae, e scribendi compendio ortae: a librario non „observatum fuit ς, quod supra ν pictum erat." *Br.* —

V. 5. Adverbium πάλαι, quamvis a veteribus de tempore proxime elapso usurpari sciam, (vide *Valcken.* ad Hippol. p. 281.) non tamen video, quam vim hoc loco habere possit. Sensit vitium *Casaubonus*, qui in notis msc. πάλιν conjecit, cum φέρε procul dubio jungendum: *iterum* urnam afferri jube, ut olim, cum Danai filias ad irritum illum laborem condemnares. — V. 7. „παρθένιον. E ve„rissima et ingeniosa emendatione Munkeri ad Antonin. „Liberal. c. XI. p. 96. sq. Inepte antea legebatur παρ„θενίην." *Br.* Sensum jam antea perspexerat *Opsopoeus*, qui vertit: Et ego sponsum occidi, sicut Danaïdes perdiderunt sponsos suos. παρθένιον. *juvenem marisum* appellat *Horat.* III. Carm. XI. 37. ubi cl *Mitscherlich* nostrum locum comparavit. — V. 8. καὶ Vat. Cod. Frigidum hujus carminis acumen.

XXXI. Cod. Vat. p. 261. Plan. p. 247. St. 359. W. In Pnytagoram, Lysidices filium, naufragum. — V. 1. ἐκφόβη. Vulgo. Nec aliter Vatic. liber. Quum in sequentibus ipse Pnytagoras loquatur, apparet, *Brunckium* recte emendasse ἐκφόβην. — V. 2. μυρία. ut in Ep. ἀδεσπ. DCCIX. Μυρί' ἀποφθιμένοις τάφῳ πορὶ τῷδε χυθεῖσα Παιδὸς Ἀλεξάνδρου μύρατο Καλλιόπα. *Antip. Sidon.* Ep. XCIX. Μυρία τοι, Πτολεμαῖε, πατὴρ ὅτι, μυρία μάτης Τειρομένα θαλερούς ὑκίσατο πλοκάμους. — ¶. 274.] V. 3. ἀλλά μο. Plan. et Vat. Cod. — V. 4. ἄπνουν. Vat. Cod. — δμοῤῥόθιον. Similiter de naufrago *Glaucus* Ep. VI. τὰ δ' ἐρτία ποῦ ποτ' ἐκείνου Πόντται, αἰθυίαις γνωστὰ μόναις ἐνέπειν. De nauta *Leonid. Tar.* Ep. XCI. τὸν αἰθυίης πλείονα νηξάμενον. ubi vide not. p. 143. De vocabulo δμοῤῥόθιος quaedam notavimus ad *Theocriti* Ep. III. p. 193. — V. 5. Ἀργαίην. Vat. Cod. — V. 6. πευμνήχας. Vat. Cod. κάλοι πευμνοῦχοι sunt, qui vulgo πευμνηταὶ sive πευμνήσιοι, funes puppi aptati. Hi στέλλονται, *contrahuntur et inhibentur* vehementiore vento ingruente. Pnytagoram nostrum autem

Boreae impetus ſubmerſerat. — V. 7. Nec ſic tamen a navigatione ceſſo, cum ex mea navi in Charontis cymbam transiverim.

XXXII. Vat. Cod. p. 266. Planud. p. 211. St. 307. W. Lemma in membranis: Εἰς Ψύλλον τινὰ προαγωγὸν, ὃν ἡ κοινὴ συνήθεια μαυλιστὴν καλεῖ. Pſylli lenonis turpem quaeſtum ita excuſare conatur poëta, ut eum juvenes prohibuiſſe dicat, quominus matronas et virgines ingenuas in ſtuprum pellicerent. Eadem excuſatione utitur *Philemon* ap *Athen.* L. XIII. 569. D. E. quem locum tractavimus in *Muſeo Attico* T. II. Faſc. III. p. 166. ſqq. — V. 1. ποδινάς. Vat. Cod. — V. 5. λίθους βάλλε. De Aegiſtho *Euripid.* Electr. 327. ἐνθρώσκει τάφῳ, Πέτροις τε λεύει μνῆμα λάινον πατρός. *Propert.* IV. 5. 73. *Sit tumulus lenae curto vetus amphora collo: Urgeat hanc ſupra vis, caprifice, tua. Quisquis amas, ſcabris hoc buſtum caedite ſaxis, Mixtaque cum ſaxis addite verba mala.* ubi vide *Burmann.* et *Scaligerum.* — *Caſaubonus* in not. mſc. βάλλῃς corrigit, ſine cauſa idonea. — V. 6. σῆμα λέλογχε νέκυς. Recte haec accepiſſe videtur *Opſopoeus:* parcendum eſſe ſepulcro, ut rei ſacrae, quamquam improbum contineat virum. *Caſaubonus* tamen in vulgata lect. non acquieſcens, δεινὰ propoſuit legendum; unde quid ſenſus lucretur, non ſatis video.

XXXIII. Cod. Vat. p. 265. Plan. p. 253. St. 367. W. In Callaeſchri, naufragi, cenotaphium. Expreſſum carmen ex *Leonidae Tar.* Ep. XC. — V. 1. βαθὺ κῦμα *Br.* ex conjectura dedit, utrum ſua an alius, ignoro. Vulgo et in Vat. Cod. χεῦμα legitur. Neutrum videtur verum; ſed ſcribendum eſt:

ὃν βαθὺ χεῖμα
ἔσφηλεν —

ut apparet ex *Leonidae* archetypo: Εὗρόν με τρηχεῖα καὶ αἰπύεσσα κατωγὶς Καὶ νὺξ καὶ ἀνεφερὴς κύματα πανδυσίης

Ἔβλαψ' Ὠρίωνος. — V. 2. πόρος h. l. ipsum mare, in quo velificabat ille. *Leonidas* l. c. Κάλλαισχρος, Λιβυκοῦ μέσσα θέων πελάγευς. — V. 3. συρμὸς δ' ὅτ'. Vat. Cod. — συρμὸς Ὠρίωνος, tempestas occidente Orione excitata. *Horat.* III. Carm. I. 27. *Nec saevus Arcturi cadentis impetus.* Impetus enim notio in hoc vocabulo latet, quod illustravimus ad *Leonidae Alex.* Ep. XII. — Proxima verba, ὑπὸ στυγερῆς οἴδματα πανδυσίης, quomodo cum praecedentibus connectam, non habeo. Ex comparatione loci *Leonidae*, quem modo laudavimus,

καὶ δνοφερῆς κύματα πανδυσίης,

apparet, οἴδματα a nostro pro κύματα esse posita. Ceterum vide, an scribendum sit:

καὶ στυγερῆς οἴδματα πανδυσίης.

Junge, ὅτε συρμὸς καὶ οἴδματα πανδυσίης Ὠρίωνος ἀνεστρώφησαν βένθος θαλάσσης. — V. 6. δ' ἐν στήλῃ. Vat. Cod. quod locum non habet. — κωφὸν γράμμα. Vide ad *Heraclidis Sinopensis* Ep. II. — *Leonidas Tar.* l. c. ψεύστης δ' οὗτος ὅστις λίθος.

AEMILIANI NICAEEI EPIGRAMMATA.

¶. 275.] *I.* Vat. Cod. p. 305. Plan. p. 231. St. 336. W. Scriptum videtur in Aristidis Thebani tabulam, in qua puerum pinxerat, ad matris vulneratae et jamjam moriturae mammam adrepentem; intelligebatur sentire id mater et timere, ne emortuo lacte sanguinem infans lamberet. *Plinius* L. XXXV. 10. Simili imagini locum dedisset fabula de Aërope, quam *Pausanias* narrat VIII. 44. p. 692. — V. 1. ἀνέλξοις. Vat. Cod. et seq. vers. κατεφθεμένης. — V. 4. φίλτρα κὰν εἰς (sic) παιδοτρο-

κεῖν ἔμαθεν. Vat. Cod. Haec *Planudes* partim recte, partim secus emendavit. Verum videtur παιδοκομεῖν, *pueri curam habere, nutrire puerum.* Sed perperam idem scripsit ἔμαθεν, quod induxit *Brodaeum*, ut matris haec verba esse existimaret. τὰ μητρὸς φίλτρα pro φιλότης. Hoc sensu *Euripides* in Andromeda fr. VI. δεινόν τι τέκνων φίλτρον ἔθηκεν θεὸς ἀνθρώποις. Electra 1309. τῶν σῶν σώθης φίλτρων στέρεσθαι. Ceterum vix dubito, quin Vat. membranis praeeuntibus legendum sit:

φίλτρα κἠν Ἅιδῃ — — —

Syllabam brevem in thesi produci posse, passim monuimus; eaque licentia non heroici tantum carminis auctores, sed vel ipsi Tragici nonnunquam usi sunt, si vera est observatio cl. *Wakefield* in Sylva crit. T. I. p. 81.

II. Vat. Cod. p. 480. Plan. p. 302. St. 442. W. Hoc carmine describi Silenos, quos in Asinii Pollionis monimento positos fuisse narrat *Plinius* XXXVI. 4. 5. p. 727. censuit *Harduinus*, cujus sententiam amplexus est *Heynius* in Dissert. de rebus ad antiquitatem pertinentibus T. II. p. 67. not. y. qui saltantium speciem his Silenis tribuisse Praxitelem ex hoc carmine suspicatur. Tabulam pictam ejusdem argumenti commemorat *Plinius* XXXV. 36. 22. p. 700. *Philoxenus pinxit lasciviam* (κῶμον), *in qua tres Sileni comissantur.* — V. 1. Color est, ut in Ep. ἀδεσπ. CCXXII. (quod *Antipatri Sidonii* est): Ἁ μόλιβος κατέχει με καὶ ἁ λίθος· εἵνεκα δ' ἄν σεῦ, Πλάστα Μύρων, λωτὸν καὶ θεῖον ἀθρεπτόμαν. Cf. Gemini Ep. VI. — βρυάζειν. quod Satyris proprium. *Hesychius:* Βρυάζειν. γαυριᾶν. ἥδεσθαι. Βρυάσασαι. ἀναβακχεύσασαι μετά τινος κινήσεως. Apud *Suidam:* Βρυάζει. πάλλει. τρυφερῶς διάκειται. θάλλει. εὐφραίνεται. Haud scio, an pro corrupto πάλλει scribendum sit βακχεύει. Ceterum quod vulgo legitur ap. nostrum, ἁ λίθος ἄδε βρυάζει, ex membranis eleganter emendatum est. οἶδε cum infinitivo periphrasi

inſervit, ut Latinorum *novis*. Vide *Abreſch.* in Addend. ad Ariſtaen. p. 336. — V. 2. κωμάσεται. Vulgo. πάλιν κωμάσομαι. Vat. Cod. — V. 3. Nos non jam ſenectutis imbecillitas, ſed lapis invidus prohibet, quominus comiſſemur. γῆρας ἀδρανές. *Leonid. Tar.* XII. ἐκ γήρως δ' ἀδρανίῃ δέδεται. ubi vide not. — πεδιτὰς, κωμῶν et ἐστὶ. Vat. Cod. πεδητὴς Σειληνοῖς Planud. — βάσανος. *Addaeus* Ep. VI. ἦν δ' ἐμοὶ ἡ φθονερὴ νεύσῃ λίθος, ὡς ἐν ἑτοίμῳ Ὤρεμμαι, γνώσῃ καὶ τάχα νηχομένην.

III. Vat. Cod. p. 391. Planud. p. 73. St. 107. W. Verior hujus carminis explicatio debetur *Stephano*, cum *Brodaeus* et *Opſopoeus* nil niſi nugas egerint. Navis, cujus vectores omnes, neſcio quo caſu, fame fortaſſe aut peſtilentia, perierant, in portum fortuito delata, calamitatem ſuam conqueritur. — V. 1. ἄβαλε. Seriores dixerunt pro βάλε, *urinam*. Illud uſurpavit *Callim.* Fr. CCCCLV. Hoc *Alcman* ap. *Antigon. Caryſt.* c. 27. βάλε δή, βάλε κήρυλος εἶην. ubi vide cl. *Niclas* et *Interpp. Heſychii* in βάλε. — νεκύων φόρτον ἀμειψαμένην. mortuorum cadaveribus onuſta. Videntur enim haec poſita eſſe pro ἀμειψαμένην, *poſtquam commutavi*, φόρτον ἀντὶ νεκύων, *vectores cum cadaveribus*. — V. 4. »πείσματα λυσομένων. Sic »quatuor Planudeae Codd. et editiones veteres. Ste»phanus primus δησομένων edidit, veriſimili et pene ne»ceſſaria emendatione, quam recipere debuiſſem.« *Brunckius*. Idem in Addendis p. 318. haec habet: »Navis, cujus vectores omnes tempeſtate aut alio caſu »perierant, ait ſe fruſtra in portum appellere, quum »viris careat, qui miniſteria obeant. Dixi p. 194. illic »v. 4. ſcribendum eſſe ex H. Stephani emendatione »πείσματα δησομένων. Probabilis quidem illa eſt: ob ſimilem »formam literarum Δ et Λ, frequentemque permutationem »vocalium Η et Τ, facile δησομένων in λυσομένων depravari »potuit. At quum hoc conſtanter retineant codices, »quos vidi omnes, in aliam ſuſpicionem delabor, ſcri-

»ptum olim fuiſſe λαίφεα λυσομένων, et multo verisimilior »mihi videtur haec emendatio, quae in re ipſa fundum »ſuum habet. Navis enim illa portum intrare non »potuit, niſi impellente vento; expanſa igitur vela ha»bebat, quae mos erat in portu contrahi.« Hactenus cl. editor, cujus me rationes non penitus perſpicere fateor. Quod ſi enim codd. conſenſus vetat, quominus vulgatam λυσομένων in δησομένων mutemus, nec πείσματα mutari poterit, in qua voce non minus conſpirant codd. quam in altera. At quanto verisimilius δησομένων in λυσομένων abiiſſe, id quod *Brunckius* ipſe vidit, quam λαίφεα in πείσματα! Tandem vero λαίφεα λύεσθαι quomodo ſignificare poteſt *constrahere vela*, quod eſt συστέλλεσθαι? Senſus igitur ex hac emendatione emergit ipſi rei plane contrarius: *vectores mihi deſunt, qui vela in portu pandant. Pollux* I. 107. λφέντες τὰ ἱστία τῷ πνεύματι, οὐδὲν ὑποστείλαντες, ἐξ ὠρείας ἐπλέομεν, πάντα λύσαντες τὰ ἱστία. Haec omnia de ſecunda navigatione in alto dicuntur. Eodem ſenſu λύειν τὸν πόδα ap. *Euripidem* Hecub. 1020. *funes velorum laxare, vela facere* ſignificat. At ut haec lectio a ſenſu hujus loci aliena eſt, ita altera eidem unice convenit. Nam qui appellunt navem, funibus eam alligare ſolent. Hanc igitur lectionem recte ſecutus eſt *Grotius*:

Cum deſint, religent qui mea vincla, viri.

— V. 6. ναυηγοὶ δ' εἰσὶν ἔτι λιμένος. *Huetius* p. 9. ex his verbis ſuſpicabatur, nautas ſe e navi in mare miſiſſe, ut natando portum tenerent, ſed fluctibus obrutos eſſe et in portum expulſos. De vectoribus in portu ſubmerſis etiam *Burmannus* interpretabatur, qui hoc carmen laudat ad *Propert.* II. 19. 64. Quum vectores illi, quos navis noſtra defunctos vehebat, ναυηγοὶ dicantur, de naufragis, ſenſu proprio, ne cogitandum quidem. Sunt enim ναυηγοὶ, quicunque in mari perierunt; ſive undis ſubmerſi, ſive alio quodam fato, nihil intereſt. Hoc

igitur dicit navis: In portum quidem delati ſunt illi, ſed non meliori fortuna ac ſi in undis feciſſent naufragium. Verbum ναυηγεῖν de iis, qui rem male gerunt, et ναυηγὸν illuſtravimus ad *Poſidippi* Ep. VI. T. II. P. I. p. 137. ſq.

SATYRII THUILLI EPIGRAMMATA.

276.] *I.* Vat. Cod. p. 142. Planud. p. 430. St. 565. W. Tritum de tribus fratribus argumentum, qui Pani inſtrumenta dedicant. — V. 2. Πίγρις. Vat. Cod. a pr. man. — νεφέλη retis rarioris genus. *Ariſtoph.* Av. 528. ἴρκη, νεφέλας, δίκτυα, πηκτάς. — V. 3. δεχὶ τᾶνας Vat. Cod. Pro τριγλοφθρους *Brodaeus* monuit eſſe qui τριγλοφόνους legerent. Nihil mutandum. Retia deſcribit ab uſu, delicatius piſcium genus commemorans, τρίγλαν, *mullum*, de quo quaedam dedimus ad *Apollonid.* Ep. VII. χιτῶνας illuſtravit *Toup.* in Epiſt. crit. p. 89. ubi comparat *Ionem* ap *Athen.* X. p. 451. λινοῦλκος χλαῖνα, θήραγρος πέδη. et *Achill. Tat.* II. 117. προὐκαλούμην μὲν γὰρ ἐγὼ λέοντα, ὀλίγος δέ μ' ἤγρευσεν ἀράχνης χιτών. — V. 4. ἐργατίην. Vat. Cod. Vocabulum ἐργασίη h. l. ſignificatione nova occurrit, pro inſtrumentis, quibus victus paratur. Similiter *Theocritus* Eid. XX. 14. poſtquam piſcatorum inſtrumenta recenſuit. οὗτος, ait, τοῖς ἁλιεῦσιν ὁ τᾶς πόνος, οὗτος ὁ πλοῦτος. i. e. his nec ullis aliis inſtrumentis utebantur. — V. 5. ἀδελφοῖς. Vat. Cod. — V. 6. Laudat h. v. *Suidas* v. νέκυδες T. II. p. 612.

II. Plan. p. 321. St. 460. W. ubi et alia in Echûs imaginem leguntur. — V. 1. παμενίαν ἀν' ὀργάδα. in loco herboſo, ubi paſtores verſantur. Vide *Ruhnk.* ad Tim.

p. 185. Locum a paſtoribus frequentatum *Theocrit.* Eid. I. 22. θᾶκον ποιμενικὸν vocat. Idem eſt ποιμένιος, quam formam attigit *Lennep.* ad *Coluth.* v. 107. p. 35. Vulgatum ἄγλωσσον in εὔγλωσσος mutandum cenſebat *Brodaeus*, improbante *Huetio* p. 30. qui ignoraſſe videtur certiſſimam *Salmaſii* correctionem ad Fiſtul. p. 218. ἄγλωσσος, in quam incidit etiam Anonym. Bibl. Bodlej. et *Lennep.* ad *Coluth.* p. 77. qui in eo, quod alteram ſuam conjecturam, εὔχλωσον, magis probat, nec mecum ſentit, nec Jove judicat aequo. Elegans eſt oxymoron in verbis ἄγλωσσος Ἀχὼ μέλπεται, quale dedit *Simmias Rhod.* in Epigrammate a *Brunckio* prolato in not ad Aeſchyl. VII. c. Theb. p. 346. τερπνὰ δι' ἀγλώσσου φθεγγομένα στόματος, de cicada, quam, cum ſtrepitum alis edat, lingua carere veteres putarunt. Aliter haec expedire conatus eſt Vir doctiſſimus *Chardon de la Rochette*, qui optimas literas inter paucos feliciſſime coluit, in libro menſtruo *Magaſin Encycl.* T. V. nr. 20. p. 484. De horologio *Antipbilus* Ep. XVII. τρισσάκις ἀγλώσσῳ φθεγγόμενον στόματι. Iis, quae notavimus ad *Bianoris* Ep. III. p. 154., addendum aenigma *Eubuli* ap. *Athen.* p. 449. F. ap. *Brunck.* T. III. p. 320. nr. X. ἔστι λαλῶν ἄγλωσσος, δμώνυμος ἄῤῥενι θήλυς. — V. 2. πτανοῖς. avium vocem repetit et imitatur Echo. Ingenioſe *Lennepius* l. c. ἀντιθεοῦν Πανὸς, cui conjecturae ſpeciem facit Ep. *Archiae* XIV. Ἠχὼ πετρήεσσαν ὀρῇς, φίλε, Πανὸς ἑταίρην, Ἀντίτυπον φθογγὴν ὄμπαλιν ἀδομένην. Epigr. Incert. CCLXXIV. ubi Echo ſe Pana non amplius odio habere dicens, ἔχεσο, Πὰν, ait, ξυνὰ λέγωμεν ἅπα. *Longus* L. III. p. 89. ed. *Moll.* μιμεῖται πάντα, καθάπερ τότε ἡ πόρη — μιμεῖται καὶ αὐτὸν συρίττοντα τὸν Πᾶνα.

III. Vat. Cod. p. 491. Σατύρου. ut etiam Plan. p. 89. St. 130. W. Locus amoenus et umbroſus ad fontem deſcribitur. — V. 1. ὑπὸ πυθμέσιν. ſub radicibus. *Homer.* Od. N. 122. καὶ τὰ μὲν οὖν παρὰ πυθμέν' ἐλαίης ἕῤῥεθα θῆκαν, i. e. ἵζαν. *Schol.* quem locum reſpexit *Heſy-*

Hesychius, ubi vide *Interpp.* — V. 2. πηδύει. Vat. Cod. et mox πυκινοῦ. Fontem Burinnam describens *Theocritus* Eid. VII. 7. τοὶ δὲ παρ' αὐτὰν Αἴγειροι πτελέαι τε εὐσκιον ἄλσος ἔφαινον. *Virgil.* IX. Bucol. 40. *Varios hîc flumina circum Fundit humus flores; hic candida populus antro Imminet, et lentae texunt umbracula vites.* — V. 3. θηλεθάον vitiose expressum pro τηλεθάον. — ζεφύροισιν ἐπίδρομον. locus, quem zephyri frequentant. De insula Delo *Callimachus* Hymn. in Del. 12. αἰθυίης καὶ μᾶλλον ἐπίδρομος ἠέπερ ἵπποις. — ἄλκαρ. In hoc loco viator litim restinguere, ab itinere requiescere, solis aestum effugere poterit. Similiter in fontis descriptione Ep. ἀδέσπ. CCCLXIII. τοὔνεκα μή με θέρευς παραμείβεο· δίψαν ἀλαλκοὺν Ἄμπαυσον παρ' ἐμοὶ καὶ κόπον ἡσυχίῃ. Sic ex membranis legendum.

IV. Plan. p. 329. St. 468. W. In Amorem, ad columnam ligatum. Conf. *Alcaei* Ep. XI. *Antipatri Sidon.* Ep. XLI. — ¶. 277.] V. 3. περιηγέας χεῖρας. manus, ni fallor, post tergum revinctas. περιηγέας arcte jungendum cum ἐσφήκωσε. Ap. *Homerum* Il. ρ. 52. ἐσφήκωντο veteres Grammatici interpretantur ἐσφιγμένοι ἦσαν. ἐδέδεντο. *Etym. M.* σφηκῶσαι. τὸ δῆσαι οὕτω Φρύνιχος. — V. 5. ψυχρὰ παραμύθια. Similiter *Euripid.* Alcest. 354. ψυχρὰν μὲν, οἶμαι, τέρψιν. ψυχρὰ καὶ ἀνωφελῆ ὀνόματα eodem sensu dixit *Lucian.* T. I. p. 155. et ψυχρὴ ἐπικουρίη *Herodot.* VI. p. 488. ibique *Wesseling.* — μήποτ'. Haud absimile est, vinctum hunc deum ejus ipsius, qui eum vinculis constrinxit, animum irretitum et captum tenere. Venus Daphnin irridens ap. *Theocrit.* Eid. α. 97. τὸ δὴν τὸν ἔρωτα κατεύχεο, Δάφνι, λυγιξεῖν. Ἦ οὐκ αὐτὸς ἔρωτος ὑπ' ἀργαλέω ἐλυγίχθης;

V. Cod. Vat. p. 490. Θυίλου. Planud. p. 76. St. 110. W. Σατόρου Θυίλλου. Expressum est carmen ex *Antip. Sid.* Ep. II. p. 16. *Marc. Argent.* Ep. XIV. —

V. 4. καὶ τρηχύς. *Leonid. Tar.* Ep. LVII. λειμῶνες δ' ἀνθεῦσι, σεσίγηκεν δὲ θάλασσα κύμασι καὶ τρηχεῖ πνεύματι βρασσομένη. — V. 5. Vulgo poſt δλκάδα diſtinguitur, quod recte mutavit cl. editor. Anchora ſolventibus imponitur navi. — V. 6. „ὕφεσθε. Sic Vat. Cod. Sed praeſtat vulgata „ἴφεσθε. ὑφίενμι τὰ ἱστία eſt *vela contrahere*, quae *pandi* „hîc jubet Priapus. Sic Leonidas Tar. LVII. καὶ πλώεις „πᾶσαν ἰφεὶς ὀθόνην.“ *Brunckius* a *Schneidero* monitus. — V. 7. ἡμῖν. Ed. pr. et Ald. tert. ὕμμιν Vat. Cod. qui v. 8. ωλιμενοφμήτης ναυτιλίην praebet. Vulgo ναυτιλίῃ. Metro timens *Joſ. Scaliger* in not. mſc. ὀλλιμενίτης ſcribendum cenſebat. Fruſtra. — ταῦτα accipiendum pro διὰ ταῦτα. Hanc ob cauſam vos exhortor, ut navigationem ſuscipiatis. Sic tamen τὸ ταῦτα non bene ceit cum praecedentibus, quod etiam magis apparebit comparatis carminibus, quae *Satyrius* expreſſit. *Antipater* l. c. ταῦθ' ὁ Πρίηπος Ἕρμιν ἐνοφμίτας πᾶῖς ἐνέπω βρομίου. *Leonidas Tarent.* ταῦθ' ὁ Πρίηπος ἐγὼ ἐπιτέλλομαι ὁ λιμενίτης.

VI. Cod. Vat. p. 490. Σατύρου. Planud. p. 76. St. 111. W. In eodem argumento verſatur ac praecedens. — V. 1. ποντοτόκου. Vat. Cod. — V. 2. πιτνεῖ repoſitum eſt ex membranis pro vulgato πνεῖει. Illud etiam *Grotius* ſecutus eſſe videtur: *Florida qui leni flamine prata ferit.* — V. 5. λύστε ναῦται. Vulgo et in Vat. Cod. quod unde emendatum ſit, *Brunckius* non indicat. Ad εὐπτερύγων ſubſtantivum deſiderari, ſatis apparet; id quod *Joſ. Scaligerum* commovit, ut vocem in duas divideret εὖ πτερύγων, ea ſine dubio mente, ut πτέρυγες *vela* ſignificent. Recte hoc quidem, ut apparet ex iis, quae obſervavit *Drakenb.* ad *Sil. Ital.* XII. 98. et *Dorville* ad *Charit.* p. 104. ſq. Sed πτέρυγας et πτερὰ ſimpliciter *vela* dici, ſuppreſſo vocabulo νηὸς, non puto. Quid? quod εὖ ſic mire abundat. Verior itaque videtur emendatio *Brunckii.*

VII. Cod. Vat. p. 240. ſq. Plan. p. 226. St. 329. W. Lemma in membranis: εἰς Ἀφίστιον ζάκορον Κυβέλης. Ex-

preſſum ex *Philodemi* Ep. XXXI. — V. 1. ὐκροτάλοις. „Subaudi σύν. Deinde ſcribe ἡ περὶ πεύκας καὶ καλύβην. „Vide quae notavi ad Philodem. XXXI. et Rhian. IX.“ *Br. Joſ. Scaliger* in not. mſc. ap. *Huetium* p. 22. et ad Virgilii Copam v. 7. παρὰ πεύκαις καὶ καλύβῃ emendavit; poſterius vocabulum de crepitu crumatum (τῶν κρεμάτων) interpretatus. Contra eum disputat *Salmaſ.* Scr. Hiſt. Aug. T. II. p. 823. qui docet, καλύβην eſſe τὸν θάλαμον matris deum, circa quem mulieres miniſtrae et θαλαμηπόλοι Cybeles cum tympanis et crotalis, ſaltabant capitque jactabant bacchabundae. Aliam viam inſtitit cl. *Wakefield*, qui in Sylv. crit T. II. p. 117. Κακκυβέλῃ βίψαι pro καταείψαι τῇ Κυβέλῃ corrigendum cenſebat, comparans *Juvenal* Sat II. 112. *Hic turpis Cybeles et fracta voce loquendi Libertas et crine ſenex fanaticus alto Sacrorum antiſtes.* Mentem ſagaciſſimi viri me non ſatis perſpicere fateor. βίψαι πλοκάμους de capitis rotatione accipiendum, quae in fanaticis his ſacris ſolemnis erat. Bacchica ſolemnia deſcribens *Euripides* in Bacch. v. 148.:

δέρμα καὶ χοροῖς ἐριθίζων πλανάτας,
ἰαχαῖς τ' ἀνακάλλων
τρυφερὸν πλόκαμον εἰς αἰθέρα βίπτων.

Ibid. §64. δέρην εἰς αἰθέρα δροσερὸν ῥίπτουσα. Etiam Caſſandra bacchico furore percita in Iphig. in Aul. 758. βίπτει ξανθοὺς πλοκάμους. — V. 3. κερόεντι. Vat. Cod. λωτὸς κερόεις eſt *cornu Berecynthium*, ſive *curvus calamus*, ad mentes exſtimulandas inprimis aptus. Vide *Vulpium* ad *Catull.* LXIII. 22. — ἀκρήτου κύλικας. Vat. Cod. Vulgo ἀκρήτους κύλικας. *Aldo*, qui ἀκρήτου in Lectt. corrigit, nemo obtemperavit praeter *Nicolinos Sabienſes*. *Suidas* in ἄκρατος T. I. p. 91. ἡ τρὶς εἰδυῖ' ἀκρήτου χειλοποτεῖν κύλικας. Cod. Pariſinus κύλικα cum edit. pr. eamque lectionem probat *Toup.* Em. in Suid. p. 19. Solebat illa ter ſine reſpiratione meri poculum ſiccare. Epigr. ap. *Athen.* X. p. 436. E. (Anal. T. [illegible] 71. XLII.) Τὸν βαθὺν

οἰνοπότην Ἐρασίξενον ἡ δὶς ἀφεξῆς Ἀκρήτου φανερῶς ὤχετ' ἔχουσα κύλιξ. Verbum χειλοποτεῖν, alibi vix obvium, *Schneiderus* in χανδοποτεῖν mutandum ſuſpicabatur; in quam conjecturam etiam *Mitſcherlichius* incidit ad *Horat.* III. Carm. XV. 16. p. 166. — ¶. 278.] V. 6. In καμάτοις offendit cl. *Wakefield*, qui κανακαῖς legendum ſuſpicatur. *Horat.* III. Carm. 19. 23. *audiat invidus Dementem ſtrepitum Lydus.* Equidem in vulgata acquieſco. Nam Pervigilium, tanta cum corporis et animi agitatione celebratum, certe res erat laboris pleniſſima. Mulieres Baccho ſervientes ap. *Euripidem* in Bacch. v. 66. cultum, quo deum celebrant, πόνον ἡδύν, κάματον εὐκάματον vocant. — V. 7. κεύθεται ᾄδῃ. Nemo facile in hac lectione quidquam ſubaerati ſuſpicetur; quippe quae bonum ſenſum et elegantem antitheſin efficit. *Planudis* tamen eam inventum eſſe, non ipſius *Satyrii*, vix dubitare nos patitur Cod. Vat. qui κεῖθ' ἃ μυρίπνους exhibet. Depravatae huic lectioni aliam ſubſtituit *Planudes*, κεύθεται ᾄδῃ; nec ego meliorem reperio. Fortaſſe tamen μυρίπνους, in μυρόπνους mutandum (vide *Meleagr.* Ep. V.), a *Thuilli* noſtri manu fuit, et vitium eſt in praecedentibus voculis.

Satyrio Thuillo in Vat. Cod. tribuitur Ep. Incert. CLXXIII.

GLYCONIS EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 506. „In Planud. p. 18. St. 29. W. „duo Epigrammata ſunt, quorum neutri praefixum „auctoris nomen. Conjuncta ſunt in Vat. Cod. ubi in„tegrum carmen Glyconi tribuitur. Apud Stobaeum in „Florileg. Grotii p. 413. primum diſtichon legitur abs„que auctoris nomine; reliqua duo p. 331. etiam ſine

»auctore.« *Brunck.* In rebus humanis bona cum malis commiſta eſſe docet. — V. 1. γέλως. Sic *Liban* T. IV. p. 169. 5. ed. R. ἕτερος ἥττων χρημάτων καὶ τὰ λοιπὰ γέλως. — πάντα κόνις. *Lucian.* Dial. Mort. XX. T. II. p. 202. ed Bip. Ὅμηρε, καὶ τῶν βαψῳδιῶν τὰ κεφάλαια χαμαὶ ἔρριπται ἄγνωστα καὶ ἄμορφα, κόνις πάντα καὶ λῆρος πολύς. Vide *T. H* ad *Lucian.* p. 404. ſq. — V. 2. ἐξ ἀλόγων. Haec ex Epicuri ſententia dicta putat *Brodaeus:* nihil divinitus adminiſtrari, ſed omnia temere agi et ferri. Fortunam, qualis ſit, deſcribens *Maxim. Tyr.* XI. 6. p. 200. τοιοῦτον ἡ τύχη, ἄλογον, ἔμπληκτον — Εὐρίπου δίκην μεταῤῥέον. *Clitomachus* ap. *Stob.* Flor. XCVI. p. 532. 14. οὐδὲν τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιόν ἐστιν, ἀλλὰ πάντα φέρεται φορᾷ τινι παραλόγῳ. *Seneca* Praef. Qu. Nat. in fin.: *Sunt, qui putent — hoc univerſum expers eſſe conſilii, et aut ferri temeritate quadam, aut natura neſciente, quid faciat.* Conf. *Euryſum* Pythagoreum in *Stobaei* Eclog. L. I. T. I. p. 212. ed. *Heeren.* — V. 3. Haec ducta ſunt ex *Poſidippi* Ep. XVI. ubi ſimilia de vita humana carmina laudavimus. — V. 5. ἡ γαμετή. Conf. *Heſiodi* Θεογον. 600–610. — In fine verſus vulgo ἐς αὐτὴν legitur. ἐν αὐτῇ membranae Vat. obtulerunt.

TULLII GEMINI EPIGRAMMATA.

¶. 279.] *I.* Planud. p. 331. St. 470. W. De illuſtri hoc Amoris ſimulacro, quod Praxiteles Phrynae dono dedit, vide quae dedimus ad *Simonid.* Ep. XC. et *Leonid. Tar.* Ep. XL. — V. 2. μισθόν. Pro hoc munere ſuo Phrynes amore remuneratus eſt. Illa enim dei fabrum ſpernere non eſt auſa, quippe cum timeret, ne deus pro ſimulacro ſuo ſagittas in ipſam dirigeret. Neque tamen Veneris filium tantopere timet, quam

Praxitelis Cupidinem, cujus matrem artem esse novit.

II. Cod. Vat. p. 192. *Gemino* hoc carmen vindicavit, quod in Planud. p. 426. St. 560. W. ἄδηλον est. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in Θεσπιάσι T. II. p. 190. qui in altero versu nihil discrepat a membranis et Planudeae edd. quae omnes ὑπὲρ τέκνων habent. *Brunckii* lectio ὑπὲρ τέχνης, quae nulla auctoritate nititur, vulgatae non praeferenda. *Brodaeus* ὑπέρτεχνον conjiciebat, quod propter praecedens εὐτέχνητον minime ferendum est. Sagaciores videant; equidem mihi in conjecturis meis de hoc loco minime satisfacio. — V. 3. Κύπριδος. Ad Venerem auctorem referendum hoc opus, quod Praxiteles, dea adjuvante, elaboravit. — ζητούμενον οὐκ ἐπὶ μ. Vat. Cod. — Occurrit poëta iis, qui munus meretricis parum decoris habere fortasse dixerint. — V. 4. ἐς ἀμφοτέρους. i. e. ἀμφοτέροις. Praxiteli et Phrynae, si recte intelligo. — V. 5. Vitiose Cod. Vat. αἰνοβροτόν. In δεινῆς haereo. Quae enim, quaeso, duplex haec ars est, quam poeta in Praxitele miratur? Eum Phrynae Amorem donasse ait; quod certe artis est; sed quod idem deum in visceribus alere dicitur, nemo facile in artificis laudem artisve praeconium accipiat. Legendum puto:

θείης ἐκ τέχνης αἰνέω βροτόν.

Glaucus Ep. III. ὦ Σκόπα, σᾶς χειρὸς θεσπροὺς ἱμάσατο τέχνα — Θυιάδα. *Callistrat.* Stat. II. p. 891. καὶ τῶν δημιουργῶν αἱ χεῖρες, θειοτέρων πνευμάτων ἐράνοις ληφθεῖσαι — προφητεύουσι τὰ ποιήματα. — V. 6. θεὸν τελ. ipsum dei archetypum. *Simonid* Ep. XC. Πραξιτέλης ὃν ἔπασχεν διηκρίβωσεν Ἔρωτα, Ἐξ ἰδίης ἕλκων ἀρχέτυπον κραδίης.

III. Bis exstat in Planud. p. 239. et 311. St. 347. et 451. W. Scriptum est in *Salmoneum*, *qui fulmina in quadriga sedens imitabatur, cum quadriga fulmine ictus. Hygin.* Fab. CCLI. et Fab. LXI. ubi scribendum

videtur: *Salmoneus, Aeoli filius, Siſyphi frater, cum tonitrua et fulmina imitaretur Jovis, ſedensque quae quadrigam faces ardentes in polum mitteret et cives, ob id a Jove fulmine eſt ictus.* pro vulgato: *ſedens quadr. f. a. in populum;* quod ferri nequit, ſequente voc. *cives.* Conjecturae patrocinatus *Apollodor.* I. 9. 7. p. 45. τῷ Διὶ ἐξισοῦσθαι θέλων — ἔλεγε βροντᾶν· βάλλων δὲ εἰς οὐρανὸν πίθαμένας λαμπάδας, ἔλεγεν ἀστράπτειν. Vide de fabula Salmonei *Heynium* ad *Virgil.* Aeneid. VI. 585. et *Weſſeling.* ad *Diodor. Sic.* T. II. p. 546. — V. 1. „Πολυγνώτου re„poſuit Grotius pro Πολυκλείτου. Vide Junium in Arti„ficum Catal.“ *Br.* De duobus Polycletis, quos ex antiquitate novimus, alter Sicyonius fuit, alter Argivus. Polygnotum autem Thaſium fuiſſe conſtat. Quae cum ſatis ſpecioſa ſit emendandi cauſa, *Heynius* tamen in Commentat. Tom. X. p. 94. propter verba χεὶρ κάμε, quae opus anaglyphum potius quam picturam prodere videantur, poëtam erraſſe in Polycleti patria ſuſpicari malit. Ceterum in Planudea Θασίη loco altero. — V. 3. Fulmine igitur illa Salmonei tacta fuit imago; quem caſum poëta de Jovis ira interpretatur.

¶. 280.] *IV.* Plan. p. 310. St. 450. W. In Herculis, armis ſpoliati, ſtatuam, Lyſippi opus. Plures ab hoc artifice elaboratae Herculis ſtatuae, de quibus adeundus *Heynius* in Commentat. T. X. p. 87. Conſer *Philippi* Ep. LII. quod *Geminus* expreſſiſſe videtur. Repertum eſt hoc carmen in baſi ſtatuae Venetiis. Vide *Spon.* Miſcell. erud. antiq. p. 51. Idem cum *Salvinii* verſione metrica exhibet *Gorius* in Inſcr. Flor. T. II. p. 136. — V. 3. σοφαρὸν μίμημα. Plan. et Spon. Acute *van Eldick* emendavit in Suſpic. p. 28. σοφαρόν σοι λῆμα *Ariſtophan.* Ran. v. 466. καθ' Ἡρακλέα τὸ σχῆμα καὶ τὸ λῆμ' ἔχων. *Manetho* L. IV. 470. ἀρήϊκα λήματ' ἔχοντες. vide quae notavimus ad *Philipp.* Ep. LXXXI. 5. Doctior tamen et procul dubio verior eſt emendatio *D. Ruhnkenii,*

qui in Epiſt. crit. p. 77. *πού σεβαρδν βρίμημα* corrigit. *Heſychius: βρίμημα. ἐπίπληξις. Apollon. Rhod.* IV. 1677. *ὡς ὄγε χάλκειός περ ἐὼν ὑπόειξε δαμῆναι Μηδείης βρίμῃ.* i. e. *ἰσχύϊ*, ut *Schol.* interpretatur. Derivatur hoc vocabulum cum aliis quibusdam a *βρῖ ἐπιτατικῷ*. Hinc *βριμοῦσθαι, μετά τινος ἀπειλῆς ἐκφοβεῖν*, ut ex *Pauſania* interpretatur *Euſtath.* ad Odyſſ. *α.* p. 26. 27. Conf. *Etymol. M.* in *βριμαίνω* et *βρίμη*. — Praeterea vulgo exhibetur *τίς ἔπλασεν ὦ. κ.* cum interrogandi ſigno, ita ut *Λύσιππος* verſ. ſeq. pro reſponſo habendum ſit. Hanc ſcripturam et diſtinctionem ſequutus eſt *Grotius*; minus recte. Duas partes hoc carmen habet. Prior v. 1 – 4. Herculis habitum et vultum deſcribit; poſterior cauſam nuditatis et triſtitiae explicat. Vulgata interpunctio igitur carminis oeconomiam turbat. — V. 6. *εἷς βαρὺς ἄθλος. Quem non mille ferae, quem non Stheneleius hoſtis, Non potuit Juno vincere, vincit Amor. Ovid.* IX. Heroid. 25. *Clava toroſa tibi pariter cum pelle jacebat, Quam pede ſuſpenſo praeripiebat Amor.* ut acute correxit *Burmannus* in Anthol. Lat. T. I. p. 269. pro *percutiebat*; quae tamen ipſa lectio non temere ſpernenda eſt. Vide *Werusdorf* Poët. Lat. min. T. III. p. 167.

V. Cod. Vat. p. 404. Plan. p. 298. St. 438. W. Scriptum in lapidem, Graecis ad Chaeroneam devictis, Marti a Philippo Macedone dedicatum. Hiſtoria, quam hoc carmen ſpectat, ignoratur. *Brodaeus* de ſigno Martis putabat agi; quod parum probabile. Tropaeum autem intelligere non pati videtur *Pauſaniae* locus L. IX. 40. p. 794. *Φίλιππος δ' οὐκ ἀνέθηκεν ὁ Ἀμύντου τρόπαιον, οὔτε ἐνταῦθα* (ad Chaeroneam), *οὔτε ὁπόσας μάχας ἄλλας βαρβάρους ἢ καὶ Ἕλληνας ἐνίκησεν· οὐ γάρ τι Μακεδόσιν ἱστάναι τρόπαια ἦν νενομισμένον* — qui locus varie impugnatus et defenſus eſt. Vide *Weſſeling.* ad *Diodor. Sic.* XVI. p. 85. 64. Monimentum cum inſcriptione ap. Chaeroneam a Philippo eſſe poſitum, nemo, quod ſciam, tra-

didit. — V. 1. Κεκροπίδεσσι Vat. Cod. et v. 2. Φιλιππίης. — V. 3. ὕβριζων. gloriam in campo Marathonio et in pugna Salaminia partam Macedonum virtus evertit. Μακηδονίης. Vat. Cod. — κεκλιμένα. Sic *Hermesianax* Eleg. v. 54. οἰνηρὴν δουρὶ κεκλιμένην πατρίδα. *Antip. Sid.* LXXXIV. οὐδ' ὑπὸ δυσμενέων δούρατι κεκλίμεθα. — V. 5. ὄμνυε νῦν νέκυας. Respicitur locus celeberrimus in Orat. *Demosthenis* pro Coron. c. 60. ἀλλ' οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν ὅπως ἡμάρτετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας κίνδυνον φέραμενοι. οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων, καὶ τοὺς ἐν Πλαταιαῖς παραταξαμένους, καὶ τοὺς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχήσαντας κ. τ. λ. quem locum tanquam exemplum praeclarae apostrophes laudat *Longin.* π. ὑ. c. XVI. p. 71. ed. *Toup.* et multi alii eum cum laudarunt, tum imitatione expressérunt; de quibus vide *Taylor.* in Not. ad Demosth. p. 158. sq. ed. *Reisk.* qui nec nostrum carmen omisit.

VI. Cod. Vat. p. 477. Plan. p. 305. St. 445. W. — V. 1. Distinctione mutata orationem erigere studuit *Brunckius.* Vulgo enim legitur: ἡ βάσις, ἡ κατέχουσα τὸ βοεῖον ἢ πεπόηται· ubi postrema vocabula fortasse abundare videbantur cl. editori. Ad sensum confer *Philippi* Ep. XLIX. ibique not. — V. 2. ἣν δ' ἀφ. membranae. Vulgo δ' omissum.

VII. Vat. Cod. p. 475. Plan. p. 374. St. 512. W. Strymon, Thraciae fluvius, se cum Nilo comparat. — V. 1. Inter flumina quidem habeor, sed mari comparandus sum magnitudine et aquarum multitudine. διώκω h. l. pro ζηλοῦσθαι videtur positum. *Hesych.* δίωκε. ζήλου. Vid. *Alberti* Obss. philol. p. 350. Nisi est *festino, propero, celeriter moveo* undas, ponto comparandas, πελάγει ἴσα μέτρα. Hanc verbi διώκειν significationem illustravit *Abresch.* ad Aeschyl. T. I. p. 81. — ¶. 281.] V. 4. Tribulum gigno, ipsis Cereris muneribus praestantio-

rem. Ὀμπνία. Cereris nomen, ab ὄμπνη, τροφή. Conf. *Spanh.* ad *Callim.* p. 657. et 747. et *Eichſtaedt.* de Dramat. Satyr. p. 146. ſq. Plurimum huc facit *Theophraſt.* Hiſt. Plant. IV. 11. ὁ τρίβολος οὐκ ἐν ἅπασιν οὐδὲ πανταχοῦ φύεται, ἀλλ' ἐν τοῖς ἑλώδεσι τῶν ποταμῶν· ἐν μεγίστῳ δὲ βάθει πενταπήχει ἢ μικρῷ μείζονι, καθὰ οἱ περὶ τὸν Στρυμόνα. *Plinius* XXI. 16. *Tribulus nonniſi in paluſtribus naſcitur; dira res alibi, juxta Nilum et Strymonem amnes excipitur in cibis.* Idem XXII. 10. *Thraces, qui ad Strymona habitant, foliis tribuli equos ſaginant, ipſi nucleo vivunt, panem facientes praedulcem et qui contrahat ventrem.* Haec loca non effugerunt *Brodaei* diligentiam. — Ceterum vett. Planudeae edd. pro τρίβολον exhibent πίβολον. — V. 5. ἄμμι. Quod ſi quis comparationem inſtituat, Strymon praeſtantior videbitur Nilo, cum hic fruges tantummodo alat, ille easdem gignat et proferat.

VIII. Cod. Vat. p. 429. χαιμίνου. Edidit *Salmaſ.* in Plin. p. 821. C. qui depravatae membranarum lectioni ſuas emendationes ſubſtituit. *Jenſ.* nr. 12. *Reisk.* Anthol. nr. 663. p. 116. — V. 1. ἡ παλίουρος. ἐξείη παλίουρος καὶ βάτος. *Leonid. Tar.* Ep. LXXXIII. Paliurum et alia ex ſpinarum genere ſepiendis hortis et agris adhibita eſſe, docent loca collecta per *Bod. a Stapel* ad *Theophr.* L. III. p. 265. — ξύλον ἴδῃς ἐν ἕρκει Vat. Cod. et Jenſ. οἷος ἐν ἕ. *Salmaſ.* quod *Reisk.* mutavit in οἷον, ut in marg. apogr. Guyet. habetur: *ut par erat in ſepimento. Brunckius* ſuam conjecturam in textu poſuit, lectoribus non monitis. Vera lectio adhuc latet. Deſidero loci ſepibus incluſi commemorationem, quo referatur ſcilicet v. τῶν φορίμων, verbi cauſa:

Ἢ παλίουρος ἐγὼ, τετιχὼ ξύλον, ἕρκος ἀλωῆς.

ſive:

— — — — — οἰνάσιν ἕρκος.

Haec poſui, non quod poëtam ſic ſcripſiſſe putem, ſed

ut intelligatur, quid in hoc verſu deſiderem. — V. 2. τίς μ' ἀφορῶν. Vat. Cod. ἀφόρων. *Jenſ.* ἄφορον *Salm.* et *R.* Quis me inutilem dixerit, cum utiles et frugiferas arbores tuear? φόριμος vocabulum eſt e rarioribus.

IX. Cod. Vat. p. 428. Plan. p. 30. St. 46. W. Lemma in membranis: Τυλλίου Σαβήνου εἰς μῦν φαγόντα κιθάρας χορδὴν καὶ περιπλακέντα ἐν αὐτῇ καὶ ἀποπνιγέντα. — V. 1. σμίνθος. μῦς. *Heſych.* ubi vide Intrpp. p. 1230. *Schneider* ad *Aelian.* H. A. XII. 5. p. 378. — V. 2. λῃζόμενος Vat. Cod. Illecebras, muscipulae impoſitas, deripuit. ἐκ θανάτου. Ipſam muscipulam cum gravitate quadam ſignificat. Batrachom. v. 50. πηγίδα στονόεσσαν, ὅπου δολόεις πέλε πότμος. — V. 3. πῆχυς h. l. eſt ea pars citharae, cui nervi aptantur, *jugum*, ad quod chorda dirupta reſiluit. — V. 4. ἀπεβρόχησεν. Vat. Cod. — V. 5. τόξων. Vulgo arcum miramur, ſcopum certis ſagittis ferientem. Nec immerito. At hic deus vel citharâ tanquam telo in hoſtes utitur. ὃς δέ. οὗτος δέ. Phoebus ſcil. τόξων itaque de ſagittandi arte in univerſum accipi debet; quo nihil jejunius. Vitium eleganter occultavit *Grotius*, vertens:

Ecquis adhuc arcus Phoebi mirabitur, arcus
Irato praeſtet cum lyra tenſa vicem?

Sed aliena affinxit poëtae doctiſſimus interpres. Emendationis leniſſimae olim a me propoſitae nondum poenitet:

Λοξίου εὐστοχίην θαυμάζομεν, ὅς γε κατ' ἰχθῦν
ἠὲ καὶ κιθάρην εὔστοχον ὅπλον ἔχει.

In hac lectione omnia recte procedunt. — V. 6. ἄστοχον inepte Vat. Cod.

X. Cod. Vat. p. 218. Γερμάνου. Plan. p. 198. St. 287. W. *Germanici*. In Cod. *Conſtantini Laſcaris*, quem *Iriarte* deſcripſit, hoc carmen connectitur Epigrammati *Diodori* X. 187. et inſcribitur *Germanico*. Expreſſum

est ex *Alphei Mitylen.* LXXXI. p. 234. Sententiam ex *Choricii* declamationibus, quae ad h. l. facit, *Macarius* servavit ap. *Villoison.* in Anecdot. T. II. p. 66. ἀνδρῶν ἐπιφανῶν εἰκὼν ἅπασα γῆ, ubi cave cum doctissimo editore οἶκος legas. — V. 1. ἐπὶ ταύτᾳ. Vulgo. δούρατα. naves in pugnis illis navalibus, ap. Salamina praesertim, fractas. δόρυ de nave passim obvium. Vide Animadv. in Euripid. p. 120. — βαρβαρικὰ et ναυφθορίης Vat. Cod. — V. 3. Sensus est: fundamentum, cui Themistoclis gloria superstructa, bellum est cum Persis et Xerxe gestum. Hoc bonum; sed poëta nos Themistoclis monimento Persicum Martem et Xerxem subjicere jubens, imaginem efficit vehementer absurdam.

CYLLENII EPIGRAMMATA.

¶. 282.] *I.* Vat. Cod. p. 358. Κυλλινίου. In Planud. p. 25. St. 39. W. Καλλινίου. Pyraster hortulano, qui alienos ipsi ramos inseverat, gratias agit, quod ejus opera feracibus annumeretur arboribus. — V. 1. δρυμοῖσι. quaedam edd. vett. — νόθη Vat. Cod. νόθην ὀπώρην fructus appellat poëta acerbos atque inutiles. Ducta metaphora a liberis, qui non ex legitimis nuptiis prognati, jus civitatis non habent; quam vocabuli νόθος significationem illustrat *Cuperus* in Obss. I. p. 117. sqq. Tum τὰ νόθα opponuntur τοῖς ἀληθινοῖς. Ap. *Archiam* Ep. V. ventilabrum νόθον ἄημα πτύειν dicitur. Caro conchae νόθῳ σαρξ ap. *Antiphil.* Ep. XXII. ἀγλαὴ νόθη ap. *Claudian.* Ep. II. Mala carmina, quae speciem haberent, sed poëtico calore destituta essent, νόθους ἀοιδὰς appellasse videtur *Callimachus* Fr. CCLXXIX. Similiter ap. *Himerium* Orat. IV. 7. p. 466. νόθος καὶ κίβδηλος σοφία oppo-

nitur τῇ ὀρθῇ, i. e. γνησίῳ. — V. 4. οὐκ ἐμόν. *Feraces Plantae immittuntur: nec longum tempus et ingens Exiit ad coelum ramis felicibus arbos, Miraturque novas frondes et non sua poma. Virgil.* Georg II. 79. sqq. *Ovid.* Remed. Amor. 196. *Statque peregrinis arbor operta comis.* — V. 5. φυτοσεγέ. Sic veteres edd. quae mihi ad manus sunt, omnes. *Lennep.* in suo exemplo φυτευγὲ reperiens, varia frustra molitur ad *Colurb.* II. 3. p. 89. — V. 6. ἐγγράφομαι. Metaphoram, quae est in νόθης ὀπώρης, poëta continuat. ἐγγράφεσθαι dicuntur, qui in civium numerum referuntur. Hoc jam *Huetius* p. 5. notavit.

II Cod. Vat. p. 363. Κυλληνίου. Plan. p. 78. St. 114. W. Κυλληνίου Πετιάνου. Scriptum est sive in arborem, sive in carinam, in litore collocatam, necdum armamentis instructam. Multa hujus argumenti Epigrammata reperiuntur in Anthol. Plan. L. I. c. LVII. Apud Planudem sequitur distichon cum lemmate, τοῦ αὐτοῦ:

Ἄρτι με πηγνυμένην ἀκάτου τρόπιν ἕσπασε γαίτων
πόντος κὴν χέρσῳ εἰς ἐμὲ μαινόμενος.

quod in Vat. membranis *Antiphilo Byzantino* tribuitur, cujus Epigr. XXVI. Μυρία με, τρίψασαν — — interpositum est inter hoc distichon et illud *Cyllenii*. Ex hac vicinitate mirus ortus est error. *Cyllenii* hexametro subjectus est in membranis Vat. pentameter *Antiphili:* πόντος κὴν χέρσῳ εἰς ἐμὲ μαινάμενος· *Antiphili* districho autem in margine adscriptus versus *Cyllenii:* ἄτλην; φεῦ κ. τ. λ.

APOLLINARII EPIGRAMMATA.

¶. 283.] *I.* Cod. Vat. p. 563. Planud. p. 137. St. 199. W. In Grammaticum Glyconem, hominem imperitissimum. — V. 1. Grammaticus asino vectus et inde

delapſus omnis ſuae ſcientiae jacturam fecit. Verba ὡς λόγος indicant, veterem hiſtoriam reſpici, quae paroemiae originem dedit: ἀπ' ὄνου καταπεσών. Senſum adagii diſerte prodit *Ariſtoph.* in Nub. 1276. τί δῆτα λαμβάν, ὥσπερ ἀπ' ὄνου καταπεσών. ubi, quae *Scholiaſtes* affert, manifeſta faciunt, eum cauſam et originem dicti ignoraſſe. Hanc aperuit *Suidas* in v. ἀπ' ὄνου T. I. p. 288. ὁ δὲ φιλόσοφος Πλάτων ὡς οὐκ ἀπὸ τοῦ ζώου τὴν παροιμίαν λέγεσθαι, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ νοῦ. Locus *Platonis* eſt de Legg. L. III. p. 701. C. μὴ — κατὰ τὴν παροιμίαν, ἀπό τινος νοῦ πεσεῖν. ubi tamen hodie ὄνου legitur. Vide *Schottum* ad *Zenob.* II. 57. p. 41. Adde *Erasmum* in *Ab aſino delapſus.* I. Cent. VII. 31. et *Interpp. Heſych.* ἀπ' ὄνου καταπεσών, ubi ſimiles quaedam paroemiae proferuntur. — V. 5. Glyco, homo imperitiſſimus et proinde in patria ſua contemtiſſimus, cum in Libyam veniſſet, Grammaticam, cujus prima elementa ignorabat, profiteri coepit. Hinc jocandi opportunitas poëtae enata eſt Quum Glyco, ait, Libycos aſinos conſcendere coepiſſet, ex imperito Grammaticus factus eſt. Quod igitur alias fieri ſolet, ut de aſino delapſi ſcientia excidant id contra evenit Glyconi, qui ſaepe ab aſino ſuo excuſſus, doctus evaſit. — Veteres interpretes Glyconem agaſonem fuiſſe fruſtra contendunt. — V. 5. ἵππου. Ed. pr. Aldinae omnes. Aſcenſ. Nicol. Sabienſ. In Vat. Cod tamen ἵππον habetur. — ὢν γάρ. non ſolum Grammaticae, ſed omnino vulgaris ſermonis ignarus. — V. 7. κάνθωνας et κανθηλίους praegrandes aſinos a Graecis, ſed in ridiculis tantummodo dictos fuiſſe, contendit *Bochart.* Hieroz. II. 18. p. 221. Libycos aſinos ubi tonſas equas inire narrat *Aelian.* H. An. XII. 16., μεγίστους eos vocat.

II. Vat. Cod. p. 567. Plan. p. 144. St. 209. W. *Planudes* hoc diſtichon retulit in caput *De Doloſis.* Sed vide, an de oratore ſoloeciſſante et imperito agatur. »Ubi mihi abſenti maledicis, nihil me laedis; (nihil

„enim curo tam inepti hominis de me ſententiam, et „quidvis per me licet dicas, dummodo te non audiam.) „Sed cum me praeſentem laudas, vehementer laedis.“ In hunc ſenſum accepta paulo plus ſalis et acuminis habere videtur ſententia.

NICOMACHI EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 251. Νικομάχου εἰς Πλάταιαν τὴν πόλιν ὑπὸ σεισμοῦ καταπεσοῦσαν. Edidit *L. Holſten.* ad *Steph. Byz.* p. 256. *Reisk.* in Anth. nr. 582. p. 78. — V. 1. ἄϑλα Πλάταια. Et ſingulari et plurali numero hujus urbis nomen effertur. *Homer.* Il. β. 504. *Herodot.* VIII. 50. Vide *Euſtath.* ad Il. p. 203. 38. Temere *Reiskius* dedit: ἄδ' Ἐλάτεια, cujus eum conjecturae, cum notas ſcriberet, merito poenituit. De terrae motu, quo Elatea everſa ſit, non magis conſtat, quam de Plataeâ ejusmodi calamitate affecta. At Boeotiam terrae motibus expoſitam fuiſſe, *Strabo* ait L. X. 686. B. — τί τοι λέγω; ſic membranae. *Reiskius* τίν' οὖν λέγω; quia plures eſſent urbes Elateae nomine. Brunckianam lectionem ſic explico: quid tibi vis dicam? qua conſolatione et allocutione utar? — V. 2. ἐξαπίνης. Vat. Cod. a manu ſec. — V. 3. ἄν apogr. Lipſ. αὖ Vat. Exigua pars civium patriae civitati ſupervixit. Qui vero perierunt patriam, pro cippo ſibi impoſitam habent. — Similiter *Aeſchylus* in Epigr. T. I. p. 148. οἵ ποτε γυίοις τλήμονες Ὀσσαίαν ἀμφεβάλοντο κόνιν. ubi vide not. p. 277.

ANTISTII EPIGRAMMATA.

¶. 284.] *I.* Vat. Cod. p. 185. Primum hujus carminis diſtichon edidit *Spanhem.* ad *Callimach.* H. in Pallad. p. 599. Integrum *Kuſterus* ad *Suidam* v. φόζα T. III. p. 642. *Reisk.* in Anth. nr. 485. p. 37. Celebrat poëta notiſſimam de Gallo et leone hiſtoriam. Vide ad *Simonid.* Ep. CXII. quod *Antiſtius* expreſſit. — V. 1. ϑέτο. *dedicavit*, ut ſaepe. Cur *Spanhemius* indumenta et capillos Galli ipſi Cybeles ſimulacro appenſos fuiſſe judicet, cauſam idoneam non video. — V. 4. ἄϑλον ἀπεκρέματο. Vat. Cod. quod ex ſchedis Lacroz. dedit *Reiskius*. *Brunckius* exhibuit lection. marginis ap. Guyet. ἄϑλος dedit etiam *Kuſterus*. — V. 5. φρενός. Vat. Cod. et *Reisk.* φρένα; margo ap. Guy. et *Kuſter.* — V. 6. φυζαλέον. *Suidas*, hunc verſum excitans v. φόζα. δειλία. φυγή. καὶ φυζαλέος. ὁ δειλός. *Suidae* lectionem tacite recepit *Reiskius*; fortaſſe recte. *Gallus tympani ſono terribilem leonem in fugam convertit*, φυζαλέον ἔτρεπε, i. e. ἔϑηκε. Quod ſi quis tamen Codicis lectionem φόζα λέων defenderit, exemplis doceat, graecos in quarto caſu λέων dixiſſe pro λέοντα. *Cornel. de Pauw* in marg. apographi ſui λέον, per apocopen pro λέοντα poſitum, legendum cenſet. Nec hujus formae exemplum alibi obvium. — V. 7. ὑπὸ δείσαντα et ἥνεκα Vat. Cod. Hinc ap. Lipſ. ἥνικα. — V. 8. συρικτὰν (ap. Guyet. et Ruhnk. in marg. συρικτᾶν) κ. ἀπ' ἀκρ. Vat. Cod. συρικταὶ ἀκρέμονες idem quod ψιθυρίζοντες. *arguti rami.* ut ap. *Virgil.* Eclog. VII. 1.

Lect. p. 195.] *Ia.* Vat. Cod. p. 513. Edidit hoc carmen, quo carebat apogr. Buherianum, *Dorville* ad *Charit.* p. 57. In puerum Cleodemum, Eumenis fil., Bacchica ſacra celebrantem. — V. 3. στικτοῖο νεβρεοῦ. Ap. *Euripid.* Bacch. 833. Dionyſus Pentheum νεβρεοῦ στικτὸν δέρας induere jubet. Baccha κατὰ χροὸς οἷα χιτῶνα

Στικτὰ

Στικτὰ φιλοσκοπέλων ἐνεδύσατο δέρματα νεβρῶν. — ἐξώσατο membran. quod *Dorvill.* emendavit. — V. 5. ὦνας ὑμῖν Κάδμε τίθει Vat. Cod. cujus lectionis praeclaram emendationem debemus *Dorvillio.* Καδμεῖος ἄναξ Bacchus eſt. Idem in verſ. ult. minus feliciter ἡβήτας in ἡβήσας mutabat. Sed quidni poëtae licuerit ἡβήτας θιάσους pro *thiaſo juvenum* ponere, ut paulo ante βαιὸν θίασον pro βαιῶν, i. e. μικρῶν παίδων θιάσῳ? — ἄγοι *Dorv.* In membranis eſt ἄγει.

II. Plan. p. 339. St. 478. W. Priapus, in agro cuſtos collocatus, furibus graviſſimas poenas minatur. — V. 3. ἐπὴν γελάσῃς. ſi tentam riſeris mentulam. Similis color in Luſib. carm. X.:

Inſulſiſſima quid puella rides?
Non me Praxiteles Scopasve fecit:
Nec ſum Phidiaca manu polisus:
Sed lignum rude villicus dolavit:
Et dixit mihi: Tu Priapus eſto.
Spectas me tamen, et ſubinde rides.
Nimirum tibi ſalſa res videtur,
Adſtans inguinibus columna noſtris.

ubi *Burmannus* (Anth. Lat. T. II. p. 488.) noſtrum carmen adſcripſit. Idem deus rudi manu dolatus in Ep. incerti auct. CCXXXII. haec ait:

ἀχρεῖον γέλασόν με· τὰ δ' εὔκηλος πεφύλαξο
σίνεσθαι, μὴ καὶ σαρδάνιον γελάσῃς.

ut haec ſcribenda eſſe jam olim docuimus. — V. 6. ἡ λάχνη. barba et pili te a poena non rediment. Luſus Ep XIII. *Praecidere puer, moneo: futuere puella: Barbatum furem verſia poena manet.*

III. Cod. Vat. p. 260. Edidit *Reisk.* nr. 594. p. 83. Conqueritur poëta de jactura, quam Graecia in tribus athletis fecerit, qui in diverſis regionibus naufragio

perierant. Nec acumen, nec leporem ullum in hoc carmine video. — V. 1. Ἄωου. Aous fluvius prope Apolloniam in mare emittitur. *Pompon. Mel.* L. III. 2. Ejus tractum descripsit *Livius* L. XXXII. 5. — V. 3. „ἐν „πόντῳ, nisi pro superfluo metri fulcro habere malis, „debet accipi pro adjectivo πόντιος. trajectus marinus „Siculus. πόρος ἐν πόντῳ, hoc est ἐμπόντιος, διαπόντιος Σικε„λός.“ *Reiske.* Vide tamen an *Antistius* scripserit:

καὶ σὺ νότος Σικελῷ
ὤλεσεν ἐν πόντῳ.

rabies Noti, *Quo non arbiter Hadriae major.* *Horat.* I. Carm. III. 14. — V. 3. τόσον. Vat. Cod. et *Reisk.* πόσον marg. ap. Guyet. et Ruhnk. — V. 4. κρείσσονας ἀθλοφόρους Vat. Cod. a man. sec. Posterius exhibet ed. *Reiskii.*

HADRIANI CAESARIS EPIGRAMMATA.

¶. 285.] *I.* Vat. Cod. p. 203. Ἀδριανοῦ ἐν τοῖς ἀναθήμασι Τραϊανοῦ Καίσαρος. unde *Boivinus* colligit, Hadrianum plura Epigrammata conscripsisse sub titulo: ἀναθήματα Τραϊανοῦ. Primus hoc carmen edidit *Salmas.* in Comm. ad Scr. Hist. Aug. T. I. p. 133. *Kusterus* ad *Suidam* T. II. p. 249. *Boivin* dans les Mém. de l'Acad. des Inscr. T. III. p. 356. *Tristanus* T. I. p. 426. *Reisk.* in Anth. nr. 540. p. 63. Trajanus, cum ad bellum Parthicum proficisceretur, in monte Casio, ubi Jovis Casii templum erat, spolia Getarum dedicavit. Duo sunt montes Casii nomine appellati. Alter in Aegypto prope Pelusium in confiniis Syriae et Aegypti. *Strabo* XVI. p. 760. *Herodot.* L. III. 158. Ibi Jupiter colebatur sub juvenis specie, malum punicum manu tenentis.

Achilles Tat. L. III. 6. p. 248. ſq. ed. *Bod.* ibique *Carpzov.* Alter eſt prope Antiochiam in Seleucia. *Strabo* XVI. p. 751. *Ammian. Marc.* XIV. 62. XXII. 33. Etiam in hoc monte Jupiter colebatur. De utriusque cultu disputans *Liebe* in Gotha Numaria p. 308. ſqq. noſtrum quoque carmen attigit. *Salmaſius* Trajanum Aegyptium illum montem conſcendiſſe putabat, quem refutarunt *Boivinus* et *Reiskius*. *Salmaſii* error apparet ex *Dione Caſſ.* LXVIII. 17. p. 1134. qui Trajani iter luculenter deſcribens, eum, Lycia et reliqua Aſia peragrata, Seleuciam et inde Antiochiam perveniſſe narrat. Nec opus habebat Aegyptum adire. — V. 1. 2. laudat *Suidas* T. II. p. 249. Κάσιον ὄρος. πρὸς τῷ Εὐφράτῃ (*Kuſterus* a *Salmaſio* in errorem abreptus, perperam corrigit: πρὸς τῷ Πηλουσίῳ.) καὶ ὁ Κάσιος Ζεύς. ἔνθα Τραϊανὸς ἀνέθηκε κρατῆρας ἀργυροῦς καὶ κέρας βοὸς παμμέγεθες κεχρυσωμένον· καὶ ἐπιγράμματα ἐν τοῖς ἀναθήμασιν Ἀδριανῷ πεποιημένα. ubi *Salmaſius* tentat: ἐπίγραμμα — πεποιημένον. At hujus correctionis vanitas apparet ex lemmate Vat. Cod. quod etiam plura Epigrammata ἀναθηματικὰ ab *Hadriano* conſcripta commemorat. — V. 3. ἄνθετο δοιὰ λίτα. *membr.* In marg. ap. Guyet. legitur. λίτα. τέλη. i. συνέδρια. δύο τῶν ἐν τέλει. Vide *Heſychium*. *Salmaſius*, *Kuſterus* et *Suidas* λῖτα. Bis hoc diſtichon excitavit *Suidas* in οὖρος T. II. p. 741. ubi βοῦς οὖρον, et in λῖτα T. II. p. 451. ubi βοὸς οὖρον habetur. λῖτα ſunt καταπετάσματα. *Homer.* Od. α. 131. ὑπὸ λῖτα πετάσσας. quem locum proferens *Athen.* L. II. p. 48. C. λῖτα interpretatur λευκὰ καὶ μὴ βεβαμμένα ἢ πεποικιλμένα. Sed vide *Euſtath.* ad Od. p. 32. 19. Sed huic lectioni repugnat ſyllabarum menſura. Conf. *Homer.* Il. σ. 252. et ψ. 254. Transponendas igitur voces, ἄνθετο λῖτα δύω, cenſebat *Albertus* ad *Heſychius* in λιτά. *Reiskius* δοιὰ λινᾶ pro λινέα, duo retia, dedit, ſatis inepte. *Salmaſius* ἰυτὰ, quia *Suidas* Trajanum *argentea pocula* et tauri cornu dedicaſſe diſerte tradit; eandemque ob

caufam *Boivinus*: ἄνθετ' ἄλισα δύω, quam lect. *Brunckius* non dubitavit recipere. Eſt autem ἄλισον, ποτήριον τετορνευμένον, interprete *Heſychio*; cum quo cf. *Schol. Homeri* Il. λ. 773. In fragm. *Athenaei* ap. *Caſaub.* ad L. IX. p. 783. multa de etymologia vocabuli ἄλισα traduntur; et inter alia ap. *Piſandrum* Telamon ab Hercule ἄλισον dono accipere narratur, τῆς ἐπὶ Ἴλιον στρατείας ἀριστεῖον. — In fine verſ. οὔρων Cod. Vat. οὔρου apogr. Guyet. et Ruhnk. Et ſic *Salmaſius* edidit, cujus hanc emendationem eſſe, dubitare noli. De poculis ex boum cornibus factis diſputavimus ad *Addaei* Ep. II. Noſtrum locum non praetermiſit, ubi veterum loca de uris congeſſit, *Bochartus* in Hieroz. III. 26. p. 959. — V. 5. ἴξαιτα. ἐξαίρετα. *Heſych. Homer.* Il. μ. 320. οἶνόν τ' ἔξαιτον, μελιηδέα. *Schol. Apollon. Rhod.* L. IV. 1004. Perperam V. D. in marg. ap. Guy. et Ruhnk. ἴξαντα, i. ἐξαναντίας, conjecit. Hunc verſ. c. ſequ. laudat *Suid.* T. I. p. 763. ubi ἦμος ἀντιρεῖς exhibetur. ἀντιρεῖς eſt in Vat. Cod. et ἀπολλωίδος. — Verba πρωτέης ἀπὸ λωίδος *Boivinus* explicat de praeda in primo contra Dacos bello facta. — ἀντιρὴς Trajanus, ut *durus Hannibal* ap. *Horat.* II. Carm. XII. 2. — V. 7. τήνδε δῦναι. hanc in Parthos ſusceptam expeditionem. — V. 9. εἰς ὀρόωντι. et ἰάλυσι. Vat. Cod. — V. 10. Ἀρβακίδων. vitioſe ap. Lipſ. Trajani nomine Hadrianus Jovi Caſio nova ex Parthorum praeda pollicetur donaria.

II. Vat. Cod. p. 425. Ἀδριανοῦ Καίσαρος. οἱ δὲ Γερμανικοῦ. Ἡσύχιος δὲ εἰς Τιβέριον τὸν Καίσαρα ἀναφέρει αὐτό. In Plan. p. 98. St. 144. W. *Hadriani* et *Germanici* nomen inſcriptum. Priori tribuunt Scholia Homer. in Cod. Veneto Villoiſoni p. 532. Latina ejus interpretatio legitur in Anthol. Lat. L. I. CIII. p. 86. quam *Pithoeus* recentioris poëtae eſſe cenſebat:

Germanici Caeſaris ad Hectoris tumulum.

Martia progenies, Hector, (tellure ſub ima
Fas audire tamen ſi mea verba tibi)

Respira, quoniam vindex tibi contigit heres,
Qui patriae famam praeferat usque tuae.
Ilion en surgit rursum inclyta, gens colit illam,
Te Marte inferior, Martis amica tamen.
Myrmidonas periisse omnes die Hector Achilli,
Thessaliam et magnis esse sub Aeneadis.

Hadrianum Trojam multis operibus exoruasse constat. *Philostrat.* Vit. Soph. II. p. 548. Quae de Troja iterum habitata et restaurata ap. veteres poëtas traduntur, ea referenda sunt ad Alexandriam in Troade, quam ab Antigono conditam Augustus colonia Romana auxit. *Strabo* L. XIII. p. 887. De hujus urbis ruinis consule cl. *Le Chevalier über die Ebne von Troja* C. II. p. 9. sqq. — V. 1. εἴ ποι. Schol. Hom. ἀκοάοις. Vat. Cod. — V. 2. στῆθι καὶ ἄ. Schol. ἄμπνευσον πατρίδος ὕπερ. Vat. Cod. — V. 3. Ἴλι. οἴχεται. Schol. — ἄνδρας. Ad Coloniam Romanorum referenda verba. — V. 5. Pro verbis Μυρμιδόνες δ' ἀπόλοντο *Aldus* in Cod. suo reperit Θεσσαλίη δ' οὐκ ἔστι, quae lectio in Ald. sec. recepta est. — V. 6. παισὶν ὑπ'. Ed. pr. Flor. et Ald. πᾶσαν ex Lect. Ald. in posteriores edd. repositum. — Post hoc Epigr. in Vat. Cod. haec leguntur: πρὸς ταῦτα ὑπέγραψε στρατιώτης, φασὶ δὲ Τραϊανοῦ εἶναι·

Θάρσυνος οὐ γὰρ ἐμῆς κόρυθος λεύσουσι πρόσωπον.

εἶτα τοῦ βασιλέως ἐπαινέσαντος καὶ γράψαντος· δήλωσόν μοι τίς εἶ, ἀντέγραψεν·

Εἰμὶ μὲν εὐθώρηκος Ἐνυαλίου πολεμιστής,
εἰμὶ δὲ καὶ θεράπων Ἑλικωνίου Ἀπόλλωνος·
αὐτὸς ἐν πρώτοισι λελεγμένος ἀσπιδιώταις.

Eadem, sed paulo aliter, leguntur in Planudea. Primum: τούτοις ὑπέγραψε λάθρα Σπαρτιάτης Δημάρατος· Θάρσυνοι etc. Deinde: ζητηθεὶς δ' ὑπὸ τοῦ β. αὖθις προσέθηκεν. De tribus autem illis versiculis nonnisi duos priores Planudes protulit, qui derivati sunt ex *Archilochi* fr. II.

Unde autem *Demaratus Spartanus* in hunc locum deductus sit, se pluribus olim expensurum esse pollicetur *Salmas.* in not. mstis.

¶. 286.] *III.* Vat. Cod. p. 360. Γερμανικοῦ Καίσαρος. Superscriptum γε. καὶ Ἀδριανοῦ. *Germanico* inscribitur in Plan. p. 44. St. 63. W. Hujus Epigr. ejusdem argumenti illustravimus supra T. II. p. 159. — V. 4. ἐφάνισεν. Vat. Cod. — V. 5. Plurimae edd. veteres ὡς αἰνῶς. αἰνὸς Vat. Cod. — Ceterum paroemiam ἐκ πυρὸς εἰς φλόγα — alibi commemoratam non vidi.

IV. Cod. Vat. p. 378. Plan. p. 5. St. 9. W. cum lemmate: Εἰς ἡμίξηρον αἰτήσαντα Ἀδριανὸν τὸν βασιλέα τροφήν. — V. 1. μου. Plan. et Vat. Cod. — ἡμίτομον. Vat. Cod. Ed. pr. Flor. et Ald. Reliquae Aldinae et Nic. Sab. ἡμίτονον praebent. Serva, Caesar, semitonium, i. e. dimidiam mei partem. — In *Hadriani* responso notanda forma πλουτεῖς, alibi non obvia.

V. Vat. Cod. p. 313. *Hadriano* hoc distichon vindicavit, quod in Plan. p. 271. St. 392. W. sine auctoris nomine prostat. Sensus argutus: Archilochum Musa commovit, ut jambis operam daret, verita, ne, si heroici carminis laudem sectaretur, Homeri splendori officeret. Conf. not. ad *Antip. Thess.* Ep. XLV. 5. T. II. P. I. p. 326. — λυσσῶντας ἰάμβους. *Horat.* Ep. ad Pison. v. 79. *Archilochum proprio rabies armavit iambo.* Θυμοδακεῖς ἀκοντιστῆρας ἰάμβους vocat *Christodor.* in Ecphrasi v. 359. *Cato* ap. *Plutarch.* T. II. p. 762. D. ἐγὼ καὶ νεότητι τρέψας ἑαυτὸν εἰς ἰάμβους, πολλὰ τὸν Σκιπίωνα καθύβρισα, τῷ πικρῷ προσχρησάμενος τοῦ Ἀρχιλόχου, τὸ δ' ἀκόλαστον ἀφεὶς καὶ παιδαριῶδες. ubi postremam vocem de *Archilochi*, minime nugatoris, carminibus usurpatam miror. Vide not. ad *Meleagri* Ep. CXIX. p. 132.

VI. Cod. Vat. p. 427. Plan. p. 71. St. 104. W. Versum hunc refert *Appianus* L. II. de Bell. Civ. p. 484.

»cujus auctor incertus diu ante Adriani tempora exti»tisse videtur.« *Br.* Eundem laudat *Xiphilin.* in Exc. Dion. Cass. p. 1159. Vide *Fabricium* T. I. p. 308. Hadrianum, cum peragrata Arabia Pelusium venisset, Pompeji tumulum magnificentius exstruxisse, narrat *Spartianus* in Vit. Hadr. T. I. p. 133. — Initium versus vitiose exhibent membranae τῶν βοῖ σβεσθεντι. — Simili acumine *Vellejus Paterc.* L. II. 53. de eodem Pompejo: *in tantum in illo viro inter se discordante fortuna, ut, cui modo ad victoriam terra defuerat, deesset ad sepulturam.* ubi vide *Ruhnkenium. Lucan.* X. 380. *tumulumque e pulvere parvo Adspice Pompeji, non omnia membra regentem.*

JULII POLYAENI EPIGRAMMATA.

¶. 287.] *I.* Vat. Cod. p. 359. Plan. p. 40. St. 59. W. Jovem poëta precatur, ut sibi itinerum labore perfuncto in patria vivere liceat. — V. 3. Σχερίης. Corcyrae nomen. Vide not. in *Crinagor.* XXIV. T. II. P. I. p. 400. Ibi Jovem (cognomine Casium) cultum esse novimus ex *Sueton.* Vit. Neron. XXII. p. 48. *ut primum Cassiopen* (urbem Corcyrae) *trajecit, statim ad aram Jovis Casii canere auspicatus est.* ubi vide Intrpp. et *Spon.* in Misc. erud. antiq. p. 75. — Vitiose Aldinae et Nic. Sab. χερίης legunt. — V. 5. πέρας. *Horat.* II. Carm. VI. 7. *Sic modus lasso maris et viarum Militiaeque.* Mercatoris haec esse dicas, qui tempestates metuens — *otium et oppidi Laudat rura sui.* I. Carm. I. 16. — In Vat. Cod. huic Ep. annectitur Ep. III.

II. Vat. Cod. p. 359. τοῦ αὐτοῦ ὁμοίως ἐπί τινι εὐξαμένῳ εὐπλοίην καὶ εἰς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα ὑποστροφήν. Plan.

p. 41. St. 61. W. Ἰουλιανοῦ. — V. 3. δώῃς. Vat. Cod. — σαώσαις. ex Aldin. 3. et ed. Nic. Sab. in ſequentes transiit. Ald. ſec. σαώσας habet. σαώσοις eſt in membr. Vat. — V. 4. κἂν καμ. ὅ. τ. λιμένας. Vulgo. *Brunckius* recepit lect. Vat. Cod. — Adhaeret huic Epigr. diſtichon, quod *Planud.* p. 70. ita, ut noſtrum, *Juliani* nomine inſcripſit, et a *Brunckio* relatum eſt inter Epigrammata *Juliani Aegyptii* nr. XLIV.

III. Vat. Cod. p. 359. jnnctim cum Ep. I. Planud. p. 33. St. 50. W. — V. 1. ἐλπὶς βιότου. Nemo enim tam ſenex eſt, qui ſe unum annum adhuc vivere poſſe deſperet. Hinc fit, ut *aeternis minorem Conſiliis animum* fatigemus. *Horat.* II. Carm. XI. 11. Eundem conf. II. Carm. XVIII. 15–32. — κλέπτειν νόον, *mentem fallere*, ſpes dicitur, quae vana ſpecie animum nutrit: ἐλπὶς γὰρ ἡ βόσκουσα τοὺς πολλοὺς βροτῶν, ut *Sophocles* ait ap. *Stob.* Flor. CIX. p. 578. 41. quibus ſimillima dixit *Euripid.* in Phoeniſſ. v. 399. Ut h. l. ſpes animum κλέπτειν dicitur, ſic ap. *Lucian.* Tragop. v. 29. ἐλπίδι ματαίᾳ μωρὰ βουκολούμενοι. *Ovid.* A. A. I. 445. *Spes tenet in tempus, ſemel eſt ſi credita, longum: Illa quidem fallax, ſed tamen apta dea eſt.* — „Plures Planud. codd. κλέπτει χρόνον, quod „vulgato non deterius eſt. Iidem male βιότοιο.“ *Br.* Etiam Cod. Gud. χρόνον. Hac lectione admiſſa, junxeris χρόνον βιότου, hoc ſenſu: Dum ſpei indulgemus, tempus furtim elabitur, donec ultima lux omnia noſtra conſilia praecidat. — Eadem ſententia *Cicero* de Orator. L. III. 2. *O fallacem hominum ſpem, fragilemque fortúnam, et inanes noſtras contentiones! quae in medio ſpatio ſaepe franguntur et corruunt, et ante, in ipſo curſu, obruuntur, quam portum conſpicere potuerunt. — Qui Craſſo annus primus ab honorum perfunctione aditum, omnium conceſſu, ad ſummam auctoritatem dabat, is ejus omnem ſpem atque omnia vitae conſilia morte perverſit.*

IV. Cod. Vat. p. 358. Πολυαίνου Σαρδ. Εἰς δορκάδα, ἣν ἐθήλασεν ὄφις· ὅθεν πιὼν ὁ νεβρὸς ἐναπέψυξεν. Plan. p. 42. St. 62. W. Conf. *Tiberii Illuſtr.* Ep. I. T. III. p. 7. — V. 2. εἰδεῦσα πικρὸς ἕ. Vulgo. εἰδεῦσα πικρὸν ἕ. Vat. Cod. In ora cod. Scaliger. *Huetius* p. 7. invenit εἰδοῦσαν. Sed in cod. Bodlej. ipſa *Scaligeri* manus εἰδούσης ſcripſit. Cl. editor πικρὸς mutaſſe videtur in λυγρὸς, quia πικρὸν γάλα ſequitur v. 4. Sed ob tantillam cauſam vulgata lectio non temere ſpernenda erat. — V. 4. *Antip. Sidon.* Ep. CV. ὀψὰς ἔχιδνα Σαρκὶ τὸν ἐκ γενύων πικρὸν ἐνεῖσα χόλον. Sunt quaedam ſerpentes, quae pecudum lacte aluntur. Vide *Salmaſ.* ad Solin. p. 61. G. — ἔβροξε. Vat. Cod. „ἔβρωξε. „doricum eſt pro ἔβρωσε. a βρώσκω.“ *Br.* In praec. verſu θηλὺν habet Ed. pr. Flor. Ald. et Aſcenſ. — ¶. 288.] V. 5. ᾖσιν ἠλλάξαντα. Caprea igitur ſervata eſt, cum hinnulus ipſi venenum exſuxiſſet; hinnulus autem periit. *Tiberius* l. c. χείλεσι τὸν κείνης ἐξέκιε θάνατον. *Grotius* vertit:

Contulerat venter quod munus, id abſtulit uber,
Et vivit ſobolis morte redempta mater.

EUHODI EPIGRAMMATA.

I. Plan. p. 313. St. 453. W. ubi et alia ſunt ſimilia in Centaurum. ἐγκεντρίζειν proprium de inſitione vocabulum. Caſtiores ſcriptores harum et ſimilium belluarum φύσιν ἐκ παντοδαπῶν φύσεων εἰς μίαν μορφὴν ξυντιθεμένην, ſive συμπεφορημένην, ſive ξυμπλεκομένην dixerunt, ut *Dio Chryſoſt.* Orat. IV. p. 184. XXXII. p. 666. et alii. Conf. *Meſomed.* Carm. III. 10.

II. Plan. p. 321. St. 460. W. Echo hujus verſiculi auctor τρύγα φωνῆς appellat, quandoquidem ex voce prolata quaſi redundat, ut faex ex vino. Multo minus au-

daci metaphora *Nicander* in Alexiph. v. 51. *εἰδυφήσσαν τρύγα* dixit *τὴν σκωρίαν, ἣν ἐν τῷ καμίνῳ ἡ τοῦ πυρὸς φλὸξ ἐχώρισεν ἀπὸ τοῦ σιδήρου.*

PINYTI EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 210. Plan. p. 279. St. 403. W. — V. 1. *τὸ ὄνομα* ipſi perſonae, ſpecies rei opponitur. *Euripid.* Oreſt. 454. *ὄνομα γὰρ ἔργον οὐκ ἔχουσιν οἱ φίλοι.* Cf. Iphig in Aul. v. 128. *Aut virtus nomen inane eſt. Horat.* II. Epiſt. XVII. 41. Sed haec tractavit *Toup.* ad *Login.* p. 289. et *Lennep.* ad Phalar. p. 209. qui quod ap. *Libanium* Epiſt. 1398. lateret, acute vidit, ſed literarum veſtigia non ſatis rimatus eſſe videtur: *τοῦτο δέ ἐστι δοκοῦντος φιλεῖν, οὐ φιλοῦντος, καὶ κατὰ τὴν τραγῳδίαν ὄνομα* ΕΝ ΤΕΡΠΟΥ *παρεχομένου.* Scribe: *ὄνομα*, ΟΥΚ ΕΡΓΟΝ *παρεχομένου.* Ut hîc *κωφὸν ὄνομα*, ſic *κενοῖς ὀνόμασι Menander* in Hypobolim. fr. I. ap. *Stob.* Ecl. Phyſ. Tit. VII. p. 192. ed. *Heer.* — V. 2. *βίβοις* vulgo locus eſt ex poëta, ſive oratore, philoſopho aliove ejusmodi ſcriptore decerptus, ut docuit *Cuper.* in Obſſ. I. c. 16. Hoc loco ipſa *carmina* ſignificat. Vide inprimis *Dorvill.* in Vann. crit. p. 640. ubi et hoc Ep. laudat. In epitaphio Sapphus *Dioscorid.* Ep. XXV. *πάντη, πότνια, χαῖρε· θεοῖς ἴσας γὰρ ἀοιδάς, Ἀθανάτας ἔχομεν φὰς ἔτι θυγατέρας.*

ONESTIS EPIGRAMMATA.

¶. 289.] *I.* Vat. Cod. p. 91. Plan. p. 481. St. 624. W. Sibi neque virginis neque verulae amplexus, ſed mediam inter utramque aetatem maxime placere

profitetur. — V. 1. γηραιῆς. Vat. Cod. — γάμος de concubitu, ut ap. *Erycium* Ep. VI. Priapi ὅπλον, εἰς γάμου οὐκ ἀνέτοιμον. Sic *nupsiae* ap. Latinos paſſim. Vide *Victor.* in Var. Lect. XXI. 3. — V. 2. ἐπ' οἰκτοίρῳ et κατ' αἰδέσιμα. Vat. Cod. — V. 3. μήτ' ὄμφαξ, μήτ' ἀσταφίς. Epigr. ἀδέσπ. LXIX. ὄμφαξ οὐκ ἐπένυσας, ὅτ' ἦς σταφυλή, παροπέμψω. Μὴ φθονέσῃς δοῦναι καὶ (f. τὸ) βραχὺ τῆς σταφίδος. *Strata* Ep. XLVII. νῦν ἀφύλακτοι ὄμφακες. *Tolle cupidinem immitis uvae*, de puella nondum matura agens *Horat.* II. Carm. V. 3. Contra puellam macilentam *uvis paſſis aridiorem* appellavit poëta in Luſibus XXXII. et *Lucilius* ap. *Nonium* I. 38. exſuccos et macilentos ſenes *paſſos* vocavit. *Claudian.* I. in Eutrop. 110. *aevo laxata cutis ſulcisque genarum Corruerat paſſa facies rugoſior uva.* Facit huc etiam *Suidas* in Ἀσταφίς. Καὶ σταφυλὴ γραῖα χ' ὡ μελίπνους λίβανος. καὶ παροιμία· ἀνδρὸς γέροντος ἀσταφὶς τὸ κράνιον (i. e. βυσσὸν τὸ μέτωπον), ut hunc locum reſtituit *Toup.* in Epiſt. crit. p. 58. Ad alia hanc ſimilitudinem transtulit *Plutarch.* T. II. p. 138. B. οἱ τὰς πρώτας τῶν παρθένων διαφορὰς μὴ ὑπομείναντες, οὐδὲν ἀπολείπουσι τῶν διὰ τὴν ὄμφακα τὴν σταφυλὴν προϊεμένων. — πέπειρος eodem ſenſu adhibuit *Ariſtoph.* in Eccl. v. 891. οὐ γὰρ ἐν νέαις τὸ σοφὸν ἔνεστιν, ἀλλ' ἐν ταῖσι πεπείροις. — V. 4. Scribendum procul dubio, quod *Heynius* Vir Ill. me monuit:

Κύπριδος ἐς θαλάμους — —

Perſes Ep. VI. οὐδέ σε μάτηρ Πυθιὰς ὡραίους ἤγαγεν εἰς θαλάμους. ubi in Not. p. 14. neſcio quomodo *Antiphani* tribui, quae *Oneſtis* ſunt.

II. Vat. Cod. p. 511. Planud. p. 174. St. 254. W. Argumentum carminis non ſatis expeditum. Sicyoniis *Oneſtes* Bacchicum quoddam inventum tribuit. Sicyoniis tragoediae inventio tribuitur ab *Herodoto* L. V. 67. p. 405. τὰ δὲ δὴ ἄλλα οἱ Σικυώνιοι ἐτίμων τὸν Ἄδρηστον καὶ δὴ πρὸς τὰ πάθεα αὐτοῦ τραγικοῖσι χοροῖσι ἐγέραιρον, τὸν μὲν

Διόνυσον οὐ τιμέωντες, τὸν δὲ Ἄδρηστον. Κλεισθένης δὲ χορὸὸς μὲν τῷ Διονύσῳ ἀπέδωκε. Jam vero Cliſthenes, Sicyoniorum tyrannus, triginta ferme annis Theſpide fuit antiquior. Commode attulit *Weſſelingius* locum *Themiſtii* ex *Herodoto* expreſſum Orat. XXVII. p. 337. B. Τραγῳδίας εὑρεταὶ μὲν Σικυώνιοι, τελεσιουργοὶ δὲ Ἀττικοὶ ποιηταί. *Epigenem* Sicyonium tragoediam inveniſſe quidam tradiderunt, quos ſequitur *Suidas* in Θέσπις: — τραγικὸς ἑκκαιδέκατος ἀπὸ τοῦ πρώτου γενομένου τραγῳδιοποιοῦ Ἐπιγένους τοῦ Σικυωνίου τιθέμενος. ὡς δέ τινες, δεύτερος μετὰ Ἐπιγένην. cui teſtimonio in ſuae ſententiae gratiam fidem abnegat *Bentlejus* de Phalar. Epiſt. p. 128. Attigit hanc rem doctiſſimus *Boettigerus* in Proluſione de quatuor aetatibus rei ſcenicae p. 6. qui antiquiſſimum Epigramma ap. *Athen.* XIV. p. 629. A. ad tragoediae ap Sicyonios inventionem ſpectare exiſtimat; id quod mihi ſecus videtur. Sed *Oneſtis* noſtri Epigramma, cujus vir doctiſſimus, cum illa ſcriberet, non meminerat, Sicyoniis non tragicae artis, ſed comoediae inventionem tribuit. Nam verba ἔν τε γέλωτι κέντρον aliter accipi nequeunt. Ἰάμβους, quibus Dorienſes inprimis delectabantur cum comoedia componit *Ariſtoteles* Politic. VII. 17. quem locum ſi comparaveris cum Poëtic. c. IV. 5. et c. V. 2. facile apparebit, comoediam atticam ex jambis originem duxiſſe. In jambis autem nemo ignorat τὸ κέντρον τῷ γέλωτι μεμιγμένον fuiſſe. Hoc igitur carminum genus cum choris Bacchicis junxiſſe Sicyonii eaque conjunctione comoediae Atticae proluſiſſe videntur. Ad hoc inventum *Oneſtis* Epigramma referendum puto. — V. 1. Βάκχος. *Athenaeus* L. II. p. 40. A. ἀπὸ μέθης καὶ ἡ τῆς κωμῳδίας καὶ ἡ τῆς τραγῳδίας εὕρεσις. *Ion Chius* Fr. 1. Bacchi θαλίαι φίλαι τέκνα, φιλοφρόσυναί τε χοροί τε. ubi *choros* fortaſſe haud inepte ad ſatyricas et tragicas ſaltationes, in Bacchi feſto ſolemnes, retuleris. νουθεσίη φιλοπαίγμονος Μούσης ad conjecturam de jambico carmine firmandam plurimum facit.

Ludicrum poëseos genus *Oneſtes* deſcribit, quod ſimul et delectabat et docebat monebatque homines; utrumque in jambicos ſales cadit. — V. 2. Bacchus Sicyone comiſſationem egiſſe dicitur, non temulentorum hominum aut Maenadum, ſed Gratiarum, quae recenti invento venuſtatem amoenitatemque tribuerent. Gratias nec a veteris comoediae virulentia alienas fuiſſe, ſed ei vehementer faviſſe, docet Ep. *Platonis* XI. Notae ſunt *Ariſtophanis φοβερὰ χάριτες.* Gratiae autem in univerſum arctiſſimo vinculo conjunctae cum Muſis, ita ut nonnunquam harum vicem videantur implere. Ad noſtrum locum nihil magis facit, quam *Pindari* ῥῆσις Olymp. XIII. 25. Τοὶ Διωνύσου πόθεν ἐξέφανεν Σὺν βοηλάτᾳ Χάριτες Διθυράμβῳ. Conf. *Simonid.* Ep. LXXVI. — V. 3. Pro δὴ γὰρ, quae voculae verſum haud bene ordiuntur, vix dubito quin legendum ſit:

ἦ γὰρ ἔλεγχον ἔχει γλυκερώτατον.

Quod reprehenſionem jucundiſſimam continere dicitur illud carminis genus, quod *Oneſtes* deſcribit, id ad comoediam et jambos unice referri debet, in quibus carminibus — *ſi quis erat dignus deſcribi quod malus aut fur, Quod moechus foret aut ſicarius, aut alioqui Famoſus, multa cum libertate* notabatur. (*Horat.* I. Serm. IV. 3. 4.) — ἐν γέλωτι κέντρον. Ridentes igitur verum dicere ſolebant illius poëseos auctores. Sententiam acutam et quae auditorum animum pungat. κέντρῳ comparare ſolent ſophiſtae inprimis, praeeunte *Eupolide*, qui Periclem dixerat τὸ κέντρον ἐγκαταλείπειν τοῖς ἀκροωμένοις ap. *Schol. Ariſtoph.* Acharn. v. 529. quae illuſtravit *Wyttenb.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 7. *Jaculationem verborum* appellavit *Quintil.* V. 3. 43. — V. 4. ἐωφρόνιζεν. Vat. Cod. Bacchus ebrius, ſive potius poëtae bacchico furore perciti vitae magiſtri facti ſunt, et cives docuerunt, *quid ſit pulcrum, quid turpe, quid utile, quid non.* — Antitheſin paulo vividiorem in hoc verſu velim praebeat

aut Codex aut docta conjectura. Certe v. ἀστὸν parum respondet τῷ μαθόντι. Desideres νήφοντα vel simile quid.

III. Vat. Cod. p. 393. Plan. p. 12. St. 21. W. Fortasse his versibus poëtam aliquem *Onestes* alloquitur, qui artem musicam felici successu tractaverat. Superiores interpretes simpliciter pro commendatione diligentiae et assiduitatis in discendis literis habuerunt. — Ceterum hoc carmen in comparatione versatur, cujus protasis priori districho, apodosis altero continetur. Ut, si quis Heliconem montem adscendit, post multos labores in fastigio tandem aquae purissimae hausta recreatur; sic etiam, qui poësi dant operam, multis molestiis superatis, Musarum praemiis donantur. σοφίη cave pro philosophiae studio accipias; de poësi enim agitur. Vide ad *Anacr.* Epigr. III. T. I. P. I. p. 197. sq. Hinc poëtae ap. veteres σοφισταὶ vocabantur, cujus usus exempla dedimus in Animadv. ad Euripid. p. 188. — V. 3. οὕτως. Vat. Cod. — σοφίης πόνος (πόρος malit doctiss. *Wakefield*, in Sylv. crit. V. p. 15.) ὄρθιος ductus ex *Hesiod.* Ἔ. κ. Ἡ. 265. quem locum cum similibus comparavi ad *Simonid.* fr. XIV. p. 210. Adde *Lucian.* in Rhetor. Praec. T. VII. p. 221. ed. Bip. οὐ γάρ σε τραχεῖάν τινα, οὐδὲ ὄρθιον, καὶ ἰδρῶτος μεστὴν ἡμεῖς γε ἄξομεν. — V. 4. Πιερίδων χάριτας. *Plutarch.* T. II. p. 146. A. mulieri ait licere gloriari, ἂν μὴ τῶν ῥόδων, ἀλλὰ τῶν καρπῶν μετέχῃ, ἃν αἱ Μοῦσαι φέρουσιν καὶ χαρίζονται τοῖς παιδείαν καὶ φιλοσοφίαν θαυμάζουσιν. quae verba respiciunt locum illustrem ex *Sapphus* carminibus ap. *Stob.* Serm. IV. p. 52.

IV. Vat. Cod. p. 392. Primus edidit *L. Holstenius* ad *Steph. Byz.* v. Ἀκροκόρινθος p. 21. et *Berkelius* ad Εὐφρατὶς p. 365. *Jensius* nr. 119. *Reisk.* Anth. nr. 770. p. 162. — V. 1. ὕδατ' ἀδελφά. *Stephan. Byz.* in Εὐφρατίς· — ἐλέγοντο αὐτὸς καὶ Ἀράξης ἀδελφοὶ, ῥέοντες ἐξ ὄρους Ἀρμενίας. Translatae significationis vocabuli ἀδελφὸς exempla

dedit *Ruhnken.* ad Tim. p. 3. et *Valckenar.* ad Callimach. Eleg. fragm. p. 160. qui et Latinorum similia comparavit. — V. 2. ποταμοῦ δῶρα. Asopida fontem, qui vulgo Pirene dicitur, Asopus ex monte elicuit in Sisyphi gratiam. *Pausan.* II. 5. p. 121. Ex hoc fonte bibentem Pegasum cepit Bellerophon, narrante *Strabone* L. VIII. p. 582. B. ubi et haec leguntur, ad nostrum locum perquam accommodata: τὸν δὲ αὐτόν (Pegasum) φασι καὶ τὴν ἵππου κρήνην ἀναβαλεῖν ἐν τῷ Ἑλικῶνι πλήξαντα τῷ ὄνυχι τὴν ὑποπεσοῦσαν πέτραν. ubi vide an corrigendum sit: τὴν τὸ ὕδωρ στέγουσαν π. *petram, quae aquam occultabat.* Veterum, qui Pirenen ex equi ungulis ortam dixerit, novi neminem; an *Reiskius* ejusmodi fabulae auctorem habuerit, ignoro; scripsit autem: ἵππου τοῦ ποτανοῦ δῶρα — sine causa idonea, et contra mythographorum fidem. Idem tamen recte scripsit ποδοβάγεα, ut codex habet, pro ποδαβάγεα. Asopum solo pede percusso fontem elicuisse, ex hoc loco intelligitur. Sic ap. *Theocrit.* Eid. VII. 6. Chalco Burinnam ἐκ ποδὸς ἄνυε κρέαναν Εὖ γ' ἐνεγεισάμενος πέτρᾳ γόνυ. — V. 3. φλέβας. In hac metaphora *Onesti* praeivit *Choerilus*, ut constat ex inedito *Tzetzae* Comment. in Hermogenem, unde haec protulit *Ruhnk.* ad Longin. p. 244. πόῤῥω δὲ λαμβάνοντὼ (metaphorae), ὥσπερ ποιεῖ Χοιρίλλος καλῶν τοὺς λίθους γῆς ὀστᾶ, τοὺς ποταμοὺς γῆς φλέβας. Eadem translatione usus est *Curtius* V. 1. 12. qui amnes *aquae venas* appellavit, et *Ovid.* Metam. XIV. 788. *venasque et flumina fontis elicuere sui.* Fast. III. 298. *manabat saxo vena perennis aquae;* et sic passim. — V. 4. ὦ πτέρνης. Hinc emendandum suspicabar *Libanium* Orat. XI. Tom. I. p. 302. Θαῦμα μὲν οὖν καὶ τὸ ἐν Ἑλικῶνι κρήνην ἵππου κρήνην ἐκδοθῆναί φασι, Πηγάσου τῷ ποδὶ τὴν πέτραν πλήξαντος. Distinguendum est post Ἑλικῶνι; deinde scribendum videtur: κρήνην ἵππου πτέρνῃ ἐκδοθῆναί φ.

¶. 290.] *V.* Cod. Vat. p. 514. Plan. p. 174. St. 254. W. Ad bibendum convivas cogi et compelli poëta

nolit. In hac enim re neceſſitatem et parum jucundam et nonnunquam cum vitae periculo conjunctam eſſe. — V. 1. αὐτοθελής. Vitae in agro Sabino voluptates ſuaviſſime deſcribens *Horatius* II. Serm. VI. 72. etiam hoc commemorat, quod ibi de inſanis illis bibendi legibus ſolutus ſit:

prono cuique libido eſt,
Siccat inaequales calices conviva, ſolutus
Legibus inſanis: ſeu quis capit acria fortis
Pocula, ſeu modicis uveſcit laetius.

De his legibus multi dixerunt. Vide *Lambin.* I. Carm. Horat. IV. 20. et *J. Lipſium* in Antiq. Lect. L. III. p. 75. ſqq. — ὃς δέ κ' ἀνάγκῃ. Vulgo. δ' ἐκ ἀ. Vat. Cod. Compotationis leges ſcribens *Theognis* v. 464. πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον χρῆμ' ἀνιηρὸν ἔφυ. *Plutarch.* T. II. p. 504. D. E. τὸν οἶνον καίπερ ἡδονῆς ἕνεκα καὶ φιλοφροσύνης εὑρημένον, οἱ προσβιαζόμενοι πάλιν πίνειν καὶ ἄκρατον, ἐλέγχους εἰς ἀηδίαν καὶ παροινίαν τρέπουσιν. Ut hic προσβιάζεσθαι, ſic *Alcaeus* πρὸς βίαν πίνειν ap. *Athen.* X. p. 430. C. — V. 3. προχέει. Ejusmodi compotatio (πότος) efficit, ut vinum a convivis clam effundatur. — V. 4. 5. *Joſ. Scaliger* a praecedentibus ſejungendos et pro peculiari carmine habendos eſſe cenſens, non perſuadet. — πολὺ μεθεῖς. Vat. Cod. — τὸ δ' ὁπόσον ἡδύ. Ipſam bibendi voluptatem, non magiſtri voluntatem et imperium pro juſta bibendi menſura habebo. Vulgo perperam poſt μέτρον diſtinguitur.

VI. Cod. Vat. p. 397. Plan. p. 100. St. 148. W. cum titulo Ὀνέστου Κορινθίου. Thebae, Amphionis lyra exſtructae, ſe ad tibiae ſonum dirutas eſſe queruntur. — V. 1. ἔστην ἐν φόρμιγγι. *Himerius* Orat. XXI. 12. p. 748. τὸν Ἀμφίονά μοι μιμήσασθε, ὃς τῷ τε τείχει καὶ τῇ λύρᾳ μερίσας τὰς χεῖρας, φήμην τῆς πατρίδος κατέχεεν, ὅτι τὰς Θήβας ἐμμελῶς ἐτείχισεν. *Saxa Cithaeronis Thebas agitata per artem*
Sponte ſua in muri membra coiſſe ferunt.
Propert.

Propert. II. 1. 43. — κατηφιφίην Vat. Cod. et mox Θήβη. — Alexandrum Thebas ad tibiae cantum evertiſſe, narrat *Tzetza*, in loco a *Brod.* aptiſſime allato: τὰς Θήβας ἀτειχίστους τελεύσας ἐν ὑστέροις ἔκτισαν Ζηθός τε αὐτὸς καὶ Ἀμφίων λυρῳδοῦντε. ἃς Θήβας πάλιν ὕστερον Ἀλέξανδρος ὁ μέγας αὐλήμασι κατέσκαψεν, αὐλοῦντος Ἰσμηνίου. Chil. VII. 408. X. 413. Eundem Ismeniam ab Alexandro Θήβηθεν καλούμενον, ἵν' ἐπηχήσῃ τῷ Περσῶν φόνῳ τὰ νικητήρια, narrat *Himer.* Orat. V. §. 4. p. 479. Hanc narrationem, apud nullum, quod ſciam, antiquitatis ſcriptorem obviam, *Oneſtes* confirmat. Ceterum in Thebanorum ludibrium, qui artem tibicinandi jactare ſolebant, hoc ab Alexandro factum eſſe, acute ſuſpicatur *Boettigerus* in Muſeo Attico I. Faſc. II. p. 348. — V. 2. ἁρμονίης. Quantopere hoc adverſatur harmoniae, quae Mutis propria et peculiaris eſt! Hujus enim erat potius moenia exſtruere (ἁρμόζειν) ſquam evertere. — V. 3. κωφά. lapides olim auriti, nunc ſurdi et ſine ſenſu jacent. In proximis vulgo legitur πέτροις μ. τ. αὐτομόλοις, nec Vat. membranae melius quid offerunt. Praeclaram ſuam emendationem unde duxerit *Brunckius*, non indicat — πέτροι αὐτόμολοι, quos *ſponte coiiſſe* dixit *Propertius* loco ſupra laudato. *Scholiaſt. Apoll. Rhod.* L. I. 741. ὅτι δὲ ἠκολούθησαν τῇ Ἀμφίονος λύρᾳ οἱ λίθοι αὐτόματοι, ἱστορεῖ καὶ Ἀντιμενίδας ἐν πρώτῳ. *Amphion citbara Thebarum moenia ſepſit, Aurita ad muros currere ſaxa docens.* Anthol. Lat. L. III. 182. p. 625. — V. 5. Ἀμφίων. Vulgo et in Vat. Cod. cujus lectionis immutandae nulla erat neceſſitas. Vide *Fiſcheri* Animadv. ad Gramm. gr. T. I. p. 412. — ἑπτάμυτον γάρ. Vitioſe Vat. Cod. *Schol.* in *Eurip. Phoen.* v. 116. Ἀμφίων οἰκοδομησάμενος Θήβας — οὐ χερσὶν ἐχρῆτο πρὸς τοῦτο, ἀλλὰ τῆς αὐτοῦ μουσικῆς ἐπειρᾶτο τὸ ἔργον· ἐγένετο δὲ τὸ τεῖχος ἑπτάπυλον, ὅσοι οἱ τῆς λύρας τόνοι. Item *Philoſtrat.* II. Imag. XI. p. 779. φιλότιμοι καὶ ἡδεῖς οἱ λίθοι καὶ ζητοῦντες μουσικῆ. τὸ δὲ τεῖχος ἑπτάπυλον, ὅσοι τῆς λύρας οἱ

τόνοι. ubi de numero chordarum in lyra disputat *Oleario*. Amphionem quatuor chordis, quibus antiquitus inſtructa fuerat lyra, tres addidiſſe, tradit *Pauſan.* L. IX. 5. p. 720.

VII. Cod. Vat. p. 391. Ὀνήσιτου Κορινθίου. Plan. p. 101. St. 149. W. In Thebanorum hiſtoria bona malis aequali menſura commiſta eſſe docetur. Simile *Philippi* Ep. XXXI. quod fortaſſe ex noſtro expreſſum; quamvis equidem nihil affirmare auſim. Eadem ratione bona et mala in Thebarum hiſtoria ſibi invicem opponuntur ap. *Euripid.* in Phoen. 829 – 844. — V. 1. ἀθέμιτον. Vulgo. ἀθέμιστος. Vat. Cod. — V. 2. Ἀντιγόνη vocatur ὁσίη propter inſignem pietatem erga patrem et fratrem, Polynicen. — V. 5. αὐλὸς δύσμουσος. quia ad tibiae cantum Thebae everſae. Vide ad Ep. VI. 1. *Philippus* l. c. τείχεα χορδαῖς Ἔστη, καὶ λωτοῖς ἔστενε λυόμενα. — ἐκορέσατο. Vat. Cod.

VIII. Vat. Cod. p. 405. cum lemmate: εἰς Ἀριστίου γυναῖκα ἧς ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ δύο παῖδες τεθνήκασιν, ὁ μὲν ἐν τῇ ὁδῷ, ὁ δὲ ἐν θαλάσσῃ. Unde lemmatis auctor reſciverit, duobus illis Ariſtii filiis unum eundemque diem fatalem fuiſſe, ignoro; ex carmine ipſo enim nihil ejusmodi prodit. Plan. p. 53. St. 76. W. Conf. *Philippi* Ep. LXVI. — V. 1. ἐσάκουσε. Vat. Cod. — V. 3. διείλετο. Duplex illa calamitas matris animum diviſit, et dum modo hunc, modo illum filiorum ſuorum deplorat, dolore confecta eſt.

¶. 291.] *IX.* Cod. Vat. p. 247. Ὀνήσιτου Βυζαντι. Sine gentili Plan. p. 253. St. 366. W. In cenotaphium Timoclis cujusdam, qui in mari perierat. Cenotaphium loquitur in litore exſtructum. — V. 1. κηρόσσω. Reſpici videtur ad conſuetudinem nomina eorum, qui aufugerant, per praeconem edicendi, ut ap. *Meleagr.* Ep. XCI. ubi vide not. p. 105. Simul itaque nomen defuncti proclamat cippus, ſimul circumſpectat, an alicubi naufragi

corpus appareat. — V. 2. σκεπτόμενος. Vat. Cod. a pr. man. — Haud ſcio an *Callimachum* ante oculos habuerit noſter Ep. XLVIII. χὠ μὲν ἐν ὑγρῇ Νεκρός· ἐγὼ δ' ἄλλως εὔνεμα τύμβος ἔχων Κηρύσσω πανάλη θες ἔπος τόδε. — V. 3. τὸν δ' ἤδη. Idem color in *Marci Argent.* Ep. XXXIII. καὶ τὸν μὲν δαίσαντα κυκώμενον εἶν ἁλὶ θῆρες, Καφὸν δὲ στήλη σῆμα λέλογχε τόδε. — V. 4. „Scriptum in membranis: τυφω„θὲν [τεφωθὲν] et ſupra correctum τεφυθέν. In Planud. „τυπωθέν.“ *Brunck.*

X. Vat. Cod. p. 217. „In Plan. p. 284b. St. 419. W. „divulſa ſunt duo diſticha, quae ſingula epigramma con„ſtituunt absque auctoris nomine. In membranis con„juncta ſunt et Oneſti adſcriptum eſt carmen.“ *Br.* Diogenis ad Charontis cymbam adventus deſcribitur. — V. 1. δίπλεον εἶμα. pallium duplicatum, Cynicorum geſtamen. Vide *Interpp. Horatii* I. Epiſt. XVII. 25. *Salmaſ.* ad *Tertull.* de Pallio p. 396. ſqq. et quae notavi ad *Antip. Sid.* LXI. T. II. P. I. p. 58. — V. 3. πάντα φέρω. Sic plane *Archias* Ep. XXXIV. et, quem *Archias* expreſſit, *Leonid. Tar.* Ep. LIX. πάνθ' ὅσα κὴν ζωοῖς ἐκτεράμεθα, ταῦτα παρ' ᾅδαν Ἔρχομ' ἔχων· λείπω δ' οὐδὲν ὑπ' ἠελίῳ. Haud aliter *Menippus* ad inferos deſcendiſſe fingitur ap. *Lucian.* in Dial. Mort. X. 2. p. 156. ed. Bip. — V. 4. τόν με κύνα. Plan. Vat. Cod. et Suid. in v. σαίνεσθαι. Quam lectionem cur *Br.* immutaverit, non perſpicio. Ut hîc Diogenes, ſic ap. *Lucian.* Dial. Mort. XXI. 1. p. 207. Menippus Cynicus ſe Cerbero exaequat: ὦ Κέρβερε, συγγενὴς γάρ εἰμί σοι, κύων καὶ αὐτὸς ὤν. ubi *T. H.* p. 514. *Oneſtis* verſum, ſic ut vulgo legitur, excitavit. Ad σαίνοις nemo non meminerit loci Horatiani II. Carm. XIX. 29. ſqq.

SERAPIONIS ALEXANDRINI EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 266. Plan. p. 207. St. 302. W. — V. 2. In vocabulo τυφλοῦ haesit *Is. Casaubonus*, qui in not. mſc. στυφελοῦ conjecit, et *Bernard.* ad *Theophan. Non.* c. XIX. Tom. I. p. 83. στυφλοῦ corrigens. Hoc epitheto uſus eſt *Lycophron* v. 737. Τὸ στυφλὸν proprie de rebus duris et aſperis uſurpatur; ut στυφελὴ ἀκτὴ ap. *Apollon. Rhod.* II. 323. στυφλοῦ πέτρας ap. *Aeſchyl.* Prometh. 754. *Orphei* Argon. v. 1127. στυφελὸν καὶ νήνεμον ἀκτήν. Tum ſenſu translato crudelem et implacabilem ſignificat. στυφελῶν Κόλχων *Orpheo* in Argon. v. 1010. reſtituit *Pierſon.* in Veriſim. p. 188. qui laudat *Aeſchyli* Perſ. v. 76. ὀχυροῖσι πεπιθὼς Στυφελοῖς ἐφέταις. Hinc natum στυφελισμὸς, quem cum ὀργῇ conjungit *Ariſtoph.* in Eqq. v. 534. ubi *Schol.*: στυφελισμοὺς δὲ ὀργὰς, λοιδορίας, ὕβρεις, μέμψεις. καὶ ἐν μυθικοῖς, ὅτι Στυφελῶν ἀπὸ πετρῶν Ὀστρακόεντά τε νῶτα καὶ ἀγκύλα γυῖα κεάσθη. Forent igitur undae iratae, implacabiles. Sed vereor, ut hic locus emendatione indigeat. τυφλὰ κύματα certe dixit Auctor anonym. Ep. XXXI. Tom. III. p. 157. τυφλὰ δ', ὅπως ναυηγὸς ἐν οἴδματι, κύματα μετρῶν. Et *Livius* ap. *Senec.* Suaſor. VII. p. 39. ed. Bip. *Quum modo venti adverſi retuliſſent, modo ipſe jactationem navis, coeco volvente fluctu, pati non poſſet. Siſenna* ap. *Nonium* VI. 7. *Subito mare ſubborreſcere, coecosque fluctus in ſe provolvere leniter occoepit.* — V. 3. Nonnihil abruptior in hoc carmine oratio non optimum verſificatorem *Serapionem* noſtrum fuiſſe oſtendit. Huic incommodo mederi conatus eſt *Wakefield* in Sylv. crit. IV. p. 183. ubi verba, ἦ βά τις — ἰχθυβόλος, uncinis coërcenda, et ἄγγειλον in ἀγγεῖλαν mutandum cenſet. Mihi imperativus ἄγγειλον plane neceſſarius videtur. Quod ſi poëta priora hujus carminis

verba τοῦτ' ἐστεῦν φωτὸς πολυεργέος cum verſ. 3. conjungi voluiſſet, nullus dubito, quin ἀγγέλλει ſcripſiſſet. Idem doctus Britannus praeclare vidit, in verbis εἰς τοίην ἐλπίδα λυόμεθα imaginem ductam eſſe ab iis, qui in portum delati navigandi finem faciunt. Λύεσθαι enim paſſim pro καταλύεσθαι poſitum, vacationem a laboribus, a munere etc. ſignificat. Vide *Weſtſten.* ad N. T II. p. 244. *Dorville* ad *Charit.* p. 176. καταλύεσθαι de iis, qui e vita migrarunt, illuſtravit *Budaeus* in Comm. Gr. Ling. p. 344. ſq.

MESOMEDIS CARMINA.

I.

Hymnus in Nemeſin.

¶. 292.] De editionibus hujus carminis monui ad *Dionyſii* Hymn. I. p. 253. Primum ejus nonniſi 6. verſus exſtabant; donec integrum ederet *Burette dans l'Hiſtoire de l'Acad. des Inſcr.* T. VII. 289. qui illud *Meſomedi* acute vindicavit ex loco *Joannis Philadelphi*, cujus fragmenta ſervantur in cod. bibl. Pariſinae: φασὶ γὰρ τὴν Νέμεσιν τὰ γλαφυρὰ τῶν πραγμάτων εἰς ἔμπαλιν τρέπειν ταῖς ὑπερβολαῖς τῆς τύχης, ὡς φησι Νουμήνιος, τῷ ἑαυτῆς τροχῷ τὴν ἰσότητα ἐπάγουσαν, ὅθεν ὁ Μεσόδμης οὕτω που πρὸς αὐτήν· ὑπὸ σὸν τροχὸν κ. τ. λ. Recte vidit *Burettus*, nomen Μεσόδμης in Μεσομήδης mutandum et hunc Hymnum proinde Lyrico, quem ſub Adriano floruiſſe conſtat, vindicandum eſſe. Explicuit eum poſt *Sneedorfium*, quem laudavi ad *Dionyſium* I. *Köppen* in Anthol. gr. T. III. p. 177. Hunc libellum, pueris utili conſilio deſtinatum, cum haec ſcriberem, nanciſci non poteram; quod moneo, ne, ſi forte in eadem cum *Koeppenio* inciderim, ejus ſcrinia compilaſſe videar.

Quod ad deam attinet, quae hoc carmine laudatur, recte monuit *Graevius* in Lect. Hesiod. c. XIV. p. 70. sqq. ed. *Schrev.*, Nemesin deam fuisse creditam, quae omnes pro meritis acciperet, et ab improbis et insolentibus exigeret poenas; quod idem adjicit, eam bonos et modestos praemiis augere, minus verum videtur. Totam de Nemesi fabulam docte et acute persecutus est illustris *Herderus in den zerstreuten Blättern* T. II. p. 221. sqq. qui et hunc Hymnum vertit et passim illustravit p. 245. sqq. Recte hic docuit, Nemesin modestiae esse praesidem, eamque curare, ne superbiae et immoderatis cupiditatibus mortales indulgeant, sed in omnibus rebus temperantiam et quasi mensuram observent. Quae *Nitzschius* in Lexico Myth. p. 1443. contra hanc sententiam monuit, non magni momenti sunt. De simulacris hujus deae disputavit *Wrisbergius* in Diss. cui titulus: *Nova et accuratior explanatio Nemeseon quarundam a Montefaucono collectarum.* Coburgi 1728. 4. Veterum loca collegit auctor sine delectu, et res diversissimas temere miscens, omnem de Nemesi materiam obscuravit. — V. 1. πτερόεσσα. Nemesis alata fingitur, quia peccantes persequitur. Inprimis huc facit locus illustris *Ammiani Marcell.* XIV. 11. p. 59. qui quidem Nemesin cum Fortuna confudit, sed multa tamen habet, quae nostrum carmen mirifice illustrent: *Adrastia, quam vocabulo duplici etiam Nemesin appellamus: — quam theologi veteres fingentes Justitiae (Δίκης) filiam, ex abdita quadam aeternitate tradunt omnia despectare terrena. Haec ut regina causarum et arbitra rerum ac disceptatrix, urnam sortium temperat. — Eademque necessitatis insolubili retinaculo mortalitatis vinciens fastus (κοῦφα φρονήματα ἐπέχει) tumentes incassum, et incrementorum detrimentorumque momenta versans, ut novit, nunc erectas mentium cervices opprimit et enervat (γαυρούμενον αὐχένα κλίνει), nunc bonos ab imo suscitans, ad bene vivendum extollit. Pinnas au-*

tem ideo illi fabuloſa vetuſtas aptavit, ut adeſſe velocitate volucri cunctis exiſtimetur: et praetendere gubernaculum dedit, eique ſubdidit rotam, ut univerſitatem regere per elementa discurrens omnia non ignoretur. Nemeſin Smyrnaeam, ſive Nemeſes potius, plures enim fuerunt, alis inſtructas fuiſſe, quae Rhamnuſiae deae deerant, diſerte tradit *Pauſan.* I. 33. p. 82. Attigit haec cl. *Doeringius* de Alatis Imagg. p. 31. — βίου ῥοπά. quae facile inclinat et evertit vitae humanae ſtatum. ῥοπή, *momentum, inclinatio*, in fortuna praecipue locum habet. *Lucian.* Demoſth. Encom. §. 38. τῇ παραδόξῳ ῥοπῇ τῆς τύχης. Hinc talis articulus temporis et conditio, ubi vel minimum momentum valeat, ῥοπή vocatur ap. *Sophocl.* in Trach. 82. ἐν οὖν ῥοπῇ τοιᾷδε κειμένῳ. ubi bene *Schol.* ἐν κινδύνῳ καὶ ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ἑσταμένῳ. Eodem ſenſu, pro conditione admodum dubia et periculi plena, acceperim in Fr. *Sophocl.* ap. *Stob.* LIX. p. 225. *Grot.* de nautis, λαπτῆς ἐπὶ ῥοπῇσιν ἐμπολὰς μαχρὰς ἀεὶ παραῤῥίπτουσιν. In Oedip. Col. v. 1508. ῥοπὴ βίου eſt inclinatio vitae ad finem vergentis. — V. 2. Juſtitiae filia Nemeſis, quae mortalibus juſta retribuit, et quaſi judicium et ſententiam τῆς Δίκης ſequitur. Eodem ſenſu *Plato* de L. L. IV. 417. D. πᾶσι γὰρ ἐπίσκοπος τοῖς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐτάχθη Δίκης Νέμεσις ἄγγελος. quem locum cum noſtro comparavit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 616. — Vitioſe ap. *Fellum* κυανῶ πιθεα legitur. — V. 3. κόῦφα. Hominum faſtum et ſuperbiam adamantino freno cohibes, vel ut *Ammianus* dixit l. c. *inſolubili retinaculo mortalitatis vincis faſtus.* Ap. *Orpheum* Hymno LX. dicitur παύειν πανεχθεῖς γνώμας, οὐχ ὁσίας, πανυπέρφρονας, ἀλιτροτάτας. Frenum tribuitur Nemeſi in Ep. ἀδέσπ. CCLV. Ἡ Νέμεσις πρεπέτω τῷ πήχει, τῷ τε χαλινῷ, Μήτ' ἄμετρόν τι ποιεῖν, μήτ' ἀχάλινα λέγειν. Cum freno conſpicitur in *Begeri* Theſauro Brandenb. T. II. p. 61. Bene junguntur ὁ χαλινὸς et τὰ κοῦφα φρυάγματα, quae *equis* proprie tribui ſolent, quod docuit

Spanhem. ad *Callim.* H. in Pall. 2. p. 605. qui etiam translatum hujus vocabuli uſum attigit. Vide ad *Meleagri* Ep. XXII. p. 41. et ad *Philippi* Ep. LVII. Jungitur φρύαγμα et μεγαλαυχία ap. *Plutarch.* T. II. p. 1. C. φρύαγμα καὶ τύφος ap. *Aelian.* Hiſt. An. II. 10. *Ariſtaen.* II. 12. p. 90. — ἀδάμαντι. eſt pro ἀδαμαντίνῳ, ut h. v. laudans notavit *Spanh.* H. in Del. 107. p. 473. — V. 5. ὕβριν δ' *Fell. Aelian.* ap. *Suid.* v. Νέμεσις· Νεμέσεως ἐφόρου, τρόπους ὑπερβάντας καὶ ὑπερηφάνους κολαζούσης. *Nemeſis, quae contra ſuperbiam colitur Macrob.* I. Sat. XXII. *Pauſan.* p. 81. Nemeſis, ἢ θεῶν μάλιστα ἀνθρώπεις ὕβρισταῖς ἐστιν ἀκαρεῖτητος. — Mox φθόνος fortaſſe nihil aliud eſt, quam *arrogantia* in verbis et dictis, quam Nemeſis poenis coërcet; nam κακὰς φωνὰς γράφεται, ut ait *Callimach.* H. in Cer. v. 57. Hoc ſenſu τὸν φθόνον cum Nemeſi conjunxit Auctor Riteſi v. 342. Ἀδράστεια μὲν, ἃ Διὸς παῖς, Εἴργοις στομάτων φθόνον. cum quibus conf. v. 456. φθόνον ἄμαχον ὕπατος Ζεὺς Θέλοι ἀμφὶ σοῖς λόγοισιν εἴργειν. In his et ſimilibus locis voc. φθόνος etiam de invidia deorum accipi poteſt, quae arrogantiam ſequitur et coërcet, vix quidquam a Nemeſi diverſa. Hinc factum, ut paſſim *Invidia* confundatur cum Nemeſi. — Fortaſſe tamen ap. noſtrum ſenſus paulo altius latet. Qui inſignem fortunam moderato animo ferunt, invidiam quodammodo placant, et mala adeo ex invidentia prognata a ſe arcent. Jam cum Nemeſis illam nos modeſtiam et temperantiam doceat, τὸν φθόνον ἐκτὸς ἐλαύνειν dici poterat. φθόνον autem calamitates aut ab invidis oſoribus aut a fortunae invidia illatas ſignificare, multis exemplis allatis docuit *Wernſd.* ad Himer. p. 559. — Ceterum verba ἐκτὸς ἐλαύνειν omittit Cod. Pariſin. — V. 7. Rota Nemeſi, ſicuti Fortunae, additur, ut ſubita rerum humanarum converſio ſignificetur. *Claudian.* de Bello Getico v. 630. de ſuperbia conjugis Alarici agens, quae *Coeperat et pulcras jam faſtidire Lacaenas. Sed dea quae nimiis obſtat Rhamuſia*

votis, Ingemuit flexitque rotam. ubi *Gesnerus* noſtrum locum comparans, verbum *ingemuit* minus recte interpretatur. *Nonn.* Dionyſ. XLVIII. p. 1270. καὶ τροχὸς αὐτοκύλιστος ἦεν παρὰ ποσσὶν ἀνάσσης, Σημαίνων, ὅτι πάντας ἀγήνορας εἰς πέδον ἕλκει Τψόθεν εἰλυφόωσα δίκης ποινήτορι κύκλῳ, Δαιμόνων πανδαμάτειρα βίου στεροφόωσα τροχιήν. Cum rota conſpicitur in nummis Smyrnaeorum et Byzantinorum. *Triſtan.* II. p. 366. et ap. *Montefalc.* T. I. II. c. VIII. p. 307. — V. 7. κατιβὰς plerumque de via uſurpatum, in qua nullum veſtigium apparet, h. l. ſignificatione transitiva de rota accipiendum, quae celeri levique motu nullam impreſſionem facit. Pertinet hoc ad celeritatis ſignificationem, ut in illis curſorum deſcriptionibus, qui — *vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti* ferunt *iter, celeres nec tingunt aequore plantas* — quibus multa ſimilia apud veteres proſtant, quae collegit *Ritterſh.* ad *Oppian.* I. Cyneg. 231. p. 25. — V. 8. χαροπὰ. Cum Nemeſis rotam vertit, ſecunda hominum fortuna in adverſam mutatur. — V. 9. λήθουσα. Hunc verſum cum duobus ſeqq. laudat *Syneſius* Epiſt. XCIV. p. 235. et hinc *Suidas* in Νέμεσις T. II. p. 606. et in ὑπὸ πῆχυν T. III. p. 558. Loco priore laudat paroemiam: Νέμεσις δέ γε πὰρ πόδα βαίνει. quam *Muſurus* reſpexit, niſi paroemia ex hoc ipſo loco orta eſt. Cf. *Diogen.* VI. 80. — Quae alii ipſi Δίκῃ tribuunt, quae *raro antecedentem ſceleſtum Deſerit pede claudo*, ut eſt ap. *Horat.* II. Carm. II. 31. 32. et *Tibull.* I. 10. 4. *Sera tamen tacitis Poena venit pedibus* — et quae his ſimilia laudantur ap. *Wyttenb.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 17. — ea eandem ob cauſam ad Nemeſin referuntur. *Phurnutus* de diis p. 13. Νέμεσις δὲ ἀπὸ τῆς νεμέσεως προσηγορεύθη. Ὅπις δὲ ἀπὸ τοῦ λανθάνειν ὄπισθεν (f. βαίνουσα vel ἐρχομένη inferendum) καὶ παρατηρεῖν τὰ πραττόμενα ὑφ' ἡμῶν καὶ κολάζειν τὰ κολάσεως ἄξια. — V. 10. γαυρουμένων αὐχένα κλίνεις. *erectas mentium cervices opprimit*, ut vulgo ap. *Ammia-*

num legitur, sed inepte; *erectas mortalium cervices* dedisse videtur. Superbum ab erecto capitis statu designat *Horatius* III. Carm. XVI. 19. *jure perhorrui Late conspicuum tollere verticem. Philo Jud.* p. 252. F. ἀκριβατεῖ τε γὰρ καὶ τὸν αὐχένα μετέωρον ἐξαίρει φρυαττόμενος καὶ πλέον τῆς φύσεως ἐπῆρται καὶ πεφύσηται. *Julian. Aegypt.* Ep. XII. κλίνας αὐχένα γαῦρον. *Rufin.* Ep. XXXVII. ποῦ δ' ὀφρύες, καὶ γαῦρα φρονήματα, καὶ μέγας αὐχήν. Ap. *Nonnum* Dion. XLVIII. p. 1270. Diana invenit Nemesin, ὅπη παρὰ γείτονι Κύδνῳ Παῦσε Τυφαονίης ὑψαύχενα κόμπον ἀπειλῆς. — Usque ad hunc versum Hymni initium laudat *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* T. I. p. 473. — V. 11. βίοτον κρατεῖς. legitur ap. *Synesium* et *Suidam.* Verior est lectio cod. Paris. μετρεῖς. Metiendi instrumentum est ὁ πῆχυς, non cohibendi. Nemesin mensuram sublato brachio indicare, satis notum; eam vero regulam sive mensuram manibus tenere negabat *Winkelm.* Monim. ined. T. II. p. 31. a quo discrepat *Herderus* l. c. p. 244. Docebat hoc gestu mensuram in omnibus rebus servandam esse. Vide ad *Straton.* Ep. XXXV. Quaedam huc pertinentia dedit *Reinesius* in Var. Lect. L. III. 15. p. 573. sq. — V. 12. Nemesis oculos dejicit, quod est modestiae; et in sinum spectat, ut doceat, molestiam ex cognitione sui nasci. Haec interpretatio mihi videtur verior, quam ea, quam *Winkelmannus* dedit, qui significari putat, Nemesin etiam abditiora spectare. Potest tamen et ad ritum respici, quem *Winkelmannus* quoque attigit, quod ii, qui invidiam a se avertere cuperent, ter in sinum inspuerent. *Plinius* H. N. XXVIII. 7. p. 450. *Veniam quoque a deis spei alicujus audacioris petimus in sinum spuendo.* ubi vide quae *Harduinus* dedit; et *D. Herald.* ad *Martial.* VI. p. 124. Hinc *Strato* Ep. LXXI.:

ὡς ἀγαθὴ θεός ἐστι, δι' ἣν ὑπὸ κόλπον, Ἄλεξι,
πτύομεν, ὀστρέπτων ἀζόμενοι Νέμεσιν.

— V. 13. ζυγόν. Jugum cur tribuatur deae, quae su-

perbas mortalium cervices deprimere dicitur, facile intelligi poteſt. *Pſeudo-Orpheus* in H. in Nemeſ. LX. 5. ἣν πάντες δεδίασι βροτοὶ ζυγὸν αὐχένι θέντες. An in priſcis monimentis cum jugo conſpiciatur, dubito. — V. 14. δικαιπόλε. In eodem Hymno v. 9. Ἐν σοὶ δ' εἰσὶ δίκαι θνητῶν, πανυπέρτατε δαῖμον. — V. 16. αἰδομένα φθιτάν. Cod. reg. quod *Burettus* emendavit. — V. 17. πάρεδρον Δίκαν. Simul cum Nemeſi Juſtitia colitur propter munerum ſimilitudinem. Junguntur ab Anonymo ap. *Suidam* v. Νέμεσις· τὴν τῶν καλῶν τιμωρὸν Νέμεσιν συνιέντες, ἥπερ αὐτοὺς μετῆλθε σὺν τῇ Δίκῃ. In *Heſiodi* Ἔ. καὶ Ἡ. 198. copulatur cum Αἰδοῖ, quae ipſa parum diverſa eſt a Modeſtia illa, quam Nemeſis commendat. In Inſcriptione ap. Gudium p. LV. nr. 13. Δεσπείνῃ Νεμέσει et συννάοις θεοῖσι ara dedicatur; inter illos συννάους etiam *Juſtitiam* fuiſſe, non improbabile. Noſtrum locum attigit, non illuſtravit *Arnald.* de diis Aſſeſſ. p. 103. — Pro Δίκαν Cod. reg. νίκην habet. — Δίκη alata alibi non occurrit, ſed eandem ob cauſam alis inſtructa exiſtimabatur, qua Nemeſi alae tribuebantur. — V. 19. Egregie hunc locum explicavit *Herderus* l. c. p. 247. Juſtitiam in gratiam hominum excelſioris ingenii, qui magnas res, vel ſpretis modeſtiae praeceptis, appetant, Nemeſios ſeveritatem mitigare, eosque magnanimos heroas filiae ſuae poenis et Tartaro, ſuperborum et violentorum ingeniorum carceri, ſubtrahere. μεγαλανορίαν de magnis inceptis et magnanimis ſenſibus uſurpavit *Pindarus* Nem. IX. 57. μεγαλανορίαις ἐμβαίνομεν Ἔργα τε πολλὰ μενεινάοντες. Ejusmodi indolis homines — *ultra quam fas eſt virtutem qui petunt*, excelſarum rerum ſtudio et amore incitati, Nemeſios poenis obnoxii ſunt; ſed quia omnia ſtudia ſua ad honeſtatis finem dirigunt, Juſtitia eos tuetur. — In Cod. Pariſino eſt κφαιρεῖς. — Verſus in hoc Hymno ſunt anapaeſtici dimetri; partim paroemiaci; aliis in fine ſubjectus eſt jambus.

II. Anacreonticum hoc carmen, quod in Planudea p. 378. St. 517. W. in ſeptem verſus diſtinctum legitur, numeris ſuis reſtituit *Salmaſ.* in Scr. Hiſt. Aug. T. I. p. 263. Verſus ſunt trochaïci, partim catalectici, partim acatalectici. In fine aliquid deeſſe ſuſpicatur *Huetius* p. 36. Agitur de inventione vitri, de quo *Plinius* H. N. XXXVI. 65. p. 758. Hiſtoriam vitri ap. Hebraeos perſecutus eſt *Michaëlis* in Comment. Soc. Reg. an. 1754. T. IV. p. 57. ſqq. In noſtro carmine ὕελος eſt vitri maſſa, quae in terra naſcitur; cujus generis vitrum commemorat *Diodor. Sic.* II. 15. p. 129. niſi hic ſcriptor ſal foſſile, quod in Aethiopia naſcitur, et ab *Herodoto* III. 24. ὕαλος vocatur, cum vitro confudit. Vide *Schneider.* in Lex. Gr. crit. v. ὕελος. *Brodaeus* h. l. ſilicem fluviatilem candidum et pellucidum, unde vitrum conficitur, intelligit. — ¶. 293.] V. 4. ὡς σιδ. ferrum eſſe videbatur, quod vitrum erat. — V. 7. ἐκπυρου μέναισι. Vulgo. — V. 8. βροτοῖσιν ſcripſerim. — V. 12. ἀκμαὶ χειλέων. Aciem forcipum interpretatur *Brodaeus*, quibus candens et emollitus lapis a vitriario ſcinditur. — In fine βάλτοι ap. *Salmaſium*, typothetarum, ut videtur, errore.

III. „Salmaſius ad Script. Hiſt. Aug. T. I. p. 263. „ſed uno verſu, qui hic octavus eſt, multatum, quem „ex alia editione ſupplevi, quae habetur in fratrum „Gujonorum vitae initio.“ *Br.* Legitur in Vat. Cod. p. 624. In forma Sphingis deſcribenda poëtae et mythographi in varia diſcedunt. *Palaephat.* fab. VII. σῶμα μὲν ἔχον ὡς κυνὸς, κεφαλὴν δὲ καὶ πρόσωπον κόρης, πτέρυγας δὲ ὄρνιθος, φωνὴν δὲ ἀνθρώπου. Poëticum fontem agnoſcimus in deſcriptione *Apollodori* III. 5. 8. p. 200. εἶχε δὲ πρόσωπον μὲν γυναικὸς, στῆθος δὲ καὶ βάσιν καὶ οὐρὰν λέοντος καὶ πτέρυγας ὄρνιθος. His ad comparationem uſus eſt *Seneca* in Oedip. 95. *Cumque e ſuperna rupe, jam praedae imminens, Aptaret alas verbere, et caudam movens, Saevi leonis more, conciperet minas.* *Eurip.* Phoeniſſ. 1030.:

Ἔβας, ἔβας, ὦ πτεροῦσσα, γᾶς λόχευμα
νερτέρου τ' Ἐχίδνας — —
μιξοπάρθενος, δάϊον τέρας
φοιτάσι πτεροῖς, χαλαῖσί τ' ὠμοσίτοις.

— V. 2. νόθον ἴχνος. alienum, mutuo acceptum. Vide *Ritterſh.* ad *Oppian.* I. Hal. 323. et quae not. ad *Cyllenii* Ep. I. — V. 3. πτερύσσα. *Sophocl.* Oed. Tyr. 508. φανερὰ γὰρ ἐπ' αὐτῷ πτερύσσε' ἦλθε νόσος. Vide *Valcken.* ad *Eurip.* Phoeniſſ. p. 372. — V. 5. τὸ δ' ἔπισθεν. Vat. Cod. et Salm. — V. 10. φ ἔχειν ἄ. κεκραμένα. et mox μεμιγμένα. Cod. Vat. εἶχε eſt ex corr. *Salmaſii.* — Natura plurium animalium in hoc monſtro confuſa, et ex imperfectis partibus totum compoſitum eſt.

PISANDRI RHODII
EPIGRAMMA.

Vid. T. I. p. 49.

CALLICTERIS EPIGRAMMATA.

T. II. p. 529.] *I*ª. Vat. Cod. p. 92. Κιλλάκτορος. Sine auctoris nomine legitur ap. *Suidam* in βινεῖν T. I. p. 433. Huic diſticho ſequens Epigr. praefigendum cenſebat *Toup.* in Cur. ſec. p. 183. a cujus ſententia equidem longiſſime abſum. Utrumque enim per ſe abſolutum eſt, neque alterum ab altero pendet. — V. 1. ἀνὸ. Vat. Cod. et *Suid.* Paulo durius ad αἰτῇ repetivit τὸ βινεῖν; neque tamen propterea aliquid intercidiſſe exiſtimes. Vulgaris ratio ferret: ἀλλ' ὅταν αἰτώμεθα χαλκὸν, τὸν τοῦ βινεῖν μισθόν. Verbum αἰτεῖν hoc ſenſu attigimus ad *Aſclepiad.* Ep. I. T. I. P. II. p. 21. — πικρότερον ἑλλεβόρου. *Catull.* XCIX. 13. *Suaviolum triſti triſtius helleboro.*

¶. 294.] *Ib.* Vat. Cod. p. 95. Κιλλάκτορος. Magis etiam depravatum nomen in Miſcell. Lipſ. IX. nr. 290. p. 114. in Κιλλιάκτορος. — V. 1. „In Cod. ſcriptum κούρα τὰ κ. claudicante metro. Repoſui ἐὰ κέρματα. „Emendari etiam potuiſſet τὰ ἃ κέρμ.“ *Brunck.* Senſus eſſe videtur: Naturae debetur, quod virgo amplexus ſuos pluris vendit, non arti, quae in virgine, amoris rudi, nulla eſt.

II. Vat. Cod. p. 552. Praecedit carmen Καλλικτῆρος (quod in Anal. *Nicarcho* tribuitur), huic autem diſticho adſcriptum Πιστου. et proxima linea τοῦ αὐτοῦ. In Plan. p. 150. St. 217. W. Καλλικήρου. Facetum carmen in Rhodonem quendam medicum, non lepram tantum medicamentis, ſed quaecunque alia ſine medicamentis, manibus nimirum rapacibus, tollentem. — V. 1. φαρμάκοισι. Vat. Cod. — χοιράδες. glandulae induratae, in cervice inprimis, ſtrumae. Vide *Foeſii* Oecon. Hippocr. v. p. 409. *Bernard.* ad *Theoph. Non.* c. CXXIV. p. 378.

III. Vat. Cod. p. 507. „Titulus in Vat. Cod. Καλλικτῆρος Μαντισίου. Non diſſimilis ſententiae eſt Parmenionis Epigramma, ſeu Epigrammatis fragmentum, „quod dedi ſupra p. 177.“ *Br.* In Plan. p. 179. St. 262. W. Παρμενίωνος eſt. Scriptum in maritos, qui impudicae uxoris quaeſtu aluntur. *Ovidius* II. Amor. IV. 45. virum monens, ne nimis ſit ſeverus conjugis cuſtos, *cole*, inquit, *quos dederit* (*multos dabit*) *uxor amicos. Gratia ſic minimo magna labore venit. Sic poteris juvenum convivia ſemper inire, Et quae non dederis, multa videre domi.* Inter argumenta Satyrae etiam hoc recenſetur ap. *Juvenal.* I. 55. *Cum leno accipiat moechi bona — doctus ſpectare lacunar, Doctus et ad calicem vigilanti ſtertere naſo. Auſon.* Ep. XC. *O quantus fiet quaeſtus utrinque domi! Quum dabit uxori molitor tuus, et tibi adulter. Quanti deprenſi damna pudoris ement.* — Ἀμαλ-

θείας κέρας. — εἴρηται ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἀφθόνως τισὶ παρεχομένων τὰς τοῦ πλουτεῖν ἀφορμάς· ἐπεὶ καὶ ὁ τὸ κέρας τῆς Ἀμαλθείας ἔχων, πᾶν ὃ ἐβούλετο ἀφθόνως ἐλάμβανεν. *Zenob.* II. Cent. 48. p. 40. Plura hujus generis cumulavit *Lucian.* de Merced. Cond. c. 13. T. III. p. 230. ed. Bip. Κεκράτηκας εὖν, ὦ μακάριε, καὶ ἔστεψαι τὰ Ὀλύμπια· μᾶλλον δὲ, Βαβυλῶνα εἵληφας, ἢ τὴν Σάρδεων ἀκρόπολιν καθῄρηκας, καὶ ἔξεις τὸ τῆς Ἀμαλθείας κέρας, καὶ ἀμέλξεις ἐρυθρῶν γάλα. Fabulam, unde hoc adagium exortum, attigit *P. Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* IV. p. 281. Ex ejusmodi luſu de maritis, ſuarum conjugum lenonibus, orta fortaſſe appellatio ludicra ἀνδρὸς κερασφόρου, de qua infra agetur ad *Lucillii* Ep. IX.

ERYCII CYZICENI EPIGRAMMATA.

¶. 295.] *I.* Vat. Cod. p. 159. Ad *Suidam*, qui v. 3 – 5. profert in δωδεκαδώρῳ T. I. p. 622., hoc Epigramma edidit *Kuſterus.* *Reisk.* in Anth. nr. 408. p. 6. Paſtores Arcades Pani bovem immolant, hoſtiaeque cornua platano affigunt. — Corydon *Erycii* et Glaucon, Ἀρκάδες ἀμφότεροι, *Virgilii* Corydonem et Thyrſiden nobis in mentem revocant, *Ambo florentes aetatibus, Arcades ambo* (Eclog. VII. 7.). — V. 2. τὸν κεραὸν δαμάλην. Vat. Cod. a pr. man. Ab altera manu emendatum: τὴν κεραὴν δάμαλιν. Prius dedit *Kuſterus.* τὴν κεραὸν δαμάλην. *Reisk.* — V. 3. φιλωρείτῃ. Vat. Cod i. e. φιλωρείτᾳ, ut recte emendavit *Reisk.* nam *Kuſterus* φιλορείτῃ dedit. Pana εὑρεσιφοίτην ſignificat. *Suidas* hunc locum ſatis depravate exhibet ſic: Κυλληνίων ἀνευρόντες ἔρρεξαν κ. ο. δ. κ. ἄλλῃ μ. π. π. ἵπαξαι. *Reiskius* αὐτεύρόντες uno vocabulo. Vid. *Homer.* Il. α. 459. Il. ϑ. 325. et paſſim. — V. 4. δωδε-

καὶ κέρα. Ducta haec videntur ex *Homer.* Il. δ. 109. τοῦ κέρα ἐκ κεφαλῆς ἑκκαιδεκάδωρα πεφύκει. Mireris cornua bovis duodecim palmorum. — V. 5. ἄλλῳ. Cod. Vat. et Suid. In margine Cod. adpictum, ut paſſim in locis obſcuris, ζτ. i. e. ζήτει. Verum vidit *Salmaſius*, ex cujus emendatione ἄλῳ venit in apogr. Guyet. et Ruhnk. Nec aliter *Kuſter.* edidit. Eodem vitio laborantem verſum *Leonidae Tar.* Ep. XXXII. ubi vulgo legitur: τὰ δ' ὀκτάῤῥιζα μετώπων Φράγμαθ' ὑπὲρ κρανάων ἄλλος ἔπαξε πίτυν, emendare conati ſumus, ſcribentes: ἄλος ἔπαξε πίτυν. De more venatorum ferarum exuvias arboribus affigendi quaedam dedit *Schol. Ariſtoph.* Plut. v. 944. ἔθος ἦν τοὺς θηρεύοντάς τινα ἄγραν μέρος τι τοῦ θηρωμένου, κεφαλὴν ἢ πόδα, προσηλοῦν παρά τινος δένδρου εἰς αὐτὴν τὴν ὕλην, πρὸς τιμὴν τῆς Ἀρτέμιδος. quem locum non neglexit, ubi de hoc more egit, *Ez. Spanhem.* ad *Callim* H. in Dian. v. 105. p. 248. nec *Weſſeling.* ad *Diodor Sic.* IV. 22. p. 268. Alios laudavit *Burmannus* ad *Propert.* L. II. XV. 17. ubi fortaſſe ſcribendum:

Ipſe ego venabor, jam nunc me ſacra Dianae
Suscipere, et Fauno ponere vota juvat.
Incipiam capture feras, et reddere pinu
Cornua, et audaces ipſe monere canes.

nam ſenſus, quem vulgatae, *et Veneri ponere vota juvat*, ſubjiciunt, vix verus. *Longus* L. II. p. 57. ed. Vill. τὰ δὲ δέρας κέρασιν αὐτοῖς ἐνέπηξαν τῇ πίτυϊ πρὸς τῷ ἀγάλματι, πειμενικὸν ἀνάθημα ποιμενικῇ θεῷ. Poſteriora praeclare reſpondent verbis *Erycii: νεμίῳ καλὸν ἄγαλμα θεῷ*. Idem enim h. l. ἄγαλμα, quod ap. *Longum* ἀνάθημα eſt.

II. Vat. Cod. p. 184. Edidit *L. Holſtenius* ad *Stephan. Byz.* in Τυμώλου p. 332. Repetivit, nonnullis emendatis, *Toup.* in Emend. ad Suid. p. 291. Anthol. Reisk. nr. 483. p. 36. Gallus furoris inſtrumenta matri deûm dedicat. Conf. *Philipp.* Ep. VI. Ep. ἀδέσπ. CLXXIV. — V. 1. 2.

V. 1. 2. laudat *Suidas* in Γάλλος T. I. p. 466. ubi eſt χαιτήεις, ut *Holſten.* edidit et *Reisk.* Vat. Cod. χαιταεις. — ὁ περὶ Τυμώλου praeſtat ap. Guyet. et Ruhnk. In marg. ap. Lipſ. ὃς περὶ Τυμώλου, quam pro Cod. lectione nobis venditat cl. *Brunckius.* Sed in membranis eſt ὠποτυμώλου, unde *Holſten.* et *Reisk.* ὦ 'πὸ Τυμ. dederunt. *Toupius* probavit lectionem *Suidae* ὅς ποτε Τμώλου. *Steph. Byz.* Τόμωλος· οὕτως ὁ Τμῶλος κατὰ ποιητικὸν σχηματισμόν. — νεήτομος. Poëta anonymus l. c. τὸν ἐν νεότητι μανέντα. — V. 2. μακρὸν ὀλολ. *Suid.* — V. 3. λαπάρα σαιταρίῳ. Vat. Cod. λαπαρον σαιταρίῳ Ap. Lipſ. *Reiskius,* cum in chedis Lacroz. Σαγγαρίῳ reperiſſet, hunc locum ſic reſtituit, ut hic legitur. Idem in fine verſus ταύτᾳ legit, ne tautologia eſſet in ταῦτα et τάδε. Tautologiae cavit *Toupius,* mutata diſtinctione: Matri deûm Gallus dedicat haec: primum tympanum —. — V. 4. μάστιν. τὴν μάστιγα. *Heſych.* *Homer.* Od. ο. 182. Figuram flagelli ἀστραγαλωτοῦ exhiberi apud *Winkelmann.* in Monim. ined. T. II. p. 8. *Schneiderus* notavit. Plurimum huc facit *Plutarch.* T. II. p. 1127. Οὐδὲ μάστιγος ἐλευθέρας δεόμενος, ἀλλὰ τῆς ἀστραγαλωτοῦ ἐκείνης, ᾗ τοὺς Γάλλους πλημμελοῦντας ἐν τοῖς μητρῴοις κολάζουσι. *Appulej.* Metam. VIII. p. 185. ed. Bip. *Arrepto denique flagro, quod ſemiviris illis proprium geſtamen eſt, contortis taeniis lanoſi velleris prolixe fimbriatum, et multijugis talis ovium teſſellatum, indidem ſeſe multimodis communicant ictibus.* Parthorum reges ſaepe eos, quos ad coenam invitaverant, ῥάβδοις καὶ ἱμᾶσιν ἀστραγαλωτοῖς caedi jubebant, ſecundum *Athen.* L. IV. p. 153. A. De ejusmodi flagellis alia quaedam dederunt *Kuhn.* et *T. Hemſterh.* ad *Polluc.* X. 54. p. 1210. — V. 5. *Suidas* in ὀρειχάλκου T. II. p. 711. ὁ διαυγὴς χαλκός· ὁ δόκιμος. ταῦτ' ὀρειχάλκου λ. κ. κ. μ. β. ϑήκατο. In ap. Lipſ. ταῦτα δ' ὅς. Sed id, quod dedit *Br.*, membranae praeſtant. —

V. 6. ἔρτι. Vat. Cod. quod emendatum in marg. ap. Guy. — ἀναπαυσάμενος Vat. Cod. quod temere in ἀναπαύομενος mutarunt ſive deſcriptores ſive editores, praeter *Holſtenium*. Sic Ep. ἀδέσπ. σοὶ τάδε θῆλυς Ἄλεξις ἑῆς εἰστρήματα λύσσης Ἄνθετο, χαλκοτύπου παυσάμενος μανίης.

III. Vat. Cod. p. 190. Edidit *Kuſterus* ad *Suidam* T. II. p. 120. ubi v. 5. legitur cum parte verſ. quarti in ἰξών. Anth. *Reisk.* nr. 505. p. 47. Paſtor tauri cornu arbori affigit. — V. 1. *Suidas* in Οὐμβρακιώτης βουμολγός. κύριον. ad hunc verſum reſpexit, quem integrum una cum ſequ. protulit v. κόλον T. I. p. 339. ubi δίπηχυ et κλάσσας. — κόλος. πηρός. κολοβός. *Heſych.* Hinc κόλον δόρυ ap. *Homer.* Il. π. 117. Magis huc facit *Theocrit.* Eid. VIII. 51. ubi paſtor ad hircum: ἴθ' ὦ κόλε. κόλος λέγεται ὁ μὴ ἔχων κέρατα. *Schol.* — V. 2. κλάσσον cum membr. dedit *Kuſterus*. κλᾶσον *Reisk.* — In tauros a grege aberrantes, hoc eſt ἀτιμαγέλους, animadvertentem Pyrrhum nobis repraeſentavit *Philoſtrat. Jun.* Imag. I. p. 864. αἰπολίοις τε καὶ βουσὶν ἑαυτὸν ἐφίστησιν, ἀπαυχενίζων τοὺς ἀτιμάζοντας τὴν ἀγέλην ταύρους. ad quem locum nonnulla notavimus in Exercitt. crit. p. 120. ſq. — V. 3. *Suidas* T. II. p. 314. (in κνημοὶ. ἐξοχαὶ τῶν ὀρέων.) tuetur lect. membr. χαράδρας. *Reiskius* χαράδρους dedit. Interpretatio vocabuli κνημοὶ, quam *Suidas* dedit, huic loco non convenit. Sunt potius loca confragoſa in auguſta valle, per quam fluvius ferebatur. Vide ad *Leonid. Tar.* Ep. XXXII. p. 91. — λασίους. arboribus et arbuſtis conſitas ripas. *Marianus* Ep. III. ποταμὸς λασίην παραμείβεται ὄχθην. In denſam ſylvam ἐς τὸ λάσιον dicit *Lucian.* T. III. p. 50. 41. ed. *Reiz.* — V. 4. ἐπ' ἠϊόνι. *Suid.* — V. 5. Membranarum lectioni ψυχόμενον male *Kuſterus* praetulit ψηχόμενον. Noſtrae lectioni ſatis patrocinatur *Apollon. Rhod.* L. II. 870. Κεῖτο γὰρ εἰαμενῇ δονακώδεος ἐκ ποταμοῖο Ψυχόμενος λαγόνας τε καὶ ἄσπετον ἰλύϊ νηδὺν Κάπριος ἀγριόδων. — V. 6. ἐκ παγέων. Vat. Cod. In marg. ap. Guy. et

Ruhnk. ἐκπάγλως notatur, quod etiam *Kuſterus* protulit. *Reiskius* duas conjecturas expromſit: ἐκ ταχέων et ἐκποτίων. Hanc magis probavit: *Evolans e cubili ſuo. Toupius* in Em. in Heſych. P. IV. p. 162. correxit ἐκ πάγων. *ex fluvio, ex aquis.* Sed omnium conjecturis longe praeferenda eſt lectio ἐκ πλαγίων ap. *Suidam*, qui h. v. et ſeq. laudavit in βούτης T. I. p. 449. *Taurus in paſtorem impetum e transverſo fecit, latus ejus cornibus petens*, ut ille taurus ἀτιμαγέλης ap. *Theocrit.* Id XXV. 144. ἐπέφρωσεν ἰῦσκόπῳ Ἡρακλῆϊ Χρίμψασθαι ποτὶ πλευρὰ κάρη De apris *Pollux* V. 80. εἰ πλαγίως τοῖς ὀδοῦσι θίγοι. *Xenoph.* de R. Equ. VI. 6. ἐκ πλαγίου δὲ ἵππος ἐθισθεὶς παράγεσθαι. — ¶. 296.] V. 7. „Edidit *Kuſter* h. c. ad Suidam II. „120. e quo plura in hoc carmine emendata, et praeſer„tim v. 7. ἀπεκράνιξε, quod Kuſter non obſervavit. Male „in cod. ſcriptum ἀπεκράνιζε.“ *Br.* In apogr Spalett. ἀπεκράνιξε ſcriptum. *Suid.* T. I. p. 252. ἀπεκράνιξε. τῆς κάρας ἀπεχώρισεν. Ὁ δὲ βοπάλῳ κ. τ. λ. In deſcriptione monomachiae Herculis cum Acheloo *Philoſtr. Jun.* Icon. IV. p. 869. ὁ δὲ λαιᾷ τοῦ δεξιοῦ λαβόμενος, κέρας θάτερον τῷ βοπάλῳ τῶν κραταίφων ἐκτρυμνίζει. — Mox haetit *Reiskius* in αὐτᾶς, in qua voce et *Salmaſius* offendens αὖ τᾶς conjecit, ſatis frigide. Lipſienſis editor αὔας emendavit, quod mihi quoque verum videtur. *Philoſtr.* II. Icon. XVI. p. 851. ὁ δὲ (λαγὼς) ἐκκεκαμένος τῆς αὔας δηνὸς ἀνάτητα κατηγορεῖ τοῦ κυνός.

IV. Cod. Vat. p. 394. ſq. Anth. Plan. p. 96. St. 141. W. Elegans inter paſtores de ligneo Herculis ſimulacro dialogus. Poſitum erat hoc ſignum prope ſtabula, ut in Ep. ἀδεσπ. CCLXXXIX. Erat enim Hercules inter deos paſtoritios, et propterea nonnunquam cum Mercurio jungitur; in quam rem *Arnaldus* de diis Affeſſ. p. 137. noſtrum Epigr. laudat et *Antip. Sidon.* Ep. XXVIII. Vide quae notavimus ad *Leonid. Tar.* Ep. XXIX. p. 87. ſq.

— V. 1. τῷ Vat. Cod. — V. 3. λαιοντοκτόνα Vat. Cod. λαιοντομάχαν Herculem appellavit *Theocrit.* Ep. XIX. — οὐδὲ τὰ τόξα. Optime *Schneiderus* correxit:

οὔ τυ τὰ τόξα —

Arcum et ſagittas Herculi tribuit *Homer.* Il. Ε. 392. Od. Θ. 224. Λ. 615. ſq. et plurimi veterum. Clava et leonis exuviis eundem primus inſtruxiſſe dicitur *Steſichorus* ap. *Athen.* XII. p. 512. F. *Piſandro*, ſive quicunque alius Heraclearum auctor fuerit, hoc deberi affirmat *Strabo* XV. p. 1009. B. — V. 5. ἀγριέλαιον. Clavam ex oleaſtro Hercules gerit ap. *Theocrit.* XXV. 257. Apud eundem XVII. 30. Alcmenae filius inter deos receptus, cum in thalamum redit, Alexandro τόξον ἔδωκεν, ὑπωλένιόν τε φαρέτρην, τῷ δὲ (Ptolemaeo) διδύμειον σκύταλον κεχαραγμένον ὄζοις. — V. 5. *Brunckius* hoc diſtichon eidem tribuit, qui v. 1. 2. loquens inducitur. Neſcio quam recte. Mihi quidem preces ei potius convenire videntur, qui Herculi lacte libare fingitur. — δαμαλιφάγε. βουδόλας vocatur ap. *Apollon. Rhod.* L. I. 121. et in Ep. ἀδέσπ. CCLXXXIX. Conf. Ep. CCLXXXVII.

V. Cod. Vat. p. 488. Εὐξυνίου. Plan. p. 336. St. 446. W. Pan venatores et aucupes hortatur, ut ipſum colant, praeſens omnibus promittens auxilium. Expreſſum carmen ex *Leonid. Tar.* Ep. XVII. ubi vide not. Cf. etiam Ep. ἀδέσπ. CLXXIII. — V. 1. θηροβολῆτε. Aldin. pr. et Aſcenſ. — V. 2. Π. ὀρειβάτεω νιεσσόμενοι. Vulgo. ὀρειβάτην πᾶνα habemus ap. *Alcaeum Meſſ.* Ep. XII. et paſſim. Noſtra lectio eſt in membr. ubi tamen νιεσόμενοι exhibetur. — V. 3. „εἴτε. ter Plan. quod ut reliqua e „Cod. Vat. emendatum.“ *Br.* — V. 4. ἴξυται Vat. Cod. quod fortaſſe ſervandum erat. — λαθροβόλῳ. *Petron.* c. CIX. *Ecce etiam per antennam pelagiae conſederant volucres, quas tectis arundinibus peritus artifex texuit.* Arun-

do λαθεβόλος eadem, quam *creſcentem arundinem* vocare ſolent poëtae latini. Vide *Wernsdorf.* Poët. Min. T. I. p. 132. — V. 5. ἐτιβόσατο. Vat. Cod. a pr. man. — ἄγραν ad venationem retulerim, cui canes adhibentur. *Schneidero* olim in mentem venerat

οἶδα ποδάγραν

quod blanditur. ποδάγραν cum δόναξι et λίνοις conjunxit *Leonid. Tar.* Ep. XII. ubi vid. not.

VI. Anth. Plan. p. 338. St. 478. W. Priapum, in Hellesponti litore prope Lampſacum collocatum, poëta monet, ut, hominum frequentiam erubeſcens, partem pudendam velet. Hoc quoque carmen, ut omnia *Erycii*, elegantiſſimum. — V. 1. τετυλωμένον. Etymol. M. p. 100. ἀναφλᾶν. χειροτριβεῖν τὸ αἰδοῖον ταῖν χερσῖν ἀναφλᾶν καὶ ἀνακλᾶν Ἀριστοφάνης ἐν Ἀμφιαράῳ λέγει. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ τύλος τὸ αἰδοῖον, ὅθεν καὶ Φερεκράτης τὸ γυμνοῦν αὐτὸ τῇ χειρὶ ἀποτυλοῦν εἶπε. Vide *Intrpp. Heſych.* in ἀποτυλῶσαι. Luſus in Priap. LXXX. *Priape, quod ſis faſcino gravis tenso, Quod exprobravit hic tibi ſuo verſu Poëta noſter, erubeſcere hoc noli.* — V. 3. ἔχει σε θέλγα γυναικῶν. *Oppian.* Hal. L. III. 56. ἕλκουσαι τεκέων τε μόγῳ, θέλγῃ τ' Ἀφροδίτης. ubi vide *Ritterſbuſ.* qui noſtri loci non immemor fuit. — V. 3. σπαργᾷς. libidine tumes. Hoc verbum illuſtrans *Ruhnk.* ad Tim. p. 234. noſtrum verſum expromſit, θυμὸν ἅπαντα πόθοις legens, quod fortaſſe verum. Vulgata certe lectio πόροις nihili eſt, nec *Brodaei* interpretatio admitti debet. *Joſ. Scaliger* in not. mſc. θέροις proponebat, parum eleganter. Mihi in mentem venit legere:

θυμὸν ἅπαντα παρεῖς.

Θυμὸν παρεῖναι eodem ſenſu dicitur, quo ἡνίαν θυμῷ ἀφεῖναι ap. *Achill. Tat.* VI. p. 406. ἀτυχήσας δὲ ἂν ἡλπισεν. ἀφῆκεν τῷ θυμῷ τὰς ἡνίας, ut h. l. correxit *Wyttenbach* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 61. — V. 6. χλαμύδι. Talia in Luſibus Priapus hortatur caſtiores Ep. I. — *ruber hortorum cuſtos,*

membrosior aequo, Qui tectum nullis vestibus inguen habet.' Aut igitur tunicam parti praetende tegendae, Aut quibus hanc oculis adspicis, ista lege. Priapus nonnunquam fingebatur poma in vestimenti sinu ferens. *Petronius* c. LX. *Priapus gremio satis amplo omnis generis poma et uvas sustinebat, more vulgato.* — V. 7. Non in montium et sylvarum solitudine collocatus es, sed in loco celeberrimo. *Strabo* XIII. p. 881. A. ἡ Λάμψακος ἐπὶ θαλάττῃ πόλις ἐστὶν εὐλίμενος καὶ ἀξιόλογος, συμμένουσα καλῶς. Idem de Priapo in illis regionibus culto tradit p. 879. B. Adde *Schol. Theocrit.* Eid. I. 21. *Pausan.* L. IX. 31. et quae collegit *Burmann.* ad Anthol. Lat. T. II. p. 551.

¶. 297.] *VII.* Cod. Vat. p. 451. Nemo, quod sciam, hoc carmen ante *Brunckium* edidit. Narratur historia de hirco, qui vigilantia sua gregem a lupi impetu servaverat. — V. 1. Κλήσων nomen in Graecia pervetustum. Clesonis filius Pylus Lelegum coloniam duxit in Messeniam ibique Pylos condidit. *Pausan.* IV. 36. p. 371. et VI. 22. p. 509. — κάννυχος. Vat. Cod. a pr. man. — V. 2. φριμάσσεσθαι de hircorum balatu *Theocrit.* Eid. V. 141. φριμάσσειο πᾶσα τραγίσκων Νῦν ἀγέλα. *Longus* L. I. p. 11. τράγες ἀλγήσας φριμαξάμενος εἰς φυγὴν ἐτράποντο. De cane *Oppian.* Cyneg. I. 490. αὐτὰρ ὅγ' αἶψα Ὠρίωνι, φριμάς τε λαγωείης ὑπ' ἀϋτμῆς. Plura reperies ap. *Valckenar.* ad *Ammon.* p. 226. Adde *Oudend.* ad *Thom. Mag.* p. 901. — V. 3. χιμαρόσφακτος. membr. — V. 4. τηλόθι Vat. Cod. a man. sec. Clesonis grex tenebatur in antro, ut videtur, quod in superiore montis parte erat. Haec est πετραία αὔλις, ad quam lupus adscensurus esse videbatur. — V. 5. Notandum vocabulum ἀνεγέρμονες, quod *Erycio* proprium esse videtur; sunt κύνες ἀνεγειρόμενοι, excitati a cubili. — V. 6. τραγίνευ. Cod. Vat. Nec hanc formam alibi reperio. Probabilis est *Brunckii* emendatio τραγίνας κόρας, cum non sit credibile, τὸν τράγον etiam τραγίνην appellatum fuisse.

VIII. Cod. Vat. p. 242. Plan. p. 199. St. 289. W. De muliere Lacedaemonia, filium, qui e pugna aufugerat, interficiente. Vide ad *Tymn.* Ep. IV. T. I. P. II. p. 412. *Erycius* expreſſit *Antip Theſſ.* Ep. XXVI. — V. 1. laudat *Suid.* in τρέσας T. III. p. 498. Spartanorum loquendi uſum ſervavit poëta in voce τρέσαντα. *Plutarch.* in Ageſil. c. 30. τοῖς ἐν τῇ μάχῃ ἀποδειλιάσασιν, οὓς αὐτοὶ τρέσαντας ἐνεμάζουσι. quem locum cum aliis quibusdam laudavit *Brodaeus*, quem vid. — V. 2. ὁπλιστὰν κόσμον, pro κόσμον τῶν ὅπλων. Scutum inprimis intellige, quod ille abjecerat.

IX. Vat. Cod. p. 394. Plan. p. 5. St. 10. W. In Midonem quendam, qui, cum araneae ictu percuſſus eſſet, amputato pede, fulcro ex oleagine uti neceſſe habebat. De Mida ἀμπελουργῷ narrat *Lucian* T. III. p. 38. — ὑπὸ ἀχίδνης δηχθέντα κεῖσθαι ἤδη σεσηπότα τὸ σκέλος. ἀναδοῦντι γὰρ αὐτῷ τὰ κλήματα καὶ τοῖς χάραξι περιπλέκοντι, προσεφύσαν τὸ θηρίον, δακεῖν κατὰ τὸν μέγαν δάκτυλον. Hoc loco aliquis utatur ad firmandam *Schneideri* conjecturam, qui ἀραχναίῃ in ἀχιδναίῃ mutandum cenſebat. — V. 1. αὖα γεράνδρια. *Heſych.* γεράνδρεις. αἱ παλαιαὶ δρύες, καὶ τὰ παλαιὰ δένδρα γεράνδρια. Vide *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Jov. v. 22. — Μίνδων. Cod. Vat. Vulgo Μείδων. Hac nominis forma uſus eſt *Agis* Tom. I. p. 185. et habetur ap *Suidam* T. II. p. 547. — φωλάς. aranea, quae in angulis latere et praedae inſidiari ſolet. Feras, in antris habitantes, φωλάδας vocant poëtae, ut *Theocrit.* Eid. I. 115. Vide not. ad *Antip. Sidon.* Ep. XXXVII. T. II. P. I. p. 43. et ad *Philodem.* Ep. XXXII. p. 234. Quam accommodatum hoc epitheton ſit emendationi ſupra commemoratae ἀχιδναίῃ, apparebit ex loco *Nicandri* Ther. 31. de ſerpente, qui — φωλεὸν εἶμαι φεύγων Ὀμμασιν ἀμβλώσσει. quem cum ſimilibus comparavit *Valckenar.* ad Theocr. Adon. p. 253. ſq. — V. 3. ἔβρυξε. Doctiſſimus *Wakefield.* ἔβρωξε legendum cenſet in Sylv. crit. T. III. p. 157.

Sed verbum emendatione non indiget. Ap. *Leonid. Tar.* Ep. XCV. bellua marina urinatorem ἀπέβρυξεν ἄχρις ἐπ' ὀμφαλίου. Ap. eund. Ep. LI. paſtor leonem interficit ἄρτι καταβρόκοντα τὸν εὐθηλήμονα μόσχον. Peſtifera illa veſte indutus Hercules, quae ipſi *artus depaſcebat*, ἡ δ' αὖ μιαρὰ βρύκει exclamat ap. *Sophocl.* in Trach. v. 986. — V. 4. συπεδόνι invenit Aldus in Cod. idque arripuit editor Ald. ſec. — Mox Vat. Cod. σάρκην καταστραγαλους. unde *Salmaſius* κατ' ἀστραγ. legendum eſſe vidit. χλωρὴ σὰρξ dicta videtur per prolepſin; a colore ſubviridi, quem caro putreſcens contrahit. Vide *Foeſium* in Oecon. Hipp. p. 339. — V. 5. τῆς mihi ſincerum non videtur; nec tamen acquieſcam in correctione *Joſ. Scaligeri* in not. mſc. ἀπὸ τοῦ στ. Vellem codex daret:

ἐτμήθη τὸ πάλαι στιβαρὸν γόνυ — —

genu olim tam firmum, tum vero morbo debilitatum, amputabatur. Fortaſſe alius, me ſagacior, reperiet, quod propius ad vulgatam lect. accedat. — V. 6. σκιπανίου. Vat. Cod.

X. Cod. Vat. p. 245. cum lemmate: Θεοκρίτου Βουκολ. εἰς Γλαύκην κόρην ἑταίραν οὖσαν. Ap. *Reisk.* in Anthol. nr. 577. p. 77. Ἐρυκίου Κυζικ. deſcriptoris errore procul dubio. Hic dedit v. 1. αὐδήσεις τὸ γράμμα τί; σᾶμά γε· καὶ τίς ὑπ' αὐτῷ; In Cod. Vat. αὐδήσεσ et σᾶμά τε legitur. Vix ſincere ſcriptus eſt verſus. An fuit: αὐδήσει τὸ γε, τὸ σᾶμα τί, — quamvis nec hoc ſenſum valde erigit. — V. 2. »Γλαύκης. Sic Cod. et non temere mutandum. »Conjicere quis tamen poſſet Κλείτης. Fuit haec uxor »Cyzici, de qua Apollon. Argon. I. 1063.« *Br.* Vana conjectura, quae falſa de auctore hujus diſtichi opinione nititur. Jam cum optimi Cod. auctoritate conſtet, *Theocriti* eſſe, nullus dubito, quin *illuſtris* haec *Glauca*, ἡ ὀνομαζομένη, citharoeda ſit praeſtantiſſima, quam *Theocriti*

aequalem fuiſſe conſtat ex Schol. ad Eidyl. IV. 31. κηὖ μὲν τὰ Γλαύκας ἀγκρεύομαι. Ἡ Γλαύκα, Χία τὸ γένος, κρευμαποιός. γέγονε δὲ ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου. Eandem commemorat *Plutarch.* T. II. p. 397. A. et 972. F. ubi eam a cane amatam eſſe tradit; ab ariete *Plinius* L. X. 26. p. 555. 13. Vide *Schefferum* ad *Aelian.* V. H. IX. 39. cujus notae nonnulla addidit *Perizonius.*

XI. Cod. Vat. p. 262. Edidit *Kuſter.* ad *Suidam* v. παρθένιος T. III. p. 52. In not. *L. Holſtenii* editis in Miſc. Obſſ. Nov. T. I. 2. p. 123. Anthol. Reisk. nr. 597. p. 85. Parthenius, qui in elegis ſuis graviter in Homerum invectus erat, poenas propterea apud inferos dare dicitur. De Parthenio disputabimus in Notitia Poëtarum Anth. v. *Erycius.* — V. 1. Omnes Homeri et Muſarum cultores poëta jubet Parthenium, quamvis defunctum, pice oblinere, id quod καταπιττοῦν vocabant. *Ariſtoph.* in Eccleſ. v. 821.:

Κ'εὐθὺς καταχρύσου πᾶς ἀνὴρ Εὐριπίδην·
ὅτε δ' ἠδ' ἀναισκοπουμένοις ἐφαίνετο
ὁ Διὸς Κόρινθος, καὶ τὸ πρᾶγμ' οὐκ ἤρεσεν,
πάλιν καταπίττου πᾶς ἀνὴρ Εὐριπίδην.

Et ibid. v. 1100.: Καὶ τὴν ἄνωθεν ἐπιπολῆς τοῦ σήματος ζῶσαν καταπιττώσαντας — Ἄνω πιθοῖνοι πρόφασιν ἐντὶ λημύθου. ut *Brunck.* hunc locum reſtituit. — V. 2. τοῦ μυσαγλώσσου ſuperſcriptum in Vat. Cod. et ſic *L. Holſten.* dedit. — ¶. 298.] V. 3. οὔνεκα Vat. Cod. — κεῖνα. *illa in vulgus nota convicia*, ut recte interpretatur *Reiskius.* Quare Cod. lectio minime ſollicitanda, neque cum *Kuſtero*, qui κεῖνος, neque cum *Toupio*, qui in Em. ad Heſych. T. IV. p. 305. μυσία κεινὰ pro κενὰ perperam conjecit. — V. 4. φλεγματα. Sic Vat. Cod. plane ut in Ep. *Julii Aegypt.* LX. ἰάμβων ἄγριον Ἀρχιλόχου φλέγμα. *pus atque*

venenum in Homerum eructavit evomuitque elegos ſuos abominandos et ſordidos. — V. 5. ἐπειδὴ. Vat. Cod. a pr. man. Superſcriptum ἐπὶ. Noſtrâ lectio eſt in apogr. Guyet. et Ruhnk. neç aliam invenit *Reisk.* in apogr. Lipſ. — μανίης ἐπὶ τόσον. *Alciphr.* L. III. 3. p. 280. ἰδὼν οὖν. εἰς ὅσον ἀμηχανίας ἐληλάκειν. — V. 6. βάτον. ſentibus oppletum carmen. Maluit tamen *Kuſterus* πάτον, probante *Brunckio.* Idem vocabulum adpictum margini ap. Ruhnk. Obviam ibat huic emendationi *Reiskius;* nam *ſtercus* non eſſe πάτον, ſed ἀπόπατον. In quo fallitur Vir Doct. *Heſychius:* Πάτος. ἡ πεπατημένη καὶ λεωφόρος ὁδός. — καὶ κόπρος. Melius profecto ſibi reſpondent πηλὸς et πάτος, quam βάτος. Talia junxit *Plautus* in Perſ. III. 3. 1. ubi ſervus lenonem his verbis alloquitur: *Ebo lutum* (πηλὸς) *lenonium, Commictum coenum, ſterquilinium* (πάτος) *publicum.* et Catullus XLII. 13. *O lutum, lupanar, Aut ſi perditius poteſt quid eſſe.* — V. 7. τοὶ γὰρ ὑπὸ ζ. Sic Cod. Apographa variant. — ἤπτω in ap. Buheriano eſſe notavit *Brunck.* Sic etiam Vat. Cod. ubi ſuperſcriptum γρ. ἥπτω. ut etiam *Holſten.* notavit. In marg. ap. Guyet. ἧπται emendatur. Membranarum lectio emendatione vix eget. Furiae Parthenium in Cocyti undis ligaſſe videntur. — V. 8. κλοιῷ. collari, quale canes geſtant. Inter inſtrumenta venatoria *Philippus* Ep. VIII. τραχηλοδιαμύτας κλοιοὺς κυνοῦχους commemorat. Vide ad *Antip. Sid.* Ep. XVII. T. II. P. I. p. 25. Parthenius, tanquam canis, propter cynicam mordacitatem et impudentiam collari coërcetur. — Male *Holſten.* ὑπαγχόμενος.

XII. Cod. Vat. p. 260. Plan. p. 233. St. 338. W. In mulierem Athenis Romam abductam et in agro Cyziceno ſepultam. — V. 2. »λυγρὸς Ἄρης Ἰταλῶν. Athe»nis ſcilicet a Sulla expugnatis, mulier haëc captiva »abducta eſt. Ex hoc carmine et ſuperiori in Parthe»nium Erycii aetas definitur, quod recte a cl. Reiskio »obſervatum, qui tamen Parthenium aliquot annis re-

„centiorem facit, quam revera fuit: meliora de eo tra„dit Voſſius de Poët. gr. p. 219. Sub Auguſto vixiſſe „debuit Erycius. Nam admodum veriſimile eſt, a poëta „Cyziceno factum fuiſſe hoc carmen ſtatim poſt mulie„ris, de qua ibi agitur, mortem, ut illius tumulo, qui „Cyzici erat, inſcriberetur. Ab Athenarum expugna„tione ad Tiberii initium intervallum eſt centum anno„rum. Parthenius eodem Mithridatico bello captus fuit. „Nec ille, nec Attica mulier usque ad Tiberii imperium „vitam producere potuit.“ *Brunck.* Pro λυγρὸς, quod eſt in Plan., Vat. Codex λαυγὸς habet. *Salmaſius* in not. ined. λοιγὸς emendavit. Hoc verum videtur. Adjectiva ſignificatione v. λοιγὸς uſus eſt *Nicander* Ther. v. 6. — V. 4. ἠμφίεσεν. Planud. — νησαίη Κύζικος. Quamvis cum contineuti conjuncta Cyzicus, inſula tamen vocari ſolet. *Schol.* ad Apollon. Rhod. L. I. 936. ἔστι δὲ χερρόνησος, ἐφ' ἧς κεῖται ἡ Κυζικηνῶν πόλις. νῆσον δὲ αὐτὴν ἔφη, διὰ τὸ πρότερον αὐτὴν οὖσαν νῆσον, ὕστερον συνῆφθαι τῇ ἠπείρῳ. Vide *Caſaubon.* ad *Strabon.* XII. p. 861. C. et *Waſſe* ad *Thucyd.* VIII. p. 295. ed. Bip.

XIII. Cod. Vat. p. 213. Ἐρυκίου ἐπιτύμβιος εἰς Σοφοκλέα. In Cod. Conſtantini Laſcaris ap. Iriarten inſcribitur Ἐρκίου. Plan. p. 274. St. 396. W. Videtur *Erycius* ante oculos habuiſſe Epigr. *Simmiae* II. p. 168. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in ἄλοιτο (κινοῖτο. ὀρμῷτο.) T. I. p. 127. et in σκηνὴ T. II. p. 328. ubi in nonnullis codd. σκηνήτης exhibetur. — πόδας. *Philipp.* Ep. XLV. λάβριον ἑρπυστὴν σκολιὸν πόδα, κιττὲ, χορεύσας. ubi vide not. — V. 3. 4. laudat *Suidas* in βούπαις T. I. p. 448. *Reiskius* ad *Conſtant.* Ceremon. p. 150. propter ſeq. λειβόμενος malit περιστίζοιτο. Vulgata longe elegantior. Eſt enim in verbo στάζειν copiae notio; ut ap. *Philodem.* Ep. XVIII. qui, vetulae corpus, ait, ἔτ' ἀμβροσίην, ἔτι πειθὼ, Πᾶσας ἔτι στάζει μυριάδας χαρίτων. Optat poëta, ut tumulo Sophoclis nunquam non circumfundatur examen apum melliſi-

cantium. In pedeſtri oratione περιεργάζεσθαι dixit *Philoſtrat.* Imag. II. 12. p. 829. Pindari cunas deſcribens: αἱ δὲ οἷόν μέλιττα περιεργάζονται τὸ παιδίον. — ἐξ Ἑλικῶνος τάχα ἥκουσι, καὶ ἀπὸ τῶν λειμώνων καὶ ἀοιδίμων. καὶ γὰρ τοῦτο οἶμαι αὐτὰς ἐνστάξαι Πινδάρῳ. — V. 5. „In Vat. Cod. ſcri„ptum: μὲν ἀγανὸς Ἀπόλλων. Et ſic eſt etiam apud Suidam „in ἀγανόν. Corruptum hoc quidem, ſed forte veſtigia „habet lectionis genuinae. Quid ſi ſcripſerit ἀγάννεως.“ *Br.* Laudat hoc diſtichon *Suidas* T. I. p. 21. ἀένναος omnes edd. veteres. ἀέναος Steph. Epigr. ἀδέσπ. DXXXIV. Ἶσον Ὁμηρείαις ἀενάοις χάρισι. Utrumque, et ἀένναος et ἀέναος, paſſim ap. *Pindarum.* Vulgata lectio mihi cum Brunckiana lectione non commutanda videtur. In antiquioribus *Suidae* edd. pro δέλτῳ erat διαλέκτῳ, oſcitantis librarii vitio. Sophoclis tabulae ſive carmina tanta fuiſſe ſuavitate et dulcedine vult *Erycius*, ut perenni melle fluere viderentur. *Meleager* Carm. I. 10. Νοσσίδος, ἅς δέλτοις κηρὸν ἔτηξεν Ἔρως. ubi vide not. *Horat.* I. Epiſt. XIX. 44. *fidis enim manare poëtica mella Te ſolum.* Idem ut etiam poſt mortem Tragico contingat, Epigrammatarius optat. Ap. *Chriſtodor.* in Ecphraſi v. 110. ipſa Erinna dicitur Πιερικῆς βαθάμιγγας ἀπεσταλάουσα μελίσσης. — V. 6. ἔχεις Vat. Cod. ἔχοις Plan. et *Suid.*

XIV. Vat. Cod. p. 232. Planud. p. 283. St. 409. *W.* In Therimachum paſtorem, qui boum gregem paſcens fulmine percuſſus eſt. Expreſſam eſt ex *Diotimi* Ep. X. ubi vide not. — V. 1. 2. protulit *Suidas* in βλωθρὴ T. I. p. 439. qui ἁμόσσει dedit. — V. 3. Vulgo et in Vat. Cod. καμάτων. *Joſ. Scaliger* in not. mſc. καλάμων. quod unde ſumſerit *Brunckius*, non indicavit. Sed optima eſt et certiſſima lectio. Veterum tibiae cum ex alia materia, tum ex arundine fiebant. Vide *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 82. C. *Menetho* L. V. 160. ἢ τρητοῖς καλάμοις ὑπὸ πνεύμασιν ᾄσμα μελῳδεῖ. ut h. v. emendavit *Dorville* ad *Charit.* p. 518. καλαμίνους αὐλοὺς Ἀριστοφάνης ἔφη, teſte *Polluce* X. 153. —

V. 4. σκιερῷ. Ambigua ſunt verba, quae ſic explicaveris: Te non amplius, ſub umbroſa quercu recubantem et tibia canentem, grex audiet. ſive: Cum jam ſub quercus umbra ſepultus ſis. Poſterior interpretatio verior eſſe videtur, propter Epigr. *Diotimi:* Θηρίμαχος δὲ παρὰ δρυὶ τὸν μακρὸν εὕδει Τίτυον. — V. 5. 6. habet *Suidas* in πρηστὴς T. III. p. 172. — V. 6. ἐπερχόμενοι νιφετῷ. Nix poſt fulmina inſecuta boves incitabat, ut ad ſtabula celeri greſſu properarent. *Grotio* fortaſſe alia lectio obverſabatur, cum verteret:

Tu cadis igne Jovis: ſero rediere juvencae
Ad ſtabula, et multa permaduere nive.

Videtur legiſſe — νιφετῷ τεγγόμενοι. Mihi tamen vulgata non ſollicitanda videtur.

¶. 299.] *XV.* Cod. Vat. p. 265. Planud. p. 249. St. 361. W. Cenotaphio Satyri, qui in mari Aegaeo circa Mycalen perierat, inſcriptum. „Suſpicor hîc Marſyam „ſignificari, qui in fluvium ſui nominis mutatus Maean„dro jungitur, et cum eo mare ſubit ad radices montis „Mycales. Fruſtra hîc, inquit, Marſyae tumulum quae„ris: in mari, quo ſubluitur Mycale, ventis agitatur.“ *Huetius* p. 23. Ingenioſa interpretatio, quam tamen pro vera haberi nolim, niſi forte *Erycium* aenigmata ſcribere voluiſſe exiſtimes. *Satyri* nomen apud hiſtoricos paſſim obvium. — V. 1. δειλαῖος. Vat. Cod. — V. 2. ὡς λόγος. Vulgo enim in illis locis cenſebant Satyrum ſepultum eſſe, cujus tamen corpus in undis periiſſet. Parum commoda verba, ὡς λόγος, in quibus haud ſcio an nomen gentile, ſive etiam patronymicum lateat. Mirum etiam, quod in tali caſu πυρκαϊὴ commemoratur. Pro σύνηται, quae eſt membr. lectio, vulgo σύναται. — V. 4. Μυκάλης. Vat. Cod. a man. ſec. — V. 5. ἔτι. Vulgo et in membr. δὴ *Huetio* debetur. — V. 6. ὕδατι μενεμάνῃ, μεμφόμενος βορέην. Vulgo.

ASINII QUADRATI EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 252. cum lemmate: Ἀσιννίου Κουαδράτου εἰς τοὺς ἀνᾳρεθέντας ὑπὸ τοῦ τῶν Ῥωμαίων ὑπάτου Σύλα. In Planud. p. 203. St. 296. W. ἄδηλον est. Argumentum carminis obscurius est. Fortasse Athenienses significantur, quorum ingens numerus, post Athenas captas, occisus est. Ad hanc historiam tamen occultae et dolosae caedis commemoratio vix satis accommodata. *Salmasius* in not. ined. lemmati Cod. Vat. fidem denegat, et Epigr. nostrum interpretatur de bello Catilinario et illa pugna, in qua Catilina ipse cecidit. Huic interpretationi ut lectionem accommodaret, v. 4. corrigit: ὤλοντ' ἐὸ κευφίῳ κ. λ. 9. Hoc ferri nequit. Exteros autem hostes fuisse, qui, nescio ubi, in insidiis Romanorum perierint, ex primo versu satis, ni fallor, intelligitur.

HERODIS ATTICI CONSECRATIO TRIOPII.

¶. 300.] Memorabilis haec nec una de causa magni facienda inscriptio eruta est paulo ante annum MDCVII. prope viam Appiam, praesente *Christophoro Puteano*, qui eam descriptam Lutetiam Parisiorum misit, ubi brevi post tempore edita est a *Frederico Morello*, una cum versione latinis versibus conscripta, 1607. 4. (*Maittaire* Annal. Typogr. T. III. P. II. p. 851.) et anno post ab *Isaaco Casaubono*. Paris. 1608. Qui cum perperam induxisset in animum, Herodem, cujus nomen legitur v. 12., Judaeorum tetrarcham esse, et alia quaedam

minus recte explicuisset, *Salmasius* hanc Inscriptionem denuo edidit una cum altera, decem fere annis post, circa eundem locum, quo prior inventa erat, eruta, cujus apographum *Salmasius* a *Jacobo Sirmondo* acceperat. In illa editione (Paris. 1619. 4.), ubi utrumque carmen multa cum eruditione, sed, ut solebat Vir doctissimus, magis temere effusa, quam accurate et eleganter digesta, illustravit, contra *Casaubonum* docuit, *Herodem* nostrum Atticum illum Sophistam esse, cujus divitiae, magnificentia et de patria merita, magis etiam quam eruditio et eloquentia, nomen ejus ad posteritatem propagarunt. Sed ante *Salmasium* idem jam suboluisse *Velsero* in Epistolis ad Hoeschel. XXXIV. et XXXV., *Harlesius* monuit Vir cl. ad *Fabricii* Bibl. Gr. T. III. p. 813. Post *Salmasium* passim repetita sunt duo haec carmina novis editionibus, quas vide ap *Fabric.* Bibl. Gr. T. VI. p. 10. sqq. ed. nov. ubi *Eichstadtius* V. cl. docte et accurate de his Inscriptionibus disputavit. Facem ei praetulerat Romanus, copiosa et eleganti eruditae antiquitatis cognitione illustris, *Ennius Quirinus Visconti*, in praeclara editione sua, cui titulus: *Iscrizioni greche Triopee ora Borghesiane con versioni ed osservazioni di E. Q. Visconti. In Roma.* 1794. fol. Splendidi hujus libri descriptionem si quis desideret, adeat *Fabricium* l. c. et Ephemeridas, quae Jenae prodierunt (*Allgem. Litteraturzeitung*) ann. 1796. nr. 61. p. 482. sqq. ubi censura ejus agitur a cl. *Eichstaedt*, qui multa subtiliter et acute de illis carminibus monuit. Horum nos virorum vestigia in interpretatione plerumque sequemur.

Quod ad prioris Inscriptionis argumentum attinet, consecratur eâ locus sepulcralis in *Herodis* Triopio. Hoc quid sit, multum disputatum est inter viros doctissimos. Descriptio loci continetur v. 6. ubi δῆμος Δημόου Τριόπιον vocatur, et v. 9. 10. 11. unde apparet, eum vitibus et arboribus consitum fuisse. Cf. Inscript. II. v. 49. Erant

in eo templa Cereris et Fauſtinae; locus ipſe autem Minervae et Nemeſi Rhamnuſiae dedicatus erat. Cum his locis jungenda eſt Inſcriptio, quae Farneſina vulgo dicitur, a pluribus edita (vide *Fabric.* T. VI. p. 8.), quae Triopium ad tertium in via Appia milliarium in Herodis agro ſitum, et columnas Cereris, Proſerpinae et Manium Deorum ibi collocatas commemorat; et alia (ap. *Montefalc.* Diar. Ital. p. 125. *Fabretti* Inſcr. c. V. p. 413.) de praediis Anniae Regillae, quae uxor Herodis fuit. In his praediis villam habuiſſe Herodem, valde eſt probabile; quae hortis, vineis, olivetis circumdata, templis et inſcriptionibus exornata fuit; templis adjuncta τεμένη; in his unum, ſepulcris familiae Herodis deſtinatum, cui dominus peculiare *Triopii* nomen dederat. Hoc malim cum *Eichſtadtio* credere, quam cum *Viſconto* Triopium pro pago habere. Quid autem huic nomini cauſam dederit, difficile dictu eſt. Multa molitus *Salmaſius*, nihil tamen expedivit, et poſt longam fluctuationem, miram comminiſcitur etymologiam p. 58. quam h. l. commemorare ſuperſedeo. *Viſcontus* cum meminiſſet Triopae Argivi, cujus filius Pelasgus Cereri fanum dedicaverat, (unde Pelasgis dicta; vid. *Pauſan* II. 22. p. 160.) prope quod fanum Pelasgus ſepultus eſt, ſuſpicatur, illud templum a Pelasgi patre, fortaſſe eodem in loco ſepulto, nomen Triopii geſſiſſe, ipſumque Triopam fortaſſe inde *Cerealem* (Δηῶον) fuiſſe appellatum. Jam cum in Herodis agro templum Cereris fuiſſe appareat ex Inſcriptione II., porro ſuſpicatur, Sophiſtam Atticum hanc ipſam ob cauſam, et quia illum locum familiae ſuae ſepulcris deſtinaviſſet, eum Triopium vocaſſe. Idem vir doctus ad illum Cereris Pelasgidis lucum trahit verſum *Callimachi* H. in Cer. v. 32., qui de nemore Cereris ap. Dotium in Theſſalia agens, Θεὰ, ait, ἐτεμάνετο κούρη,

ὅσσον Ἐλευσῖνι, Τριόπῃ θ' ὅσσον, ὀκνέουσ' Ἔνναι.

quem

quem omnes interpretes de Triopio Cariae acceperunt. His tam cumulatis ſuſpicionibus fidem haberi poſſe, recte negavit doctiſſimus *Eichſtaedt*. Hic igitur nomen illius agri derivat a Triopa, Eryſichthonis patre, de quo etiam *Salmaſius* cogitabat, ita tamen, ut, quam rem illuſtrandam ſusceperat, eam denſiſſimis tenebris involveret. Jam igitur *Eichſtaedtii* ſententiam exponamus: Poëta ipſe, (verba ſunt viri acutiſſimi in Ephemerid. Jen. p. 485.) in fine prioris carminis ſatis aperte indicavit, quare inviolabile τέμενος ſuum ominato Triopii nomine appellaverit. Ibi enim, poenam commemorans, quam Triopas poſt Cereris templum violatum dedit, omnes hortatur, ut χώρου ποινὴν καὶ ἐπωνυμίην vitent. Huc omnia referenda ſunt; huc ea, quam tutelaribus illius loci deabus tribuit, τῶν Τριοπείων appellatio ſpectat; huc, quod ſacrilegis Ἐρυσίχθονι Τριόπειον minatur. Jam intelligitur, cur Triopas ille, et crimine in Cererem commiſſo, et poena, in quam incurrit, graviſſima notus, Δηοῦς vocetur v. 5. Tenendum vero, ea, quae vulgo de Eryſichthone narrentur, ab Herode ad Eryſichthonis patrem, Triopam, translata eſſe. *Diodorus* quoque L. V. p. 379. haec de Triopa tradit: Μετὰ δὲ ταῦτα Τριόπαν — εἰς τὴν Θετταλίαν πλεῦσαι ἐπὶ συμμαχίαν τοῖς Δευκαλίωνος παισὶ καὶ συνεκβαλεῖν ἐκ τῆς Θετταλίας τοὺς Πελασγοὺς καὶ μερίσασθαι τὸ καλούμενον Δώτιον πεδίον. Ἐνταῦθα δὲ τὸ τέμενος τῆς Δήμητρος ἱκπόψαντα, τῇ μὲν ὕλῃ καταχρήσασθαι πρὸς βασιλείων κατασκευήν. Δι' ἣν αἰτίαν ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων μισηθέντα φυγεῖν ἐκ Θετταλίας, καὶ καταπλεῦσαι μετὰ τῶν συμπλευσάντων λαῶν εἰς τὴν Κνιδίαν, ἐν ᾗ κτίσαι τὸ καλούμενον ἀπ' αὐτοῦ Τριόπιον. *Hyginus* autem in Fabul. Aſtron. XIV. p. 381: *Nonnulli etiam Triopam Theſſalorum regem dixerunt eſſe: qui cum ſuum domicilium tegere conaretur, Cereris ab antiquis collocatum diruit templum. Pro quo facto, a Cerere fame objecta, nunquam poſtea frugibus ullis ſaturari poſſe exiſtimatur.* Hactenus ille. His tam docte et probabiliter

disputatis pauca addamus. Herodes mihi illud fundi fui ἀπότιμημα, de quo hîc agitur, non propterea Triopii nomine appellaſſe videtur, ut alios ab eo violando deterreret, ſed ab aliam quandam cauſam; ita tamen, ut hoc ipſo nomine uteretur ad commemorandas poenas, in quas ſacrilegi incurrunt. Nullus equidem dubito, quin Herodes, ut erat magnificus vetuſtatis imitator, illud nomen praedii ſui τεμένει tribuerit, ut eo audito omnes de celeberrimo illo Triopio, quod Cnidi erat, cogitarent. Neque profecto ſolus Herodes erat, qui illuſtriſſima antiquitatis loca quaſi in ſuum fundum transferre eorumque imitatione animum quodammodo fallere et oblectare inſtitueret. Praeiverat ei vir haud abſimilis ingenii, *Hadrianus Caeſar*, de quo *Aelius Spartianus* c. 26. T. I. p. 215. *Tiburtinam villam mire exaedificavit, ita ut in ea et provinciarum et locorum celeberrima nomina inſcriberet; velut Lyceum, Academiam, Prytaneum, Canopum, Poecilen, Tempe vocaret. Et ut nihil praetermitteret, etiam inferos finxit.* Locus eſt illuſtris et ad noſtram rem plurimum faciens. Ut Hadrianus ſui praedii agros ad provinciarum rationem deſcripſerat, ſic Herodes, Hadriani fortaſſe imitatione ductus, ſuum agrum in δήμους diviſiſſe videtur, quorum unum Triopii nomine inſignivit. Jam quid utrique loco, et huic Herodis prope viam Appiam, et illi in Caria, commune fuerit, paulo accuratius videamus. Antiquiſſima priſci illius Triopii commemoratio fit ap. *Herodotum* L. I. 144. p. 71. qui quaedam narrat de certamine Apollinis Τριοπίου, quod a parte Dorienſium celebrari ſolebat. Sed ne ſolum Apollinem ibi celebratum fuiſſe exiſtimes, vetat *Scholiaſtes Theocriti* XVII. 69. ἄγεται κοινῇ ὑπὸ τῶν Δωριέων ἀγὼν ἐν Τριόπῳ, Νύμφαις, Ἀπόλλωνι, Ποσειδῶνι. καλεῖται δὲ Δώριος ὁ ἀγὼν, ὡς Ἀριστείδης φησί. Praeter hos deos deasque etiam Cererem ibidem fuiſſe cultam, vix dubitari poteſt ex verſu *Callimachi* ſupra commemorato in H. in

Cerer. 31. θεὰ ἐπεμαίνετο χώρῳ, ὅσσον Ἐλευσῖνι, Τριόπῳ θ' ὅσον, ὀκτάδιον Ἔννα. Nam quae de prolepsi in hoc loco non admittenda, contra vulgarem interpretationem disputat *Visconti*, ea non tam gravia sunt, ut propterea aliud quoddam Triopium, nemini antiquorum commemoratum, temere fingamus. Ex illis igitur tam sparsis, tam parum disertis veterum de Triopio traditionibus, cum sponte appareat, non uni numini illum locum sacrum et dicatum fuisse, suspicari licet, Herodem illam agri sui partem, quam quatuor saltem aut quinque deabus consecraverat, et inter has etiam Cereri, propter hanc ipsam causam Triopium appellavisse. Huic suspicioni adjicienda est alia, ad quam *Aelii Spartiani* locus supra laudatus manu ducit, Herodem illum locum ita exornasse et descripsisse, ut similitudinem haberet cum vetere illo Triopio, idque quodammodo referret. Quod autem hunc locum potius, quam alium quendam sibi imitandum et quasi effingendum sumserit, ejus rei causa afferri potest Herodis ingenium et reconditae eruditionis ostentatio. Haec sunt, quae de obscura Triopii appellatione dicere habeam; quae si quis iis, quae doctissimi viri de eadem re protulerunt, minus probabilia putaverit, facile feram dissentientis judicium. Jam ad singulorum interpretationem procedendum est.

V. 1. Herodes Minervae et Nemesi Rhamnusiae Triopium consecrat. Utramque deam jungit *Catull.* LXIV. 395. *Saepe in letifero belli certamine Mavors, Aut rapidi Tritonis hera, aut Rhamnusia virgo Armatas hominum est praesens hortata catervas;* quem locum appolite laudavit *Salmasius*. Herodem autem has deas συνάους fecisse, quia utrique in Attica peculiaris honor habererur, Minervae Athenis, Nemesi in ejusdem regionis pago Rhamnunte, (vide *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Dian. 232. p. 336.) bene monuit *Arnaldus* de Diis Affect. p. 92. Saepenumero enim dii propter regionum,

ubi colebantur, vicinitatem πάρεδροι facti sunt. Puto autem, Herodem his potissimum deabus Triopium dicasse, quod se iis peculiari quadam ratione obstrictum putaret. De Minerva, Athenarum, quae Herodis patria fuit, patrona, nulla est difficultas; Nemesin autem Rhamnusiam coluisse videtur eandem fere ob causam, ob quam *Pindarus* Pana et Rheam insigniter colebat, (Vita Pindari a *Thoma Mag.* T. II. p. 155. ed. Heyn. Conf. *Philostrati* Imag II. 12. p. 829.) quorum fana domo suae proxima erant. Habitabat enim Herodes, dum in patria vivebat, παρὰ τοὺς φιλτάτους ἑαυτῷ δήμους, Μαραθῶνα καὶ Κηφισίαν. *Philostrat.* Vit. Sophist. II. 1. 12. p. 562. Jam vero Rhamnusii pagi Marathonii incolis proximi; quare putabatur τοῖς ἀποβᾶσιν ἐς Μαραθῶνα τῶν βαρβάρων ἀπαντῆσαι μήνιμα ἐκ τῆς Νεμέσεως, narrante *Pausania* L. I. 33. p. 81. — Ἀθηνάων. Marm. Ἀθηναίων ex *P. Arcudio* dedit *Spon.* in Miscell. erud. Antiqu. p. 322. Mox ἐπισέρανε. *Cas. Salm. Maittaire.* Sed in ipso marmore ἐπιήρανε habetur. ἤρανος. βασιλεύς. ἄρχων. ἐπόπτης. φύλαξ. *Hesych.* Hac forma utitur *Apollon. Rhod.* L. II. 513. Compositum ἐπιήρανος *Plato Comicus* in descriptione coenae Philoxeni ap. *Athen.* L. I. p. 5. D. Τρίγλη δ' οὐκ ἐθέλει νεύρων ἐπιήρανος εἶναι· Παρθένου Ἀρτέμιδος γὰρ ἔφυ καὶ στόματα μισεῖ. — V. 2. In marmore evanuerunt duae literae post βροτῶν, sic . . ΑΑΪC. Hinc *Casaubonus* fecit δρέπις, quod probabat *Valcken.* in Callimach. Eleg. fragm. p. 183. *Salmasius* conjecit ἐλάσις, quod *Br.* recepit. Utroque rectius *Visconti*, qui superstites literas legendas esse censens . . ΑΑΙC, sive omissa lineola transversa, id quod crebro a lapidariis factum esse docet, sive tempore exesa, dedit δρέπις. Neque vestigia τοῦ ο et ρ plane desiderari affirmat. Nemesis, ἣ ἐφορᾷ ἔργα βροτῶν, nobis statim in memoriam revocat versus *Archilochi*, qui Herodi nostro obversabantur, ap. *Stobaeum* in Eclog. Phys. I. p. 9. *Cant.* (T. I. p. 122. ed. Heer.) ἃ Ζεῦ

πάντες — σὺ δ' ἔργ' ἐπ' ἀνθρώπων δρᾷς λεωργὰ κἀθέμιστα· σοὶ δὲ θηρίων ὕβρις τε καὶ δίκη μέλει. Alii aliter legunt, et fortaſſe rectius, (vide Animadv. T. I. P. I. p. 162. ſqq.) ſed *Herodes* hanc, quam nos poſuimus, lectionem ſecutus eſt. — οὖτις, nonnunquam Dianae cognomen (vide ad *Alexandr. Aetol.* IV. T. I. P. II. p. 238.), etiam Nemeſi tribuitur. In hanc rem *Valcken.* ad Callim. Eleg. p. 182. excitavit locum anonymi, quem *Aelianum* putat, ap. *Suidam* v. σοβαρός. Ὅτιν οὐ δεδοικώς, οὐκ ἀλέγων Ἀδράστειαν, οὐδὲ Νέμεσιν ἐμπαζόμενος. οὔτε δαιμόνων οὔτε θεῶν ὅτιν ἔχειν dicuntur, qui deorum vindictam non verentur, unde nominis ratio apparet. Haec attigit *Valcken.* ad *Herodot.* IX. p. 726. 84. Vide *Spanh.* ad *Callim.* H. in Dian. 204. p. 317. — V. 3. γείτονες. quia Triopium in vicinitate Romae, tertio lapide ab urbe, ſitum erat. — ἑκατονταπόλοιο poſt *Caſaub.* et *Salm.* dedit *Br.* pro ἑκατοντοπόλοιο, quod eſt in marm. et ap. Spon. Hanc formam tuetur *Viſcont.* comparato Homerico πεντηκοντόγυιον Il. IX. 575. in quo Grammatici nihil variant. — Ceterum Herodes Romae centum portas tribuit, ut *Homerus* Thebis H. i. 381. non ad rei veritatem, ſed ad ſplendoris et magnificentiae ſignificationem. — V. 4. πείονα et τειμήσατε marm. Sic tum ſolebant ι productum effetre. — θεᾶς perperam *Spon.* cum *Arcudio.* — V. 5. Δημόσιο Τριόπαο. Senſum epitheti explicuit cl. *Eichſtaedt* in loco ſupra allato. δῆμον de pago interpretatur *Viſconteus*, qui ex adjecto φιλόξεινον apparere putat, illum pagum bene habitatum fuiſſe. Quod ex hoc vocabulo vix probari poterit. De voce δῆμος quid nobis videretur, ſupra indicavimus; φιλόξεινος autem ad Herodis hoſpitalitatem referendum eſt, quem, ut omnino divitiis ſuis ita utebatur, ut vix alius (ſecundum *Philoſtrat.* p. 547.), ſic etiam in villa, ibi locorum exſtructa, hoſpites ſaepe et libenter excepiſſe veriſimile eſt. Epitheton τοῦ φιλοξείνου fortaſſe ſumſit ex *Callimacho* (Fr. CXXXI.): πολλάκι σεῖ,

ὦ μαῖα, φιλοξείνοισι καλιῆς Μνησόμεσθα. quae Theſei verba eſſe ex Hecale petita, docuimus T. II. P. I. p. 391. — V. 6. ἐν ἀθανάτοις ἀλέγεσθον. Marm. Poſtrema litera fere evanuit. ἀλέγεσθε. *Salm.* ἀνέγεσθε. *Arcud.* ap. *Spon.* *Brunckius* haec monuit: „In lapide ſculptae literae ſunt „ἀθανάτοις ἀλέγεσθε. Unde ſcribi potuiſſet: ἐν ἀθανάτοις „ἀλέγεσθον. Pindar. Ol. II. 142. Πηλεύς τε καὶ Κάδμος ἐν „τούτοις ἀλέγονται, i. e. ἀριθμοῦνται, συγκαταλέγονται. Vide „Dav. Hoeſchelii Epiſt. Io. Meurſio ſcriptam inter Gu„dianas p. 191. Sed melior ſenſus eſt in Salmaſii „lectione.“ Hac ratione *Theocrit.* XVII. 25. ἀθάνατοι δὲ καλεῦνται, θεῶν ὑπόδρες γεγαῶτες. Sed exquiſitior marmoris lectio non temere mutanda erat. Vulgaris dicendi ratio tuliſſet: τόφρα ἀλέγεσθον ἂν τοῖς Τριοπείοις θεοῖς, ſive τοῖς Τρ. ἐν θεοῖς. Triopii dii illi erant, qui in Triopio Cariae colebantur; his in poſterum Minervam et Nemeſin accenſeri cupit. Caeterum marmoris lectionem in ἀθανάτοισι λέγεσθον jam *Caſaubonus* mutavit. — V. 7. Ut olim Olympo relicto Rhamnunta et Athenas veniſtis, ſic nunc ad hunc agrum properate. Probe vidit *Viſconſus*, deeſſe δ' poſt ὡς, ὡς δ' ὅτε, quibus voculis *Homerus* comparationes ordiri ſolet. — εὐρυχώρους *Spon.* — V. 8. δώματα. Similiter *Sappho*, Venerem ad ſacrum vocans, Fr. VI. p. 4. ed. Wolf. ἀλλὰ τυίδ' ἐλθὲ — πατρὸς δόμον λιποῖσα. Cf. *Horat.* I. Carm. XXX. 1 – 4. — V. 9. βώσεθε. *Heſych.* βώσεθαι. σπεύδειν. ὁρμᾶν. βῶσαι. σπεῦδαι. Cf. *Homer.* Il. σ. 411. Sincera mihi videtur hujus vocabuli lectio, quod vir doctus in βύσεθαι mutari malebat, ut vitaretur tautologia, quae ipſi eſſe videbatur in verbis ἦλθετε, βώσεθε et ἰφθίουσαι. At haec omnia, quamvis in iis *veniendi* et *eundi* notio regnat, ſatis tamen diverſas imagines animo ſubjiciunt; nec elegantius verbum ἔλθετε, quod poëta in apodoſi nolebat repetere, circumſcribi poterat quam verbis βώσεθε ἰφθίουσαι. — πολυστάφιλον vitioſe *Caſaub.* *Salm.* *Maitt.* — V. 10. Ad verba δένδρεα βε-

τρυβεντα *Salmaſ.* apte comparat *Theocrit.* Ep. IV. δάφναις καὶ μύρτοισι καὶ εὐώδεϊ κυπαρίσσῳ Ἔνθα πέριξ πέφυται βοτρυόεσσαις ἕλικι. *Ariſtaenet.* L. I. III. p. 8. ἄμπελοι δὲ παμμήκεις σφόδρα ὑψηλὰς (ſic lego) περιολίττονται κυπαρίττους. Caeterum Herodi in deſcriptione agri ſui obverſati eſſe videntur horti Alcinoi ap. *Homer.* Od. H. 112. ſqq. de quibus nuper haud protrita dedit cl. *Boettigerus im N. deutſch. Merkur.* ann. 1800. nr. II. p. 130. ſqq. — V. 11. λειμώνων νόμας. Vide ad *Meleagr.* CX. 4. p. 120. Facit ad totum h. l. *Himer.* in Or. III. 6. p. 435. ἡ γῆ — κομᾷ μὲν ἐπὶ σοὶ καὶ πρὸ ὥρας αὐτῆς τὰ λήϊα καὶ δείκνυσι στάχυν ὥριον — στεφανοῦται δὲ ἡ γῆ καὶ ἀγάλλεται, οὐκ ἀνεμώνῃς καὶ ἴοις καὶ ταῖς ἄλλοις ἄνθεσι, ἀλλὰ τοῖς Διονύσου τε δώροις καὶ τῷ γλαυκῷ τῆς. ΙΔΕΑC CTEMMATI. Poſtremas voces fruſtra tentavit doctiſſimus editor, τῆς Δηοῦς στ. ſcribens et de ſpicea Cereris corona interpretatus, cui epitheton γλαυκὸς minime convenit. Legendum puto leniore et certiore emendatione καὶ τῷ γλαυκῷ ΕΛΑΙΑC στέμματι vel θρέμματι. *Oleae ornamentum* (hoc enim ſignificaret στέμμα) ſive *ſoboles* ſunt olivae. His recte tribui τὸ γλαυκὸν, apparet ex *Catulli* Carm. XX. ubi *glauca oliva* eſt; vide ibi cl. *Doeringium.* Olivae cum uvis junguntur ap. *Marian.* Ep. II. 9. 10. T. II. p. 512. — λειμόνων. *Spon.* — V. 12. ἀνὰ γαῖαν ἔηκε. Sic proprie locutum eſſe poëtam *Salmaſius* monuit; nam loca deis conſecrata ἀνειμένα χωρία appellari. Illuſtravit vocem *Spanhem.* et *Ernеſtus* ad *Callimach.* H. in Cerer. 47. ubi dea ad Eryſichthonem: τέκνον, ὅτις τὰ θεοῖσιν ἀνειμένα δένδρεα κόπτεις — et *Valckenar.* ad *Herodot.* II. 65. p. 134. 79. — V. 13. Hunc verſum, qui in edit. *Caſauboni* deeſt, ex apographo ad Velſerum miſſo ſupplevit *Hoeſchelius* in Epiſt. Gudian. p. 191. Eundem a *Bongarſio* acceptum reſtituit *Salmaſius.* Apparet ex eo, Herodem non omne Triopium, ſed partem ejus, muro circumdatam, Minervae et Nemeſi conſecraſſe. Circumdari ſolebant ſepulcra

muro ſive maceria, quod ἕδην τειχίζειν vocavit Auctor anonym. Ep. DCCVIII. Vide *Dorvill.* ad Charit. p. 210. — V. 14. ὀψιγόνοισιν, fere omnes veteres. — ἀκινήτην, Columna Farneſiana ap. Gruter. XXVII. Οὐδενὶ θεμιτὸν μετακινῆσαι ἐκ τοῦ τριοπίου — οὐ γὰρ λώϊον τῷ κινήσαντι. Talia quam plurima in Inſcriptionibus occurrunt. — V. 15. Minervam precibus ſuis annuiſſe poëta fingit. ἐπὶ jungendum verbo εἰσασα (σίσασα. Marmor. οἰσασα Spon.) λόφον. Color ductus cum ex loco nobiliſſimo Iliad. α. 528. ſqq. quem multi imitando expreſſerunt, tum ex Il. ζ. 469. λόφον ἱππιοχαίτην Δεινὸν ἐπ' ἀκροτάτης κόρυθος νεύοντα νήσας. et Il. γ. 337. δεινὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν. Similia congeſſit *Klotz.* ad *Tyrt.* p. 57. — κατανεύειν h. l., ut ſaepe alias, eſt *nutando promittere*, ſequente aut accuſativo aut infinitivo. Unum *Pindari* locum laudaſſe ſuffecerit, ex Nem. α. 18. κατένευσέ τε οἱ χαίταις — Σικελίαν πίειραν ὀρθώσειν κορυφαῖς πολίων ἀφνειαῖς. — Annuerat Minerva poëtae, neminem vel unam glebam unumve lapidem impune moturum eſſe. Haec loci interpretatio cum optime procedat, ſruſtra *Viſconius* ἡ δὲ ἐπεί οἱ in textu poſuit, quo contorta exiſtit et obſcura verborum ſtructura, quae in vulgata lectione perſpicua eſt et expedita. Jure igitur ipſe hujus conjecturae auctor ei non multum tribuiſſe videtur. — V. 17. μή τοι Marm. τοι *Spon.* Ad νήκοινον (νοίκοινον *Caſaub.*) ſubaudi ἔσεσθαι. Solemnia verba haec in monimentorum conſecratione, ne quis inde lapidem moveret, ceſpitem velleret, monuit *Salmaſius.* — V. 18. In marmore eſt ΑΤΡΕΙϹ, litera σ linea ſuperpoſita ἀτρεῖς. *Caſaub.* et *Salm.* ἀτρεῖς. Hic, poſt multa molimina, tandem ἀτρῆς corrigit, et οὐκ ἀτρῆς μοιρέων ἀνάγκας interpretatur *Parcae valde formidabiles.* ἀτρεκέων ἀναγκαι dedit *Spon.* ἄτραε εἶεν conjecit *Caſaubonus.* *Viſconius* lapidis lectionem ſervandam cenſet: ἀτρεῖς, ait, *è il plurale d' ἀτρεὺς, e ſta in vece d' ἀτρεύες o ἀτρεεῖς contratto poëticamente a cagion del metro.*

come appunto preſſo di Omero εὐκλείας *o piuttoſto* εὐκλῆας (Il. κ. 281. Od. φ. 381.) *in vece di* εὐκλειῆς *contratto di* εὐκλείας, *no già da* εὐκλείας, *come gli accenti e la terminazione lo paleſano.* Clariſſim. *Heynius*, qui hujus libri cenſuram egit in Ephemer. Goetting. an. 1795. nr. 180. p. 1805, formam *ἀτρεῖς* derivat ab *ἀτρής*; cl. *Eichſtaedt* autem *ἀτρεῖς* nonniſi ſcriptura ab *ἀτρῆες* discrepare cenſet. Nam in veteribus monimentis EI nonnunquam pro H ponitur. Vid. *Villoiſon* in Anecdot. T. II. p. 168. — *ἀτρεὴς* h. l. eſt, *qui non timetur*, ut *ἄφεβες* ap. *Parmenion.* Ep. VIII. *μοῖρα νηπιάχοις ἄφεβον.* — *Μοιρέων ἀνάγκαι* ſunt *poenae fatales, mala divina vindicta immiſſa;* ut monuit *Viſc.*, qui comparat *Orphei* Hymn. l. 9. XXVII. 9. LXVIII. 6. Hanc ſignificationem vocabuli *ἀνάγκαι*, qua aerumnas, miſerias, tormenta notat, illuſtravit *Weſſeling.* ad *Diodor. Sic.* III. 14. p. 183. et IV. 44. p. 287. ad *Herodot.* I. I. p. 58. 51. — V. 19. Non enim poenam fatalem effugiet, qui deorum violaverit ſedes. — In Marm. *ἕδεσσιν*, altero *ε* ſupra poſito. *ἀναθήμη* idem pro *ἀναθήκη*, quod *Salm.* dedit. *Sponius* *ἀλιτεμεσύνην ἀναθημεν.* Multa ſunt exempla *τοῦ* H pro EI poſiti in antiquis marmoribus. — *ἕδος* de ſacris deorum ſedibus paſſim obvium. Vide *Ruhnk.* ad Tim. p. 93. *Stoeber.* ad Thom. M. p. 266. et qui h. l. non praetermiſit *Arnald.* de Diis Aſſeſſ. p. 74. ſq. — *θεῶν ἕδεσσι ἀλιτεσύνην ἀναθεῖναι* inſolentius dictum pro *deorum templa violare*; *Viſconius* tuetur et illuſtrat comparato Homerico *Ποολυδάμας μοι πρῶτος ἀλεγχείην ἀναθήσει* Il. χ. 100. quod etiam fuerunt qui, cum durius dictum putarent, immutare conarentur, *ἀλεγχείην καταχεύοι* ſcribentes. Cum Homerico *ἀλεγχείην ἀναθήσει* comparandum eſt hoc ap. *Pindarum* Ol. ε. 16. *τὴν δὲ κῦδος ἀνέθηκε.* — V. 21. *χόρος. Caſaub.* δὲ pro τε Marmor. — V. 22. *ὑποσχεῖν οὖας ἑτοῖμαι. Callim.* H. in Del. v. 230. *οὔατα δ' αὐτῆς Ὀρθὰ μάλ', αἰὲν ἑτοῖμα θεῆς ὑποδέχθαι ὁμοκλήν.* — V. 23. Ne quis in his nemo-

ribus, agris, vinetis novum ſepulcrum faciat, evertatve vetus. — ἡμερίδων ὄρχοι. ordines vitium. *Heſiod.* Scut. Herc. 294. βότρυας μεγάλων ἀπὸ ὄρχων, et v. 296. *Theocrit.* Eid. α. v. 48. *Euſtath.* Il. ξ. p. 958. 11. — ἡνιαλασια δενδρεων. Marmor. Omnes ante *Viſconzum* δένδρων. *Salmaſius* junxit ῥήξειε μάκελλαν ἐν ἄλσεα δένδρων, ut ἐν ſit pro εἰς Dorienſium more poſitum. Vide *Valcken.* ad Theocr. Adon. p. 364. C. ῥῆξαι autem μάκελλαν εἰς ὄρχους, infringere ligonem vel impingere in arbores et vineas. Huic tamen explicationi non ſatis fidens *Salmaſius* ἀνάλσεα et mox δμωῇ μακέλλᾳ emendavit. *Caſaubonus* ἐν in ἐς, ῥήξειε in πήξειε mutandum cenſet. *Viſconzus* ἠὲν ἄλσεα ſcripſit, ut ſit particula disjunctiva ἠέ, cui an unquam ν ſit additum, vehementer dubito. Idem δμωῇ μακέλλᾳ probavit, in quam conjecturam etiam *Hoeſchelius* inciderat l. c. p. 191. Fateor mihi non valde probabile videri, lapidarium in duobus vocabulis, δμωῇ et μακέλλῃ, eadem ratione aberraſſe; quare vulgata ſcriptura ſervata equidem legam:

μηδέ τις ἡμερίδων ὄρχους ἢ 'ΑΝ' ἄλσεα δενδρέων —
δμωὴν κυανέου Ἄϊδος πήξειε μάκελλαν.

Omnis mutatio hîc conſiſtit in ἀν', quod pro ἐν ponendum exiſtimo; nam de πήξειε *Viſconzus* monuit, graecam vocem ΡΗΞΕΙΕ ſic legi poſſe, lapidario latinam literam P pro graeca Π inſculpente; ſicuti in altera inſcriptione v. 33. in ΚΗΡΤΧ (pro ΚΗΡΤΧ) graecae literae latinam ſubſtituit. Sic omnia bene procedunt: Nemo neque *in* vitium ordinibus, neque *in* arborum nemoribus, neque in agro herboſo ligonem infigat ad ſepulcrum faciendum. — Tenendum autem, praepoſitionem ἀνὰ non minus ad praecedens vocabulum pertinere quam ad ſequentia, cujus licentiae exempla dedit *Bentlej.* ad *Horat.* III. Carm. XXV. 3. et poſt eum *Ruhnk.* in Epiſt. Cr p. 130. — πήξειε huic loco accommodatum eſt. *Theocrit.* Eid. VII. 155. ἅς ἐπὶ σωρῷ Λύδις ἐγὼ πάξαιμι

μέγα πτύον. *Callim.* H. in Cer. 54. μή τοι πέλεκυν μέγαν ἐν χροὶ πηξῇ. *Homer.* Il. Θ. 298. εἰστοὶ — Πάντες ἐν χροὶ πῆχθεν ἀρηϊθόων ἀλιγκίων. *Crinagor.* Ep. I. — V. 24. χλωρὰ θέουσαν habet Marmor. χλωρανθέουσαν uno vocabulo malebat *Casaubonus*, contra quem disputat *Salmasius*, laudato *Hesiodo* in Scut. Herc. v. 145. τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν πλῆτο στόμα λευκὰ θεόντων. quem versum etiam *Hoeschelius* excitavit. Herba nimirum, quae per agrum viret eumque implet, eleganter dicitur θέειν sive τρέχειν, cujus locutionis exempla post *Salmasium* et *Visconzum* dedit *Eichstaedt* in Specim. Quaest. philol. p. 31. sq. ubi in *Theocriti* Eid. XVIII. 29. eleganter correxit: πιείρᾳ μέγα λαῖον ἄτ' ἔδρεπε κόσμος ἀρούρᾳ. Similiter Graecos uti verbis ἥκειν et ἔρχεσθαι, nostro etiam loco prolato, docuit *Abresch.* in Anim. in Aesch. T. I. p. 302. Adde *Philostrat.* I. Imag. VI. p. 770. ὄρχοι μὲν αὗτοι φυτῶν ὀρθοὶ πορεύονται. — ¶. 301.] V. 25. Ascia δμωὴ Ἄϊδος, quia rei sepulcrali inservit. — V. 26. κεραίζων. Marmor. κεραΐξων, *Casaub.* et plures post eum. — V. 27. Nefas esto, quenquam hîc sepeliri, nisi qui ex Herodis sit familia. Talia multa reperiuntur in monimentis sepulcralibus. Sic ap. *Sponium* Misc. erud. Antiq. p. 350. nr. LXXXV. et p. 351. nr. LXXXVIII. nr. XC. — V. 28. ἔκγονος. Marm. Omnia apographa habent ἔγγονος. *Salmasius* emendabat ἔγγονος. Sed vera lectio est ἔκγονος. Marmor ap. *Spon.* l. c. nr. XC. Τι. Ἰούλιος . . . μνημεῖον κατεσκεύασεν ἑαυτῷ καὶ Ἰουλίᾳ Πρόκλῃ . . . καὶ Τι. Ἰουλίῳ . . . καὶ τοῖς τούτων ἐκγόνοις . . . ἑτέρῳ δὲ μηδενὶ ἐξὸν εἶναι τεθεῖναι εἰς τὸ μνημεῖον. — De utriusque vocabuli usu et confusione vide *Dorvill.* in Miscell. Obss. nov. VII. p. 53. ad Chariton. p. 210. — ἑσταμένοιο Marm. Duas extremas literas omisit *Spon.* *Salmasius* εἱσταμένοιο emendavit, citra necessitatem, ut *Maittaire* docuit. Idem enim utrumque vocabulum valet. — V. 29. ἔστως. Marm. quod *Casaubonus* de columna interpretabatur, cui in-

ſcripta verba. *Salmaſius* ſelicius εἵστως i. e. ἵστως emendavit. *Heſych.*: ἵστορας. ἐμπείρους. μάρτυρας. συνειδότας. συνθηκοφύλακας. Haec verba, ἐπὶ τιμάορος ἵστως, *Viſcontus* cum iis conjungit, quae proximo loco praecedunt, κείνοις δ' οὐκ ἀθέμιστον. Herodis ſoboli non ſit nefas in hoc loco ſepeliri; nam *Minerva, hujus loci dea tutelaris et vindex, conditionis conſcia eſt et teſtis.* τιμάορος, ut in loco *Euripidis* ap. *Stob.* p. 452. 38. Τὸ δ' ἄρσεν ἔστηκ' ἐν δόμοις ἐπὶ γένος, Θεῶν πατρῴων καὶ τάφων τιμάορον. qui verſus praeclare ad noſtrum locum facit. Vox τιμάορος, quam illuſtravit *Valcken.* in Diatr. p. 7. C., ap. noſtrum, ſicuti ap. *Euripidem*, pro *cuſtode* ſimpliciter videtur accipienda. Hoc ſenſu Nymphae ap. *Apollon. Rhod.* IV. 1309. ἡρῶσσαι, Λιβύης τιμήορει. et fere ap. *Pindar.* Olymp. IX. 124. τιμάορος Ἰσθμίαισι μίτραις. — V. 30. Ante *Viſcontum* περὶ χθόνιον βασιλ. in lapide legi exiſtimabatur. *Arcudius* Ἀθηναια τε περι et βασιλέα. *Salmaſius* οἱ inſeruit; cujus veſtigia ſecutus *Brunckius* παρά οἱ χθ. ex conjectura dedit. Hi de Plutone cogitabant, quem Minerva in fanum, ab Herode exſtructum, tanquam πάρεδρον et σύνναον receperit. Huic interpretationi unice accommodata eſt lectio παρά οἱ χθ., quam *Br. Arnaldo* debuit de Diis Aſſeſſ. p. 54. Sed falſam eſſe docuit *Viſcontus*, qui e literis fere evanidis hanc lectionem eruit:

ΚΑΙ ΓΑΡ ΑΘΗΝΑΙΗ ΤΕ ΕΡΙΧΘΟΝΙΟΝ ΒΑCΙΛΗΑ.

ad quam *Arcudii* lectio proxime accedit. Senſus eſt: Minerva ipſa, ſimilem ob cauſam, paſſa eſt, Erichthonium regem in ſuo templo ſepeliri. Reſpexit Herodes *Homer.* Il. β. 547. de Erechtheo, qui nihil diverſus ab Erichthonio:

— ὃν ποτ' Ἀθήνη
Θρέψε, Διὸς θυγάτηρ, τέκε δὲ ζείδωρος ἄρουρα,
κὰδ δ' ἐν Ἀθήνῃσ' εἷσεν ἑῷ ἐνὶ πίονι νηῷ·
ἔνθάδε μιν ταύροισι καὶ ἀρνειοῖς ἱλάσκοντες
κοῦροι Ἀθηναίων, περιτελλομένων ἐνιαυτῶν.

Apollodor. III. 14. 7. p. 269. Ἐρεχθονίου δὲ ἀποθανόντος καὶ ταφέντος ἐν τῷ τεμένει τῆς Ἀθηνᾶς — ubi vide *Heynium* p. 822. sq. qui sensum loci Homerici praeclare vidit, quod *Visconsum* fefelliſſe videtur. Erichthonium, in Minervae templo conditum, non praetermiſit, ubi ſimilia exempla recenſet, *Clemens Alex.* in Protrept. c. III. p. 74. ed. Wirceb. — συνέστιος is eſt, qui vulgo σύνναος et σύνοικος. *Plutarch.* T. II. p. 943. B. καὶ σύνοικός ἐστι τῆς μὲν χθόνιος Ἑρμῆς. — Deinde marmor ἐνκατέθηκε. cujus orthographiae exempla protulit *Viſcontus.* Comparandus eſt *Theocrit.* Eid. XVII. 50. ubi Venus dicitur Berenicen Orco eripuiſſe: — ἐς ναὸν κατέθηκας, ἵνα δ' ἀπεδάσσαο τιμᾶς. ſimilis color eſt etiam in Inſcr. II. 53. ſqq. — V. 32. ἐπιπείσεται αὐτόν. *Caſaub.* αὐτῶν. *Spon.* et *Holſtenius* in Apogr., quo *Viſc.* eſt uſus. Hoc ferendum eſſe negans *Salmaſius* ſcripſit ἐπιπείσεται αὐτῶν. Verum diligentius examinatis literarum in marmore veſtigiis, apparuit, ibi eſſe ἐπιπείσεται αὐτοῖς, quod reponendum. Comparavit *Viſcontus* Homericum: οἱ δ' ἄρα τοῦ μάλα μὲν κλύον ἠδ' ἐπίθοντο. Vocem ἄκλυτος Lexica ignorant, aeque ac νήτιτα. — V. 33. ἀποτιμᾶν neglectus et contemtus notionem habet. *Callim.* fr. CIII. πίτυν ἀποτιμᾶσθαι. In Inſcr. II. v. 54. οὐδ' Ἔρσην γοργῶπις ἀπητίμησεν Ἀθήνη. Neglectos et deſpectos ab Ionibus ἀποτιμοτέρους eſſe vocatos, monuit *Gregor.* de Dial. §. CXXXIII. p. 251. ubi vide *Koen.* — Ceterum *Spon.* ἀλλαπτοιμήσει edidit. — μή οἱ. ne id, rogo, impune ferat. νητίτης idem quod ἀτίτης. i. e. ἀτιμώρητος. Vide *Heſych.* T. I. 602. ibique *Intrpp.* — V. 34. Ultima litera vocis ἀλάστως in margine lapidis fere evanuerat. Apte *Viſcontus* ad hanc imprecationem illuſtrandam attulit verba *Philoſtrati* in Vita Herod. §. 10. p. 558. qui eum ſtatuas vernarum quorundam, quos inſigni amore complectebatur, poſuiſſe narrat: τὰς μὲν ἐν δρυμοῖς, τὰς δ' ἐπ' ἀγροῖς, τὰς δὲ πρὸς παγαῖς, τὰς δὲ ὑπὸ σκιαῖς πλατάνων, οὐκ ἀφανῶς, ἀλλὰ σὺν

ἀρᾶς τοῦ περικόψοντος ἢ κινήσοντος. ad quem locum similia imprecationum exempla attulit *Olearius*, noſtri loci non immemor. — Utrum in marmore βόμβος habeatur, an βέμβος, ut *Hoeſchelius* emendavit, ſe dubitare affirmat *Viſcont.* Illud tamen magis probabile. Ut autem v. 28. lapidarius ἴκγενος pro ἴκγονος dedit, ſic h. l. contrario errore O pro E poſuiſſe videtur viro doctiſſimo. At gravior eſt, etiam *Schneidero* judice, lapidis lectio, βόμβος ἀλάστωρ, qua vehemens et quaſi a Furiis immiſſa agitatio mentis ſignificatur. βόμβος, ut ἀλάστωρ quidam, ſacrilegos exagitat. Comparavit *Schneiderus* βόπτρον Αἰνης, quod illuſtravit *Valckenar.* ad Euripid. Hipp. p. 288. De miſeris mortalibus Auctor aurei carminis v. 57. Τοῖσι μοῖρα βροτῶν βλάπτει φρένα· οἱ δὲ κυλίνδρους Ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρουσι, ἀτείρονα πήματ' ἔχοντες. cum quibus ſimilia comparavit *Wyttenb.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 101. ſq. — Si quis *Hoeſchelii* lectionem, cui etiam *Brunckius* favebat, praetulerit, βέμβος Ἀλάστωρ, is fortaſſe ſententiae ſuae firmamentum addiderit comparato *Orph.* Hymn. LXXII. 3. πολύπλαγκτον ἀλάστορα. — V. 35. κυλινδήσει. Haud ſcio, an Herodes de Siſypho cogitaverit, qui nunquam non lapidem inutili labore volvit. Od. λ. 597. — V. 36. Legentibus poëta in memoriam revocat poenam Triopae, qui Cereris ſacrum nemus violare auſus ſit, irrogatam. Opportuna hujus fabulae mentio, propter Triopii nomen. *Salmaſius*, qui varietatem fabulae, ut ap. *Diodorum* et *Hyginum* narratur, (vide ſupra et *Spanhem.* ad Callim. H. in Cerer. p. 768.) ignorabat, aut Τριόπου γένος legendum eſſe, aut poëtam memoriae vitio Eryſichthonem filium cum patre Triopa confudiſſe ſuſpicabatur. Qui hunc errorem poſt *Spanhemium* notavit *Viſcontus*, ipſe errat, quod Triopam h. l. commemoratum ab eo, qui v. 5. laudatur, diverſum exiſtimat. — Αἰολίδαο eſt marmoris lectio. Plurimi Αἰολίδου dederunt. Triopas erat Canaces fil., Aeoli nepos. *Apollodor.* I. 7. 4. p. 28.

Callim. H. in Cer. 100. — V. 37. ἄναϑ' ὅτε marmor habet, non ἄνατοτε, ut *Salm.* ait. — νειόν. *novale.* Etiam in hac fabulae parte Herodem aliam traditionem sequi monuit *Visconti.* Sed praeclare vidit cl. *Eichstaedt*, hoc quoque loco EI positum esse pro H, νειὸν pro νηόν. Sic *Hyginus* Astronom. XIV. Triopam vetus Cereris *templum* dirūisse ait, *Diodorus*, τὸ τέμενος τῆς Δήμητρος ἐκκόψαι. Posterius vocabulum interpretatur noſtrum ἐξαλάπαξεν. Δένδρεα κόπτειν dixit *Callim.* H. in Cer. 42. et 47. Idem v. 49. — μή τι χαλεφϑῇ Πότνια Δαμάτης, τᾶς ἱερὸν ἐκκειραίζεις. — V. 38. *Spon.* omisit καί. — In fine marmor habet AACACΘAI, omissa lineola transversa in E, ἀλέασϑαι. Quidam legerunt λασασϑα.. Haud male *Arcudius* ap. *Sponium* conjecit ATACACΘAI. Idcirco illi poenam et titulum hujus loci vereantur, ne eos sequatur Triopea Erinnys. — V. 39. μήτοι, quae est marmoris lectio, *Visconti* cum μήτις permutavit; sine causa idonea. Si quid mutandum sit, malim: MH ΠΟΘ' ἵκηται. — In marm. ἐκιτροπιος. et sic *Spon.* *Hoeschelius* Τριόπειος habet et alii. — Ἐρινὺς recte ex lapide revocavit *Visconti.* Vide *Brunck.* ad VII. c. Theb. 490.

MARCELLI
DEDICATIO STATUAE REGILLAE.

¶. 302.] Herodes Atticus, Consul Romanus, in matrimonium duxerat Anniam Regillam, sororem Appii Annii Atilii Braduae, quem ad consulatum perveniſſe constat A. p. Chr. 160. Hadriani temporibus. (Vide *Almeloveen* Fasti Consular. p. 226. De aliis Braduis cf. *Meurs.* Lect. Att. VI. 8.) Erat mulier et generis nobilitate et divitiarum copia illustris; quippe quae generis originem ab Aenea repetebat, et praedia satis ampla,

ad viam Appiam, ubi Herodis Triopium erat, marito in dotem attulerat. (Vide Inſcript. in *Monteſalc.* Diar. Ital. p. 125. *Fabretti* Inſcr. V. p. 413.) Quatuor Regilla Herodi liberos pepererat, (cf. verſ. 15. ſq.) binas filias, Panathenaidem et Elpinicen, et totidem filios, quorum unus Atticus, inſignis ſtuporis puer. (*Philoſtrat.* Vit. Herod. X. p. 557. ſq.) Nobilis haec mulier cum octavum jam menſem gravida, ſubita morte periiſſet, cumque eſſent, qui eam juſſu mariti verberibus affectam periiſſe dicerent, Herodes a fratre defunctae mulieris in judicium vocatus, ſed criminis abſolutus eſt. Nihil autem omiſit, quo conjugis memoriam coleret. Theatrum ei exſtruxit Athenis eodem loco, quo ſepulta erat, ut ἡρῴου loco eſſet; idque tantae magnificentiae fuiſſe tradit *Philoſtrat.* l. c. §. V. p. 551., ut in omnibus Romani imperii terris nullum ſui ſimile habuerit. Deinde etiam omnem ejus ornatum muliebrem Eleuſine in Cereris templo dedicavit. Quum autem in Triopio ſuo haberet fanum et Cereri dedicatum et Fauſtinae, Regillae ſtatuam in hoc fano poſuit, ut tanquam heroïna et majorum illarum dearum σύνναος coleretur. Ad hujus ſimulacri conſecrationem matronae Romanae invitantur hoc carmine, quo multa de Herodis et Regillae genere traduntur. Hanc Inſcriptionem primus edidit *Salmaſius* Pariſ. 1619. 4. et poſt eum *Sponius* cum *Arcudii* notulis, et *Maittaire* in Miſcell. Lond. 1722. De recta hujus carminis interpretatione optime meruit *Triſtanus* in Comm. Hiſtor. T. I. p. 582. cujus veſtigia preſſit cl. *Viſcontius.*

V. 1. Θυβριάδες. Marmor. Hanc lectionem tuetur *Salmaſius* et *Viſc.* ſimilium omiſſionum exemplis prolatis. Θύβρις occurrit etiam in *Schol. Dionyſ.* Perieg. 352. — V. 2. ἄμφι ſcribendum. ἕδος h. l. eſt ſtatua Regillae in Cereris templo conſecrata. *Tim.* Lex. Plat. p. 93. ἕδος· τὸ ἄγαλμα, ubi *Ruhnk.* noſtri loci non immemor fuit.

Cf.

Cf. *Callimachi* fr. CV. p. 477. quod a multis tentatum, nuper etiam a doctiſſimo viro, *Imm. Huſchke*, Epiſt. crit. p. 81. nondum penitus ſanatum videtur. In fine legitur:

— καὶ γὰρ Ἀθήνης
ἐν Λίνδῳ Δαναὸς ΛΕΙΟΝ ἔθηκεν ἕδος.

Statua laevigata et expolita, λεῖον ἕδος, aliena a poëtae mente, qui priſcos homines diis rudia ſimulacra poſuiſſe narrat. *Bentlejus*, qui prius diſtichon divinitus reſtituit, minus feliciter h. l. κίον' ἔθηκεν emendavit; *Toupius* autem in Cur. nov. in Suid. p. 219. λᾶαν ἔθηκεν. Utrique conjecturae praetulerim conjecturam *Iſaaci Voſſii*, λιτὸν ἕδ. ἕδος, niſi etiam hoc vocabulum nimis generalem notionem haberet. Quare fugitiva litera revocata, quam praecedens C abſorpſit, legerim:

— καὶ γὰρ Ἀθήνης
ἐν Λίνδῳ Δαναὸς ΦΛΟΙΝΟΝ ἔθηκεν ἕδος.

Φλοῖνος idem eſt, quod φλόϊνος, ex cortice arborum factus, ſive cortice obductus. Sic apte et *Callimachi* inprimis ingenio accommodate ſignificatur ſimulacrum ligneum, neque id edolatum et elaboratum, ſed cum ipſo cortice poſitum. Hoc ſenſu clava Herculis ap. *Theocrit.* XXV. 207. βάκτρον Εὐρυγὲς, αὐτόφλοιον, ἐπιγεφὲς κοτίνοιο. et in Ep. ap. eundem IV. 2. Priapi ſignum deſcribitur — σύκινον ἀρτιγλυφὲς ξόανον Τριπελὲς, αὐτόφλοιον. Panis ap. *Philipp.* VII. κόψας ἐκ φηγοῦ σε τὸν αὐτόφλοιον ἔθηκε Πᾶνα Φιλοξενίδης. Venerabatur ap. Graecos Φλοῖος Διόνυσος, tradente *Plutarcho* T. II. p. 683. F., quem nomen ab ejusmodi ξοάνῳ duxiſſe, nullus dubito. *Vivum lignum* appellant αὐτόφλοια ejusmodi ſigna, ut *Martial.* VI. Ep. XLIX. *Non ſum de fragili dolatus ulmo, Nec quae ſtat rigida ſuprema vena De ligno mihi quolibet columna eſt, Sed vivo generata de cypreſſo.* Vide *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 487. Adde *Clem. Alex.* Protrept. c. IV. p. 76. ed.

Wirceb. — Ad Marcellum noſtrum redimus. *Regillam* ex Regulorum gente fuiſſe, ad h. l. recte ſuſpicatur *Salmaſius*; errans tamen in eo, quod eam ſororem eſſe putavit *M. Atilii Metellii Braduae*, qui Conſul ſuffectus fuit A. V. C. 938. Errorem aperuit *Burigny dans les Mémoires de l'Acad. des Inſcr.* T. XXX. *Anniae* nomen, quod Regilla gerit in Columna Capitolina, ſatis docet, eam *Annii Braduae* ſororem fuiſſe, (de quo nos ſupra) quem ex Atiliorum gente ortum ignorabat *Salmaſius*. — Quum in lapide eſſet ΘΤΟCΚΟΑ, omiſſa lineola transverſa in Α, ut ſaepiſſime in hac Inſcriptione factum, *Salmaſius* θυοσκόον vel θυοσκόοι legendum cenſebat. Poſterius ſi marmor praeberet, amplecterer, ut mulieres, ſacra facientes, θυοσκόοι appellarentur, ſicut ap. *Euripidem* in Bacch. 224. Μαινάδες θυοσκόοι. Sed proba eſt et ſucatiori hujus Inſcriptionis orationi accommodata lectio θυοσκόα ἱρά, pro θύος ſimpliciter, *thurit honores*. De v. θυοσκόος vide *Interpp. Heſychii* v. T. I. p. 1746. 23. — V. 3. Regillae genus ad Aeneam, et Juliam proinde gentem refertur. Quae cognationis fuerit ratio inter hanc gentem et Annios ſive Atilios, non conſtat. *Viſconti us* ſuſpicatur, eam derivandam eſſe ab Antonia majore, cujus proſapia non ſatis cognita eſt. Ad hanc ſuſpicionem parvum momentum habet hoc, quod Junius Silanus, Antoniae majoris gener, rarius illud *Appii* praenomen gerebat, quod etiam Regillae fratrem habuiſſe conſtat. — Pro ἴην *Spon.* vitioſe ἐνη. — V. 5. γήματο δ' ἐς (ſic marm.) Μαραθ. Herodes enim fuit ex demo Marathonio, (*Spon.* Itiner. P. II. p. 482. et *Olear.* ad *Philoſtr.* p. 545. 1.) ubi praedia habebat et villam, cui nomen *Cephesia*. *Aul. Gellius* L. I. 2. *Philoſtrat.* p. 562. — Locutionem εἰς Μαραθῶνα γήμασθαι, in agrum Marathonium venire, ut ibi nuberet, fuſe illuſtravit, noſtro loco non omiſſo, *Valcken.* ad *Herodot.* L. IV. p. 317. 52. — οὐρανιῶνα lapis, ultima litera evanida. — V. 6. τίμουσιν Spon. In marm.

eſt τίουειν. — Cererem veterem et recentiorem *Salmaſius* interpretabatur Cererem matrem ejusque filiam Proſerpinam; parum recte. Intellexit *Spanhemius*, τὴν νέαν Δηώ nobilem mulierem, ſub Cereris nomine inter deos relatam, ſignificare; cum ſatis conſtet, Imperatores eorumque conjuges liberosque deorum dearumque nomina aſſumſiſſe. Vide *Spanh.* de Uſu et Praeſt. Num. T. I. p. 434. Sabina Δημήτηρ νέα appellatur ap. *Spon* Miſc. erud. ant. X. 18. p. 328. et Julia Auguſta ap. *Cuperum* de Apoth. Hom. p. 285. qui multa alia hujus generis laudat, quibus adde, quae in eandem rem disputavit *Ruhnken.* ad Vellej. L. II. 82. p. 345. *Spanhemius* igitur ad *Callim.* H. in Cer. 133. p. 830. *novam Cererem* interpretatur de Sabina, Hadriani conjuge, cui conjecturae adſtipulatur *Ruhnken.* l. c. Sed minus veram eam eſſe, *Viſconti* docuit. Fauſtinam ſignificari, jamdudum intellexerat *Arnaldus* de Diis Aſſeſſ. p. 145 ex v. 48., ubi poëta diſerte docet, Fauſtinam in Triopio Herodis templum habuiſſe. *Arnaldi* interpretatio an ſibi cognita fuerit, *Viſconti* non indicat, qui etiam Fauſtinam, non autem, ut ille putavit, majorem, ſed minorem intelligendam eſſe probabiliter disputavit; in quo ſibi praeeuntem habuit *Triſtanum* Comment. Hiſtor. T. I. p. 581. qui tamen Fauſtinae matrem ſub nomine τῆς παλαιᾶς Δηοῦς ſignificari ſuſpicabatur. Quae valde probabilis ſuſpicio. Fuit igitur in illo templo ab Herode exſtructo utriusque Fauſtinae ſtatua. Ex iis enim, quae *Philoſtratus* narrat de Herode, ejus cum M. Aurelio Antonino reconciliatione, quae contigit poſt mortem Fauſtinae (a. p. Chr. 175.), et aedificiis poſt illa tempora exſtructis, apparet, eum ſupervixiſſe huic Auguſtae. (*Philoſtr.* p. 562.) Jam ſi quaeritur, quo tempore Regilla obierit, eam M. Aurelio imperante obiiſſe apparet ex narratione *Philoſtrati* p. 555. de Bradua, qui, cum Herodem in capitis judicium vocaret, Conſularis erat; id quod ſe-

cundum Faſtos Conſulares factum eſt poſt obitum Antonini Pii, qui defunctus eſt a. p. C. 160. Quum autem M. Aurelius imperium orbis terrarum capeſſeret, Herodes quinquageſimum aetatis annum nondum videtur ſupergreſſus; qui cum in carmine noſtro v. 12. conjuge privatus eſſe dicatur *ἐν γήρᾳ ἀξηλέῳ, in arida ſenectute*, vix dubitari poteſt, quin Regilla poſt Fauſtinam obierit, circa ann. 175. quo Herodes quinque et ſexaginta annos natus erat. Sed fac, ut antea perierit, fieri poteſt, ut Herodes ei hanc ſtatuam nonniſi aliquot annis poſt ejus fata dedicaret; id quod probabile redditur v. 46. ubi theatri Athenis in Regillae honorem jam exſtructi mentio injicitur. Jam itaque, ut valde probabile eſt, Herodem M. Aurelio, conjugis Fauſtinae amantiſſimo, ejusque filio Commodo adulantem, Fauſtinae juniori ſanum, ut heroïnae, in Triopio ſuo exſtruxiſſe, eamque divinis honoribus coluiſſe; ſic nulla cauſa apparet, qua commotus idem Fauſtinae majori, ante tot annos defunctae, tales honores habuerit. — Haec ſunt, quae *Viſconti* pro ſua ſententia attulit. Adde quod Fauſtina junior novae Cereris nomine appellatur in Inſcriptionibus et Nummis. Vide *Spanh.* de Uſu et Pr. N. T. II. p. 288. *Maffei* in Arte crit. Lapid. p. 143. ipſam Regillam novae Cereris et antiquae, i. e. verae, nomine ſignificari perpetam ſtatuit; id quod monemus, ne quid omiſiſſe videamur. — V. 7. *τῇσι — ἀγκοίτῃ* (*ἀγχοίτῃ Spon.*). Apte comparat *Salmaſius Theocrit.* X. 33. *αἴθ' μοι ἦσαν, ὅσα Κρονίδεω ποκα φαντὶ πεπᾶσθαι, Χρύσεοι ἀμφότεροι κ' ἀνεκείμεθα τᾷ Ἀφροδίτᾳ.* — V. 10. Regilla in beatorum inſulis habitat, ubi Saturnus *βασιλεύει*. Mireris, *Salmaſium* ignoraſſe hanc fabulam, ſatis notam ex *Pindaro* Ol. II. 127. et 138. p. 38. 39. ubi vide cl. *Heynium*. Fons mythi eſt ap. *Heſiodum* Ἔ. κ. Ἡ. 169. qui de heroïbus agens, hos, ait, *Ζεὺς Κρονίδης κατένασσε πατὴρ ἐς πείρατα γαίης, Τηλοῦ ἀπ' ἀθανάτων, τοῖσι Κρόνος ἐμβασιλεύει*

Viſconeus comparavit picturam ſepulcralem, ubi Saturnus animam, a Mercurio ipſi adductam, recipit. (Muſeum Pio-Clement. T. VI. T. II. 91. Sepulcr. Naſonum T. VIII.) — ἐνβασιλεύει. Marm. et *Spon.* — V. 10. εἴλιγξιν. *Spon.* vitioſe. — V. 11. ὀδυρόμενον. Quantu luctu conjugem defunctam proſecutus ſit Herodes, docet *Philoſtratus* Vit. Her. §. VIII. IX. p. 556. ſq. ubi *Olearius* laudat *Lucianum* ſimilia narrantem in Demonacte §. 24. 25. T. V. p. 243. ed. Bip. Ibid. §. 33. p. 245. — V. 12. ἀζαλέῳ. Similiter ſenex queritur in filii funere ap. *Fleetwood.* Syllog. p. 199. *Orcus — Delicium mihi omne abſtulit, Baculum, exſuctis medullis, Edentulae ſenectutis ſecuit.* — χήρῃ εὐνῇ. *deſertum in coelibe lecto. Catull.* LXVIII. 6. — V. 13. Herodis orbitas defletur, qui antea duobus liberis privatus erat. Poſt hoc carmen ſcriptum tertiam jacturam fecit, ut apparet ex *Philoſtrato* §. X. p. 558. qui duas Herodis filias, et ex *Luciano* T. V. p. 243. qui filium ante diem obiiſſe narrat. Unus Atticus, ſtolidus homo, patri ſuperſtes fuit. — *Viſconeus* revocavit lectionem marmoris ἀμόμους, quam *Salm.* et *Maitt.* cum ἀμόμους commutaverant. — ἄωρους κλωθῶες, Parcae, quae immatura morte exſtinxerunt infantes illos. Bene haec verba explicavit *Salmaſius*, qui probabiliter emendavit in *Heſychio*: Κλωθῶες. (Vulgo κλῶθες.) μοῖραι. Κατακλῶθες Parcae vocantur ap. *Homer.* Od. H. 197. unde intelligitur, nomen Κλωθοῦς, quod poſteriora tempora uni Parcarum tribuerunt, olim omnibus commune fuiſſe. Omnes enim nebant, ἐκλώθουν. Vide *Catull.* LXIV. 311. Dubitari non poteſt, quin auctor noſtri carminis reſpexerit *Homer.* Od. α. 241. τὴν δέ μιν ἀκλειῶς ἄωρον ἀνηρείψαντο, Ἴκηται· ἄϊστος, ἄπυστος, ἠμοὶ δ' ὀδύνας τε γόους τε Κάλλιπεν· οὐδ' ἔτι κεῖνον ὀδυρόμενός στεναχίζω κ. τ. λ. Cf. Od. ξ. 371. ubi de foedis illis avibus, quas Argonautarum fabulae peperiſſe videntur, non cogitandum eſſe, jamdudum docuit *Heynius* ad *Virgil.*

Aen. III. Exc. VII. Erat omnino in hoc vocabulo celeritatis notio, unde venti rapaces et fatum improviſum ἁρπυίας nomine appellatur. — V. 15. ſic, ut *Br.* habet, legitur in marm. *Spon.* dedit: πλεονηδεω et in fine λιπεσθον. — V. 17. σφιγγλης. Marm. omiſſo fortaſſe altero N. quamvis etiam σφι νηλης ferri poſſit, *Viſconto* judice. — ἥμαρψε. ſine ν, prorſus inutili, marm. et *Spon.* πότμος ἥμαρψε. *Injecere manus invida fata mihi.* Anth. Lat. IV. 142. p. 93. ubi plura hujus generis dedit *Burm.* quibus adde, quae monuimus ad *Philippi* Ep II. p. 140. — Mors Regillam abſtulit, antequam ad ſenectutem perveniſſet. μιγῆναι et μίσγειν ſignificatione translata paſſim occurrit ap. *Pindarum*; ut Nem. II. 34. ὀκτὼ στεφάνοις ἤμιχθεν. *octo victorias reportarunt.* Cf. Nem. I. 26. ſq. et IV. 34. Καδμεῖοί νιν — ἄνθεσι μίγνυον. *flores ei tribuerunt.* — ἠλακάτη pro λίνοις ſive μίτοις Parcarum, *colus* pro *filis*, quae γηραιὰ vocantur, cum ſenectotem annuunt. *Breves colos* ap. *Martial.* IX. 18. comparavit *Salmaſius.* Idem Licinio e gravi morbo convaleſcente Plutonem dicit *fatis raptas colos reddidiſſe* L. VII. 46. Similia, ubi ἠλακάτη et colus pro *vitae ſtaminibus* ponitur, paſſim occurrunt; nihil facile, quod huic locutioni ad amuſſim reſpondeat. — V. 19. ἐπίηρον. Apud *Homerum*, ubi ἐπίηρα φέρειν paſſim occurrit, ἐπὶ ἦρα ſcribendum eſſe, ſuſpicatus eſt *Salmaſius* ad h. l., primus diſerte docuit *L. Bos* in Obſſ. crit. p. 164. et *Jenſius* in Lucubr. Heſ. p. 111. Hos duumviros ſequitur *Brunckius* in Lect. p. 112. ad *Rhiani* Carm. I. 21. et ad *Apollon. Rh.* IV. 375. Secundum hanc obſervationem ſcribendum foret ἐπὶ ἦρον. Nam ἦρον, ab ἄρω, ἀρῶ, ἀρόσω, derivandum, proprie id eſt, quod placet, ἡ χάρις. Sed nihil mutandum. Recte *Heſychius*: Ἐπίηρος. βοηθός. ὁ χάριν ἀποδιδούς. quo nixus *Arcudius* h. l. mallet Ζεὺς ἐπίηρος; quae facilior foret lectio. Accuſativus abſolute ponitur pro εἰς ἐπίηρον, ut χάριν pro εἰς χάριν, eodem ſenſu. — Sic h. l. expli-

cuit *Salmaſius: In gratiam et ſolatium Herodis, nec modum nec finem lugendi facientis, Jupiter uxorem ejus ad Oceanum miſit; imperator vero M. Antoninus ejus filium ſenatorem fecit.* Eſt autem in his verbis, τῷ δὲ – ἡλυσίῳσιν, elegans anacoluthon, qualia multa ap. *Homerum.* — ὀδυρομένῳ ἀκόρητον. *Euripid.* Alceſt. v. 183. δακρύων πλῆχεν κόρον. ἀκόρητον ὀδύρεσθαι reſpondet quodammodo *Horatiano* I. Epiſt. XIV. 7. *Fratrem moerentis, rapto de fratre dolentis Inſolabiliter.* magis etiam *Lucret.* L. III. 919. *At nos horrifico cinefactum te prope buſto Inſatiabiliter deflebimus, aeternumque Nulla dies nobis moerorem e pectore demet.* — V. 20. ὅμοιος ex vitioſo apogr. *Salm.* et *Maiſt.* In marm. eſt ὁμοιώς. — βασιλεὺς eſt M. Aurelius Antoninus, Διὶ μέτην ἀτάλαντος, ut eſt ſaepe ap. *Homerum.* Male *Triſtanus* Comm. hiſtor. T. I. p. 618. Jovem Marci Aurelii patrem vocari exiſtimabat, cum πατὴρ ſolemne ſit Jovis epitheton. — V. 21. ἐς Ὠκεανόν. In Oceano verſus occidentem poſuit beatorum ſedes *Heſiodus.* Ἔ. καὶ Ἡ. v. 171. ἐν μακάρων νήσοισι παρ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην. Vide *Heynium* de beatorum inſulis disputantem in Opuſc. Acad. Tom. I. p. 395. ſqq. — V. 22. Jupiter Zephyrum juſſit mulierem in beatorum ſedes traducere. Obverſabatur poëtae locus *Homeri* in Od. δ. 563. ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης Ἀθάνατοι πέμψουσιν — τῇπερ — αἰεὶ Ζεφύροιο λιγυπνείουσαι ἀήτας Ὠκεανὸς ἀνίησιν, ἀναψύχειν ἀνθρώπους. quem expreſſit *Pindar.* Ol. II. 129. ſq. Hinc igitur εὕρῃ Ζεφύρου ἠλύσια. Eleganter *Marcellus* Zephyro hoc munus tradidit; in quo ei obverſabatur, ni fallor, locus *Callimachi*, qui in Elegia de Coma Berenices Zephyro etiam miniſterium tribuerat. *Catull.* LXVI. 54. *Arſinoës Chloridos ales equus — per aetherias me tollens advolat auras, Et Veneris caſto conlocat in gremio.* ubi vide cl. *Doering.* et *Valcken.* in Eleg. Callim. p. 166. qui laudat *Appulej.* Met., ap. quem L. IV. fin. Zephyrus Pſychen Cupidini affert; et L. V. p. 92.

illi tuo famulo praecipe Zephyro, ſimili vectura ſorores huc mihi ſiſtat. — In γυναῖκα ultima litera evanuit. — V. 23. αὐτὰς ὁ pro ὁ δὲ, βασιλεὺς ſcil. αὐτὰ vitioſe *Salm.* et *Maitt.* — Filio Herodis, qui cum ſorore matri ſuperſtes erat, imperator conceſſit calcei lunati ornamentum, *καττιτέροντα πέδιλα.* Hujus ornamenti mentionem fecit *Juvenalis* VII. 191. *Felix et ſapiens, et nobilis et generoſus Adpoſitam nigrae lunam ſubtexit alutae.* Quum Braduas in caedis actione, quam in Herodem intendebat, de nobilitate ſua gloriaretur, Herodes reſpondit, σὺ τὴν εὐγένειαν ἐν τοῖς καττιγαλέοις ἔχεις. quod *Philoſtrat.* Vit. Her. VIII. p. 555. interpretatur: τὸ ξύμβολον τῆς εὐγενείας περιηρτημένος ἦν τῷ ὑποδήματι, τοῦτο δέ ἐστιν ἐπιφάνιον ἐλεφάντινον μηνοειδές. ubi *Olearius* et alia dedit, et noſtrum locum non omiſit. Ex iis, qui in cauſas hujus ornamenti inquiſiverunt, inter quos *Plutarch.* T. II. p. 282. A. B. varia comminiſcitur parum probabilia, nemo tradidit, quod hinc diſcimus, fuiſſe, qui illud a Mercurio derivarent, qui, cum Aeneam Graecorum catervis eriperet, lunam in talaribus fixiſſet. Ap. *Virgilium* Aen. II. 693. *de coelo lapſa per umbras ſtella* viam Aeneae ſignabat, ubi veteres de Veneris ſtella cogitabant. At in Tabula Iliaca Mercurium comitari Aeneam, et in gemma ap. Auguſtinum T. II. nr. III. lunam Aeneae fugam illuſtrare. praeclare monuit *Viſconsus.* — Caeterum *Arcudius* παῖδα non de Herodis filio, ſed cum *Jo. Matthaeo Cariophilo* de ipſo Herode, qui Imperatoris παῖς, i. e. famulus et ſubditus fuerit, interpretandum cenſet. At cauſas, quae ipſum inducebant, ut *Salmaſii* interpretationem repudiaret, refellit *Viſconsus*, qui docet, calcei patricii ornamentum etiam pueris fuiſſe conceſſum, laudato *Statio* V. Sylvar. II. 28. *Sic te, clare puer, genitum ſibi curia ſenſit Primaque patricia clauſit veſtigia luna.* Recte vero idem *Arcudius* obſervavit, v. 34. ſqq. de Herodis filio nulla ratione intelligi poſſe;

id quod *Salmaſium* fefellerat. — ¶. 303.] V. 27. Hic verſus, literis tempore corroſis, ſic in marmore legitur:

ΠΑΜΦΑΝΟΩΝ ΕΝΕΚΕΙΤΟ CEΛ . . . . . ΚΥΚΛ . . . .

Poſteriorum literarum nonniſi inferior pars in lapide conſpicitur, ita tamen, ut ſatis appareat, *κύκλος* fuiſſe lectum. Reliqua feliciter explevit *Salmaſius*, *σελη-αίης κύκλος αἴγλης*, ad imitationem *Apollonii Rhod.* L. IV. 167. *ὡς δὲ σεληναίην διχομήνιδα παρθένος αἴγλην*. Ut ſuavius ad aures accideret verſus, *Viſconzus κύκλος αὐγῆς* repoſuit, comparans Hymn. Orph. VIII. 5. 6. Hymn. Homer. XII. 12. — Ad *κύκλος σελήνης* idem confert *Leonid. Tar.* Ep. XLIX. *Aeſopi* Epigr. Tom. I. p. 76. — V. 28. *παρεγγεγράψαντο. Spon.* Noſtrum legitur ap. *Salmaſium*. At in marmore non ΠΑΡ, ſed ΠΟ eſſe videtur; tertia litera obſcura eſt. Hinc *Viſconzus* emendavit: *ποτ' ἐναρίθμψαντο*. — V. 29. Prius hemiſtichium evanuit; alterum ſic habetur: *ηγενεσσει γεραα. Salmaſius* lacunam explere et totum verſum refingere conatus eſt ſic, ut *Br.* dedit. Noviſſimus editor ſic:

υἱάσιν Αὐσονίων αὐηγενέσσει γεραῖα.

Secundi vocabuli veſtigia in marmore literae ΤΣ. Ceterum notanda forma *γεραῖα* pro *γεράαα* ſive *γεράατα*, penultima producta, ut in *Anacr.* Od. II. 1. *λειρᾶτα*, quod tamen a noſtro diverſum. In marmore extremae hujus verſus literae exeſae videntur. Quid, ſi *Marcellus* dederit:

σύμβολον Αὐσονίοισιν αὐηγενέσσει Γ' ΕΡΑΝΝΟΝ.

Vide, quam facile hoc pro ΓΕΡΑΛ legi potuerit. Syllaba *αυ* ante vocalem in medio paſſim corripitur; quamvis aeque commode legas: *Αὐσονίοις αὐηγενέσσει*. Particula *γε* hîc vim ſuam exercet, cum nobiliores Romanorum a cetera multitudine ſecernit. *σύμβολον* quodammodo tuetur *Philoſtratus* l. ſupra laudato: *τὸ ξύμβολον τῆς αὐγενείας. ἐρανὸν* autem *σύμβολον* ab elegantia hujus carminis non abhorret. — V. 30., quem *Sponius* male poſtponit ver-

sui 31., iterum lacunosus est. *Sponius* dedit ου....σσηται; nec aliter *Salmasius* in suo apographo invenicns, emendavit: ὧς μιν ἐκόσμησεν, quod ipse tamen parum certum esse intelligebat. *Visconsus* in marmore legit ουμενο . . σσηται. unde certissima emendatione restituit:

οὔ μιν ὀνόσσηται καὶ Κεκροπίδην περ ἐόντα —

Antiquum hoc Tyrrhenorum ornamentum non vituperaverit, non recusaverit Atticum, quamvis Athenienscm. i. e. non indignus videbitur Atticus, qui hoc ornamentum gerat. His verbis poëta sibi viam ad praedicandam nobilitatem Herodis munivit. Memorabile est, quod calcei senatorii a Tyrrhenis derivantur h. l. Idem tamen indicant verba *Servii* ad *Virgil.* Aen. VIII. 458. *Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis. Tusca calceamenta: et dicit crepidas, quas primo habuere senatores, post equites romani, nunc milites.* — *Salmas.* et *Maitt.* Θυρσηνῶν. Mox in lapide est τέρας pro γέρας. Saepe lapidarios τ et γ confudisse, multis exemplis allatis docet *Visconsus.* — V. 32. ἐργειδῶτα. vitiose *Spon.* et ap. *Salm.* apogr. Hic ἐκγεγαῶτα corrigit, ut marmor ap. *Visc.* habet. In seq. versu marmor ΚΗΡΥΧ, latina litera x substituta τῷ ξ. Quae hoc loco de Herodis genere traduntur, nonnihil obscuritatis habent. Primum quidem nullus dubito, quin Herodes Θησηΐδης vocetur, non propter cognationem allquam cum Thesei familia, sed hanc solam ob causam, quod *Athenienscs* esset. Apposite ad h. l. *Visconsus* post *Olearium* laudat *Virgil.* Georg. II. 383. *Praemiaque ingeniis agros et compita circum Thesidae posuere.* — Deinde nobile fuit genus τῶν Κηρύκων, qui mysteriis ap. Athenienses praeerant. Κήρυξ vulgo dicebatur filius Mercurii et Aglauri, quae Cecropis filia erat. Vide *Vales.* ad *Harpocrat.* p. 45. *Pausan.* l. 38. p. 92. diversitatem traditionis circa originem Cerycis attigit. Ex nostro loco intelligitur, eum a nonnullis Mercurii et Herses fil. fuisse dictum, ex quorum amoribus (vide

Ovid. Met. II. 726. ſqq.) alii Cephalum prognatum eſſe narrabant. *Apollod.* III. 14. 3. p. 364. Herodem ex Cerycum familia fuiſſe, non dicit *Philoſtratus*, qui eum ab Aeacidis deſcendentem facit p. 546. ἀνέφερε δὲ ἐς τὰ τῶν Αἰακιδῶν, οὓς ξυμμάχους ποτὲ ἡ Ἑλλὰς ἐπὶ τὸν Πέρσην ἐποιεῖτο. Ad h. l. *Olearius* recte monuit, fieri poſſe, ut Herodes ex Aeacidis pariter et Erechthidis originem duceret, paternum forte genus ex alteris, ex alteris maternum. „Firmare hoc videtur peculiaris affectus in „duos pagos, quorum alter ad tribum pertinebat, quae „ab Ajace, alter ad eam, quae ab Erechtheo nomen „obtinuit, Marathonem, inquam, et Cephiſſam; cujus „affectus in hac ipſa vita teſtem Philoſtratum habemus. „Amabat itaque hos pagos Herodes, quod paternum ma„ternumque ejus genus inde duceret.“ Haec *Olearius*. Eandem ſententiam *Viſconteus* amplectitur. — Ceterum ſtatuam Mercurii puellam amplectentis ad Mercurii et Herſes amores referebat *Winkelmannus* in Annotatt. ad Hiſtor. Art. p. 46. Idem in altera hujus Operis editione p. 282. hoc ſymplegma in Herodis hortis poſitum fuiſſe ſatis temere ſuſpicatur. — V. 34. Hunc verſum de Herode patre, non cum *Salmaſio*, qui hic omnia mire turbavit, de filio interpretandum eſſe, primus intellexit *Arcudius*; cujus veſtigia ſecutus noviſſimus editor totum hunc locum egregie illuſtravit. τιμήεις ad ſenatoriam dignitatem pertinet; ἐπώνυμος autem ad Conſulatum, ut jam *Arcudius* monuit. Nam cum ἐπώνυμος proprie is eſſet inter Archontas, cujus nomine annus notari ſolebat, hoc vocabulum apte ad conſularem dignitatem transferri potuit; cujus translationis exempla dedit *T. H.* ad *Lucian.* Dial. Mar. IX. 1. T. II. p. 374. ed. Bip. Herodes autem functus eſt Conſulatu a. p. Chr. 143. Hinc dicitur εἰς βουλὴν ἀγέσθαι, ἵνα πρωτόθρονος ἕδρᾳ, quia viri conſulares in primis ſubſelliis ſedebant. — ἄνασσα dedit *Spon.* N in marmore fere evanuit. Cum verbis ἄνασσα

βουλὴ *Salmaſius* comparavit *dominum ſenatum* ap. *Martial.* XIV. 1. Mox ἐς βουλὴν marm. — V. 36. Hujus loci ſenſum praeclare reſtituit *Viſconti*us, diſtinctione mutata:

Ἑλλάδι δ' οὔτε γένος βασιλεύτερος, οὔτ' ἔτι φωνὴν
Ἡρώδεω· γλῶσσαν δέ τε μιν καλέουσιν Ἀθηνέων.

In extrema voce revocavit genuinam marmoris lectionem, quam *Salmaſius*, in cujus Apographo Αθηναιων erat, in Ἀθήνων corrupit. Merito mirabatur Gallus editor, talia de Herodis filio praedicari, eumque quaſi regnum inter oratores tenuiſſe dici, quem *Philoſtratus* ne prima quidem literarum elementa ſine ſumma difficultate didiciſſe narret; ſed cum ſolam ex his ſalebris viam non cerneret, eo confugit, ut *Philoſtrati* narrationem falſam eſſe contenderet. Jam vides, quam puſilla res biographum Herodis in mendacii ſuſpicionem adduxerit; cum, importuna diſtinctione loco ſuo mota, omnis illa ſuſpicio penitus evaneſcat. Nunc enim ſenioris Herodis et genus et eloquentia laudatur, idemque propter eloquentiae laudem γλῶσσα appellatus eſſe dicitur. Haec ſpectare videntur dictum Ruf. Sophiſtae, qui Herode magiſtro gloriatus, δεσπότην αὐτὸν ἐπικάλει καὶ Ἑλλήνων γλῶτταν καὶ λόγων βασιλέα, narrante *Philoſtrato* Vit. Soph. II. 17. p. 598. ubi *Olearius*, noſtrum locum comparanti, nihil ſuboluit tamen; quod, qui *Olearium* noverit, nemo mirabitur. Τὸν τῶν λόγων βασιλέα eundem appellabat *Adrianus* ibid. I. II. 10. p. 286. *Platonem* appellans *Ariſtides* in Platon. I. p. 32. ὦ μεγίστη σὺ, ait, γλῶττα τῶν Ἑλληνίδων. *Himerius* Eclog. XIII. 3. p. 232. Melen fluvium celebrat γλῶσσαν τοσαύτην γεννήσαντα. ubi vide *Wernsdorfium*. *Gellius* N. A. XIX. 12. *Herodem Aticum, conſularem virum, Athenis differentem audivi Graeca oratione; in qua fere omnis memoriae noſtrae univerſos gravitate atque copia et elegantia vocum longe praeſtitit.* — V. 38. Jam ad Regillam poeta revertitur, cujus nobilitatem laudat, Trojanis Juliae gentis majo-

ribus commemoratis. In verſus exitu *Marcellus* imitatus eſt *Homer.* Il. ι. 553. κούρη Μαρτίσσης καλλισφύρου Εὐηνίνης. Patronymicorum hanc formam attigit *Valcken.* ad *Herodot.* VIII. p. 648. 42. — V. 39. ἥην. Marm. εἴην. *Salmaſii* apogr. qui ἤην ſive ἧην emendabat. Poſterius, ut marmoris lectionem, praetulit *Viſcont.* Paſſim haec forma ap. *Homerum* obvia. — V. 40. Τρ. Ἐριχθονιδαο ευδιφιλον. Marmor. Parva mutatione εὐδιφ. *Spon.* et alii. *Salmaſius* Τρ. Ἐριχθονίδαο· ᾧ δὴ φ. quem *Brunck.* ſequitur. *Viſcontius* lapidis lectionem revocavit, minima mutatione admiſſa:

Τρωὸς Ἐριχθονίδαο· σὺ δ', εἰ φίλον — —

Erichthonius, Dardani fil., Trois pater. *Homer.* Il. υ. 219. *Apollod.* III. 12. 2. p. 243. — Senſus eſt: Tu, ſi libet, Regillae ſacra facias; nemo enim invitus ad hoc officium cogitur. — V. 42. Lapis habet εἰ δέ τοι, ubi *Maittaire* φίλον ſubaudit; *Viſcontius* autem εἰ δέ τι corrigit, ut ſit εἰ δέ τι μέλει, διαφέρει. *ſi quidem pii et heroas colere curant.* Hoc ferendum eſſe negat cl. *Heyne*, qui vulgarem lectionem ſic accipit: εἰ δὲ τῶν εὐσεβέων τοῦτό ἐστι καὶ ἡ. τ. λ. Brunckiana lectio εἴδετον ingenioſa quidem et ſatis ſpecioſa, ſed recte monuit *Viſcontius*, ea admiſſa hunc verſum, nulla particula cum praecedentibus copulatum, pendere. Mihi ſemper ſic viſum eſt, verba θυέων ἀτὰρ οὐκ ἀέκοντος ἀνάγκη, interpoſita et pro parentheſi habenda eſſe; infinitivos autem βέξαι et θῦσαι non tam pro imperativis eſſe poſitos, ſed pendere a φίλον, verbo finito in depravatis v. 42. ſyllabis latente. Jam veſtigia hujus lineae nobis rimantibus,

ΕΙΔΕΤΟΙΕΤCΕΒΕΕCCΙ —

verisimile viſum eſt, totum hunc locum ita a poëta conceptum eſſe:

σὺ δ' εἰ φίλον ἱερὰ βέξαι
καὶ θῦσαι, (θυέων ἀτὰρ οὐκ ἀέκοντος ἀνάγκη)
ΕΡΔ': ΕΠΕΙ ΕΤCΕΒΕC ΕCΤΙ καὶ ἡρώων κλεγίζειν.

Si tibi animus eſt victimas mactandi et thus adolendi, (nemo autem invitus ad haec ſacra cogitur,) facito: nam pium eſt etiam heroas heroinasque colere. — ἔρδειν ſive *facere* ſimpliciter, ſive *ſacra facere* interpreteris licet. (De poſteriore ſignificatione vide *Intrpp.* ad *Heſych.* v. ἔδρειν.) Initio verſus ἔρδε poſuit *Homerus* Il. δ. 29. ἔρδ' ἀτὰρ οὔ τοι πάντες ἐπαινέομεν θεοὶ ἄλλοι. — In εὐσεβές ἐστι parva eſt mutatio; facillime enim omitti potuit τὸ C praecedente E et ſubſequente ſyllaba EC, quibus ſumma eſt inter ſe ſimilitudo. Exempla hujuscemodi negligentiae ſatis clara laudavit *Viſcontus* ad v. 17. p. 82. not. *a.* — V. 43. Regilla jam neque mortalis, neque dea, ſed heroïna eſt. οὐ μεγγαρ marmor. quae ſcriptura, ex pronuntiatione orta, paſſim eſt obvia. *Salmaſii* apogr. μεγάρ. — V. 44. Neque templum nacta eſt, neque tumulum, ſed ἡρῷον; neque inferiae ipſi afferuntur, ut mortali, nec ſacrificia, qualia diis peraguntur; ſed munera, qualia heroës accipere fas eſt. — In fine verſ. 45. ὀλλεια *Spon.* — V. 46. νεω et Ἀθηναις *Spon.* Poſterius legitur in marm. Tumulum, *templo ſimilem*, qui hoc loco commemoratur, primus *Salmaſius* ſuſpicatus eſt, accipi debere de theatro, Athenis ab Herode in Regillae memoriam exſtructo. *Philoſtrat.* p. 551. ἀνέθηκε δὲ Ἡρώδης Ἀθηναίοις καὶ τὸ ἐπὶ Ῥηγίλλῃ θέατρον, κέδρου ξυνθεὶς τὸν ὄροφον. et iterum p. 556. Cum eo conſpirat *Pauſan.* VII. 20. p. 574. qui poſtquam Odeum Athenienſe omnia alia μεγέθει τε καὶ ἐς τὴν πᾶσαν κατασκευὴν ſuperare dixit, addit haec: ἀνὴρ δὲ Ἀθηναῖος ἐποίησεν Ἡρώδης εἰς μνήμην ἀποθανούσης γυναικός. Facit huc locus *Statii* V. Sylv. III. 47. ſqq. ubi ſe, ſi opes ſuppetant, patri Odeum pro monimento exſtructurum eſſe ait:

Atque utinam Fortuna dares mihi Manibus aras,
Par templis opus, aëriamque educere molem — —
Illic Oebalio non finderet aëra diſco
Grajorum vis ulla virûm: non arva rigaret

Sudor equûm, aut putri ſonitum daret ungula foſſa.
Sed Phoebi ſimplex chorus. Hic frondentia vatum
Praemia laudato, genitor, tibi rite dicarem.

— V. 47. Monimentum Regillae quidem Athenis eſt; ipſa autem in beatorum ſedibus verſatur. Hae ſedes Rhadamanthi ſceptro ſignificantur. Hunc enim ibi judicium exercere, docuit *Pindar.* Ol. II. 137. βουλαῖς ἐν ἑρδαῖς Ῥαδαμάνθυος· ὃν πατὴρ ἔχει Κρόνος ἕτοιμον αὐτῷ πάρεδρον. Conf. Ep. *Hegeſippi* VII. Tom. I. p. 255. τὴν ἐπὶ πυρκαϊᾷς ἐνδείξιά φασι κέλευθον Ἑρμῆν πρὸς ἀγαθοὺς ἐς Ῥαδάμανθυν ἄγειν. i. e. *ad beatorum ſedes;* quod ibi notare negleximus. — ἀμφοιπολεύσι. *Spon.* — V. 48. Φαυστείνῃ. Marm. et *Spon.* Hoc Regillae ſignum Fauſtinae juniori (*novae Cereri*, vide ad v. 6.) in Triopio collocatum et dedicatum eſt, ut quaſi antiſtes ſit templi et majoris numinis famula. — V. 49. Legebat *Salm.* in apographo ſuo — Τριόπεω ναοι πάρος. unde emendatio orta eſt, quam *Br.* recepit. Sed in marmore legitur, ut etiam ap. *Sponium*, — Τριόπεω ιναοι, quam praeclaram lectionem *Viſconti* reſtituit:

ἵνα οἱ πάρος εὐρεῖες ἄγροι

quo indicatur, illas poſſeſſiones, quas Triopii nomine appellaverat Herodes, Regillae olim fuiſſe. Idem affirmat columna Capitolina:

Annia Regilla
Herodis uxor
Lumen domus
cujus haec praedia fuerunt.

Conf. cum hoc loco prior Inſcriptio v. 9 – 12. et v. 23. 24. ubi ſunt ἡμερίδων ὄρχοι, qui h. l. χορδὲς ἡμερίδων. Bene obſervavit *Salmaſius*, utrumque vocabulum a ſaltantium ordinibus derivatum eſſe; idemque comparat *Manilium* L. V. 238. qui de vindemiatore locutus, *Et te*, ait, *Bacche, tuas nubentem jungere ad ulmos, Disponere jugis,*

imitatus fronde choreas. Euſtath. de Hyſm. et Hyſm. L. I. p. 8. in deſcriptione horti, arbores, ait, conjungunt ramos ὡς χεῖρας, καὶ ὥσπερ χορὸν συστησάμενα κατοροφοῦσι τὸν κῆπον. Simili translatione τοὺς χορεύοντας τοὺς προσθίους *densium anteriorem ordinem* dicere auſus eſt *Ariſtophan.* Ran. 556. — V. 50. ἐλαινέντος. *Spon.* — ἐλαυνέντες pro ἐλαυνέσσαι. — V. 51. οὐ μὴν. Lapis. Fortaſſe poëta ſcripſerat:

οὔ μιν ἀτιμήσουσι — —

quod mihi vulgato videtur elegantius. — Nec eam ſpreverit regina diva inter famulas ſuas recipere. Minores dii majorum ſunt ὀπάονες et ὀπαδοί; ut Pan matris deûm ap. *Pindar.* in Schol. Pythic. III. 139. μητρὸς μεγάλας ὀπαδὸν, Σεμνῶν Χαρίτων μέλημα τερπνόν. ad quem locum *Arnaldus* de Diis Παρέδρ p. 204. comparat *Valerium Flacc.* L. III. 47. *Deus ancipitem famulaverat urbem, Mygdoniae Pan juſſa ferens ſaeviſſima matris.* Ad noſtrum locum *Viſconti* conferri juſſit *Homer.* Hymn. in Cerer. v. 438. — ἦλθ' Ἑκάτη λιπαροκρήδεμνος· πολλὰ δ' ἄρ' ἀμφαγάπησε κόρην Δημήτερος ἁγνήν. Ἐκ τοῦ οἱ πρόπολος καὶ ὀπάων ἔπλετ' ἄνασσα. Adde *Philoſtrat.* in Heroic. Prooem. p. 666. ubi de heroibus agens, poſt mortem, ait, θεοὺς, ὧν ὀπαδοί εἰσι, γινώσκουσι. *Themiſt* XXII. p. 281. B. ὡς καλαί τε καὶ πρέπουσαι ὀπαδοὶ τῆς θεοῦ. — V. 53. Splendida quaedam ex antiquitate exempla ſacerdotum referuntur: Iphigenia Dianae, Herſe Minervae. *Salmaſius* has potiſſimum deas hoc loco commemorari cenſebat, quod fanum in Triopio haberent; Dianam enim nihil diverſam eſſe a Nemeſi; quod mihi ſecus videtur. Color idem, ut in priore Inſcript. v. 80. 81. Iphigenia non ſolum in templo Dianae ſacra adminiſtrabat, verum etiam ibidem ſepulta, tanquam heroïna, ni fallor, colebatur. Certe ei mulierum, quae in puerperio perierant, velamenta ſolebant poni, teſte *Euripide* in Iphig. Taur. v. 1462 — 1467. — De Herſe quidem nihil ejusmodi conſtat; ſed

ſed hanc quoque pro heroïna cultam eſſe, ſuſpicari licet inde, quod ejus ſoror Aglauros fanum haberet. (Vide *Herodot.* VIII. 53. p. 642. ibique *Weſſel.* et *Valeſium* in auſſ. Notas in Harpocr. p. 83.) — γοργῶπις Ἀθήνη. *Sophocl.* ap. *Plutarch.* T. II. p. 99. A. γοργῶπις Ἀθήνη. et in Ajace quoque v. 450. ἡ Διὸς γοργῶπις ἀδάμαστος θεά. — ἐκτιμᾶσαν. *Salm.* et *Maitt.* *Viſconti* hoc verbum ab ἐτιμάω derivabat; fortaſſe recte; fieri tamen poteſt, ut auctor carminis in ἐκτίμησε (vide ad Inſcr. prior. v. 33.) augmentum Atticorum more duplicaverit. Vide *Fiſcher.* Anim. in Velleri Gramm. T. II. p. 299. — V. 55. ἠρώνησι ut marmoris lectionem in ſuo ap. invenit *Salmaſius.* ἡρωίνησι *Spon.* Formam ἡρῶναι cum ſimilibus attigit *Valck.* in Adoniaz. p. 321. C. παλαιῶσιν. Marm. quod ſervandum erat. — ¶. 304.] V. 56. Καίσαρος μήτης *Salmaſ.* interpretatur de Fauſtina, Commodi matre, quem Caeſarem poëta vocaverit, ſervans discrimen, quod tunc temporis inter Caeſares et Auguſtos erat. Sed recte *Viſconti* monuit, fieri non poſſe, ut Fauſtina inter deos relata, et ab ipſo poëta Cereris nomine ornata v. 6. nunc inter heroïnas in Elyſio campo verſari dicatur. Intelligendam eſſe matrem M. Aurelii, Domitiam Cavillam ſive Lucillam, quae defuncta eſt, antequam ejus filius ſolium adſcendiſſet. Quare cum inter deas referri non poſſet, a *Marcello* noſtro in beatorum ſedibus collocatur. Veriſſimam hanc obſervationem jam dudum antea explicuerat *Triſtanus* in Comm. Hiſtor. T. I. p. 583. qui etiam in aliis *Salmaſii* errores feliciter emendavit. Perquam honorificum eſt, quod Domitiam regnum inter heroïnas exercere dicit; in quo, *Viſconto* monente, imitatus eſt *Homerum* Od. λ. 483. ubi Ulyſſes ad Achillem: Πρὶν μὲν γάρ σε ζωὸν ἴσιομεν ἶσα θεοῖσιν Ἀργεῖοι, νῦν αὖτε μέγα κρατέεις νεκύεσσιν, Ἐνθάδ' ἐών. — Epitheton Domitiae tributum, ὁμνία μήτης, *Viſconti* idem eſſe contendit, quod πότνια. Huic interpretationi

favet *Heſych.*! Ὀμπνείου (l. ὀμπνίου) νέφους. μεγάλου. πολλοῦ. πύξημένου. — V. 57. ἐς χορόν. Regillam coetui heroïnarum immixtam non ſpernet, quarum choreas regit una cum Alcmena et Cadmi filia. χορουστατήσειν ἀνάσσειν. *moderari choreas*, ut haec verba interpretatur *Cuperus* in Obſſ. L. I. 1. p. 4. ἀνάσσειν, quod plerumque cum ſecundo, nonnunquam et cum tertio caſu reperitur, translata ſignificatione uſurpatum illuſtravit *Abreſch.* ad Aeſchyl. T. I. p. 198. χορεὺς κοιρανέειν ſimili ratione dixit *Pindar.* Ol. XIV. 12. — V. 59. αυτηιτ marm. αὐτή τ' legendum cum *Spon.* αὐτης *Salm.* — Ἀλκμήνη. Alcmena poſt mortem in beatorum ſedibus Rhadamantho nupſiſſe fingitur. Vide *Heynium* ad *Apollodor.* L. II. p. 335. et quae ipſi notavimus in Exercitt. crit. T. II. p. 187. ad Epigramma Cyzicenum XIII. quod *Viſconsus* quoque huic loco admovit, ſimul monens, in Sepulcro Naſonum fab. X. Alcmenam conſpici velatam ab Hercule et Minerva coram Rhadamantho collocatam. — Καδμείωνη. Ex Cadmi filiabus nulla eſt, cui haec conveniant, niſi Semele. Hanc vulgaris fabula a Baccho ad deos traductam eſſe narrat. Vide *Valckenar.* in Diatr. c. XV. p. 154. et quae diſputavimus ad Epigr. Cyzicenum I. in Exercitt. T. II. p. 145. ſqq. Ex locis ibi laudatis apparet, Semelen non ſtatim poſt mortem in deorum ſedes ſublatam eſſe, ſed primum apud inferos habitaſſe. Unde varias de hac muliere fabulas ap. priſcos poëtas obtinuiſſe facile ſuſpicabitur, qui veterum fabularum rationem et origines tenet. Noſter ſecutus eſt eos, qui Semelen in beatorum regionibus habitare narraverant. Praeclare *Viſconsus* monuit, Domitiam, M. Aurelii matrem, apte conjungi cum Alcmena et Semele, deorum matribus. Facit huc Pindarus, qui Alcmenam et Semelen conjunctim commemoravit in Pyth. XI. initio: Κάδμου κόρω Σεμέλα μὲν Ὀλυμπιάδων ἀγυιᾶτις, Ἰνὼ δὲ — — Ἴτε σὺν Ἡρακλέος ἀριστογόνῳ Ματέρι.

SABINI GRAMMATICI EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 168. Plan. p. 420. St. 555. W. Expreſſum hoc carmen ex *Leonid. Tar.* Ep. XXX. Prius diſtichon laudat *Suidas* in θύεσσε T. II. p. 215. et verſ. 2. iterum in φοίβη. ἡ ἄμπελος. τὸ δ. ε. δ. ἔ. φοίβης. T. III. p. 639. Prava eſt interpretatio *Suidae*. φόβη eſt h. l., ut paſſim, *coma arborum*, *frondes*. *Euripid.* Bacch. v. 721. θάμνων ἐλλοχίζομεν φόβας. v. 683. πρὸς ἐλάτης νῶτ' ἐρείσασ' ἐν φόβῃ. v. 1136. ὕλης ἐν βαθυξύλῳ φόβῃ. Sunt igitur φόβαι εὐπέταλοι *frondes foliis bene inſtructae*, *umbroſae*. Finge tibi aram Pani, Nymphis et Baccho ſacram, ſive ſimulacra horum numinum ſub arboris umbra collocata. Ceterum θύεσσα eſt lectio edd. et codd. *Rittershuſ.* tamen, qui hoc diſtichon excitat ad *Oppian.* I. Cyn. 26., θύοδλα habet, ſive conſulto, ſive memoriae lapſu ſic ſcripſerit. — Pro τρισσὸν veteres edd. Fl. pr. Aldinae omnes et Nicol. Sab. τρισσῶν. — In fine verſ. Vat. Cod. φοίβῃ. — V. 4. πήδακα. Vat. Cod. Laudat h. v. *Suidas* in γάνος T. I. p. 467. et T. II. p. 639. Νυμφαιπήδακα· ἐν Ἐπιγρ. Παναγέλην, Νυμφαιπήδακα, βάκχε γάνος.

MAGNI MEDICI EPIGRAMMA.

Anth. Plan. p. 345. St. 485. W. Repetivit hoc carmen poſt *Oſterhauſen* in Hiſtor. ſect. medicor. pneumatic. Sect. I. §. 4. *Ackermann.* in Fabr. Bibl. gr. T. V. p. 388. — V. 1. Γάλλην. Ald. 1. 2. — V. 2. δέχνυτο. Veteres. *Stephanus* vitioſam Aſcenſ. lectionem δέκνυτε re-

pellivit. — V. 3. Talia de Aeſculapio praedicabant mythographi. Nam cum ille vel mortuos ab inferis revocare poſſe videretur, τὸν Ἀΐδην μυθολογοῦσιν ἐγκαλοῦντα τῷ Ἀσκληπιῷ, κατηγορίαν αὐτοῦ ποιήσασθαι πρὸς τὸν Δία, ὡς τῆς ἐπαρχίας αὐτοῦ ταπεινουμένης· ὀλάττους γὰρ αἰεὶ γίνεσθαι τοὺς τετελευτηκότας, θεραπευομένους ὑπὸ τοῦ Ἀσκληπιοῦ. *Diodor. Sic.* IV. 71. p. 315. Oppoſita ratione, peſtilentia graſſante, hâc κενοῦται ἡ γῆ, μέλας δ' Ἅιδης πλουτίζεται, ut eſt ap. *Sophocl.* Oedip. T. v. 30. — Noſter expreſſiſſe videtur *Crinagor.* Ep. XVI. 7. 8.

ANTIOCHI EPIGRAMMATA.

¶. 305.] *I.* Vat. Cod. p. 567. Plan. p. 129. St. 186. W. εἰς ἀπαίδευτον ἐπιδειξάμενον. In ineptum quendam rhetorem, qui oſtentationis cauſa declamaverat. Hoc enim eſt ἐπιδείξασθαι. Vide *Erneſti* Lex. Rhet. p. 121. ſq. Reſas ille qui fuerit, aliunde non conſtat. — καὶ μετὰ τὴν πάροδον. poſt declamationem illam, qua omnibus ſtultitiam ſuam manifeſtam reddiderat. πάροδος proprie chori eſt in orcheſtram prodeuntis. *Pollux* IV. 108. De oratore uſurpavit *Demoſthen.* Epiſt. III. T. II. p. 1481. 13. ed. R. καὶ μὴν οὐδὲ τὸν Πυθέαν παραλείψω, τὸν μέχρι τῆς παρόδου δημοτικὸν, μετὰ ταῦτα δὲ ἕτοιμον εἰς τὰ καθ' ὑμᾶς πάντα. Vide *Reisk.* in Ind. v. πάροδος. *Themiſtius* Or. III. p. 46. D. τὴν πρόοδον dixit; niſi fortaſſe ibi πάροδον olim ſcriptum fuit.

II. Vat. Cod. p. 566. Planud. p. 168. St. 244. W. In hominem foedi vultus et turpiſſimi animi. Contra fieri, *Antiochus* ait, in hoc homine ac in [illegible]; facilius enim ejus animum, in ipſo vultu conſpicuum, a pictore exprimi poſſe; vultum autem, quem ne intueri quidem velis, nemo facile pinxerit. — V. 1. *Themiſt.* Or. I.

p. 2. C. ἔστι μὲν γὰρ καὶ ἁπλῶς σώματος ψυχὴ δυσφανέστερόν τι χρῆμα. — V. 3. ἄκουσα. Vat. Cod. — ἔξω ἄγουσα. in aperto ponens, conſpicuum faciens. ἐν τοῖς φαινομένοις. id, quod ſenſibus non ſubjectum eſt, videndum dedit. — V. 5. μορφῆς ϑόρυβον. *turbatum vultum* dixit *Lucan.* III. 356. Foedum et distortum vultum ſignificat. — V. 6. γεάψαι. Vat. Cod.

EPIGONI THESSALONICENSIS EPIGRAMMATA.

¶. 306.] *I.* Vat. Cod. p. 399. Ἐπιγόνου Θεσσαλ. In Plan. p. 21. St. 33. W. Ἐπιγόνου Θετταλοῦ inſcribitur. Editio princeps tamen, Ald. pr. et Junt. recte Ἐπιγόνου. — Scriptum in vitem ſeneſcentem. — V. 1. Ego, quae olim inter umbroſas viridabam vites. οἰνάνθη, proprie flos vitis, h. l. ut paſſim, ipſa vitis. Vide ad *Meleagr.* I. 9. p. 4. Si aliud eſſet epitheton, putarem, ἐν οἰνάνθαις νεάζειν dictum eſſe, ut ἐν ὄπλοις εἶναι. Floribus, dum juvenis eram, ornata. Vide *Interpp. Herodoti* L. I. p. 7. 98. — Turpi vitio Wechel. οἰνάνταις. — Haud ſcio, an hinc colorem duxerit *Agath.* Ep. XIII. ἡ πάρος ἀγλαΐηφι μετάρσιος — γήρᾳ ἐρικυδὴς. — V. 2. τετανῶν Vat. Cod. et Plan. Hoc emendavit *Valckenar.* ad *Ammon.* p. 175. βότρυες πέπανοι ſunt *uvae molles et maturae.* Idem eſt πέπανος et πέπειρος. βότρυν ἀπ' οἰνάνθης ἥμερον eodem ſenſu dixit *Alcaeus Meſſ.* Ep. XVIII. — κομησαμένη. Vat. Cod. — V. 3. ἰὸ' ὡς χρόνος οἷα δ. Vulgo. Veriorem lectionem vidit *Salmaſ.* in not. ined. et ſic Vat. membr. ἰὸ' ὁ χρ. οἷα δ. Carmen in Senectutem Anth. Lat. III. 274. p. 690. *Nil adeo firmum eſt, quod non tua robora frangant.* — V. 4. Notandum, vocem σταφυλὴ pro *vite* poni. Sic ſaltem carminis oeconomia poſtulare videtur.

II. Vat. Cod. p. 399. Σεκούνδου Ταραντιν. Εἰς Λαΐδα τὴν ἑταίραν διὰ τὸ γηράσκειν. Perperam *Brunckius* affirmat, hoc carmen in membrana *Epigono* tribui, in ora autem *Secundi* nomen adſcriptum eſſe. Soli *Secundo* adſcribitur; ſed ſequitur Epigr. *Epigoni*. Hinc error. Plan. p. 104. St. 154. W. Ἐπιγόνου. — Laïs, quae olim omnibus amorem inſpiraverat, vetula facta ipſo adſpectu ſuo homines monet, ne formae nimis fidant. — Unam ex diverſis meretricibus, quae Laïdis nomine conſpicuae fuerunt, miſeram ſenectutem egiſſe, teſtatur *Epicrates* ap. *Athen.* L. XIII. p. 570. C. D. Conf. *Platon.* Ep. VII. et *Julian. Aegypt.* Ep. III. IV. — Νέμεσις φανερή. inſigne et memorabile exemplum vindictae, quam Nemeſis a ſuperbientibus ſumere ſolet. Docte et graviter ipſa Laïs altera quaedam Nemeſis vocatur. ἑτέων Νέμεσις, ut ap. *Automedont.* Ep. II. κάλλους εἰσὶ τινες Νεμέσεις. et ap. *Agathiam* Ep. XIII. τὴν πολιὴν καλέω Νέμεσιν πόθου. — V. 3. »Corrupte in editis libris οὐ μὰ Κύπριν, οὐδ' ἡ Κύπρις ἐστὶν ἐμοὶ »ὅσον ὄκνος γνώριμος.« Planudeae Codd. οὐδὲ κ. ἔτι ἐμοὶ ὅ. ὄ. »Veram lectionem dat Vat. Cod. ubi tamen pro ἐμοὶ per»peram ſcriptum ἐμοῦ.« *Br.* Turpiſſimam horum verborum labem ſuſtulit Scholion ad Wechel. ἐν ἄλλῃ οὕτως· οὐ μὰ Κύπριν· τί δὲ Κύπρις ἐμοὶ πλέον ἢ ὅσον ὄκνος. — V. 4. γνώριμον. Vat. Cod. omnes Aldinae, et Nicol. Sab. In his poſt γνώριμον diſtinguitur, quam perverſam diſtinctionem nec *Stephanus* ſuſtulit. Servari poſſe videtur membranarum lectio:

γνώριμον οὐδ' αὐτῇ Λαΐδι Λαΐς ἔτι.

admiſſa enallage generis, Graecis non magis quam Latinis uſurpata. — Ad ſenſum facit *Lucill.* Ep. XII. ἢν δ' ἐθέλῃς τὸ πρόσωπον ἰδεῖν ἐς ἔσοπτρον ἑαυτοῦ, Οὐκ εἰμὶ Στρατοφῶν, αὐτὸς ἐρεῖς ὁμόσας. Sic haec ſcribenda ſunt.

HELIODORI EPIGRAMMA.

Hoc carmen, quod in uno Vat. Cod. p. 105. ſupereſt, *Heliodoro* temere inſcriptum eſt a clariſſ. editore. Nam in membranis eſt lemma: Ἀσκληπιάδου εἰς ἔρωτα παραίνεσις. Inter *Diodori Junioris* igitur Epigrammata ponendum erat. Carminis argumentum obſcurum eſt. Puerum quendam hortatur poëta, ne alius cujusdam pueri amorem ſectetur. Primum diſtichon *Brunckius* dedit ex emendatione *Salmaſii* ſive *Guyeti*. Sic enim, ut *Br.* exhibuit, ſcriptum eſt in apogr. Guyet. et Ruhnk. In membranis autem ſic: — μηδ' εἴ τοι πολὺ φέρτερος εἴδεται ἄσσων ἀμφοτέρων κλεινοῦ. — In ſequ. verſ. ἀμφιδοναίης pro ἀμφιδοκεύσις, quod etiam ex marg. apogr. Guyet. arreptum. Haec depravata eſſe ſponte apparet; ſed qui ſenſus Brunckianae lectioni tribuendus ſit, equidem me ignorare fateor. Si ſic ſcriptum eſſet:

μὴ σύ γε, μηδ' εἴ τοι πολὺ φέρτατος εἴδεται, ἄσσον
ἀμφοτέροιν κλεινὸν, κοῦρε, Μεγιστοκλέα,
κἠν στίλβῃ Χαρίτεσσι λελουμένος, ἀμφιδοκεύοις
τὸν καλόν — — —

haec et intelligi poſſent, et propius abeſſet lectio a membranarum ſcriptura: *Ne, quaeſo, puer, Megiſtoclem oculis obſerves tuis, licet tibi pulcherrimus appareat, et ab ipſis Gratiis lotus et exornatus ſit.* Junge ἄσσον ἀμφοτέροιν ἀμφιδοκεύοις. *utroque oculo intueatris.* Callimach. Ep. III. καὶ σὺ παρελθὼν τὸν καλὸν, ὃν μόχθης, ἔβλεπες ἀμφοτέροις. Strato Epigr. XXXVIII. ἀντωπὸς βλέψαι βαιὸν χρόνον οὐ δύναμαί σοι, Οὕτως κατεράπτεις ὄμμασιν ἀμφοτέροις. — ἀμφιδοκεύειν eſt *curioſe intueri*, περιεσκοπεῖν. βλέπειν. Ireaeus Ep. II. τίπτε πέδον, Χρυσίλλα, κάτω νεύουσα δοκεύεις — Quae venuſtate et pulcritudine conſpiciuntur, ea Gratiarum manibus tractata dicuntur. Vide *Meleagri*

p. XXIII. *Rhiani* Ep. V. In fragmento *Callimachi* ap. *chol. Pindari* Nem. IV. 10. fragm. CXXI.) ad Gratias: Εἶδ' ἄγε νῦν ἐλέγοισιν ἐνιψήασθε λιπώσας Χείρας, ἵνα μοι πουλὺ μένωσιν ἔτος –, *Valckenarius* in Elegiaca Callim. p. 276, ſqq. priorem verſum ſic, ut ſcripſimus, egregie reſtituit; in altero corrigendum ſuſpicor:

χείρας, ἵν' ἀκμαῖοι πουλὺ μένωσιν ἔτος.

ἀκμαῖον μένειν idem quod ἀκμάζειν. Hoc autem poëtae ſibi exoptare ſolent, ut carmina ſua diu *floreant*, ἀκμάζωσι, et lectoribus placentia *vivant*. *Horat* I. Epiſt. XIX. 2. — Caeterum ad noſtrum locum proxime accedit Theocriteum Eid. I. 149. ubi caprarius poculum, quod amico donat, commendans, Ὡρεᾶν, ait, πεπλέξθω νιν ἐπὶ κράναισι δοκασείᾳ. — V. 4. Puer enim, quem amare coepiſti, neque facilis eſt, neque pudicus. ἄκακος, *minime malus, ingenuae ſimplicitatis puer*, ut h. v. interpretatur *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 16. — V. 5. μέλων πολλεῖσι. In marg. Guyet. et Ruhnk. apogr. haec nota legitur: ᾧ πολλῶν μέλει. ὁ πολυτεράγμων. ὁ δεκαστήριος. Haec nihil ad noſtrum locum faciunt. Puer πολλεῖσι μέλων eſt παῖς περίφοιτος (*Callim.* Ep. I. 4.), *quem multi pueri, multae cupiere puellae*, ut de Narciſſo *Ovidius* Metam. III. 353. Verbum μέλω, *curae ſum*, ex Anthologia illuſtravit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 252. — V. 6. Quare cave, ne naſcentem flammam magis magisque ſuſcites. De βιπίζειν vide ad *Straton.* Ep. XXII.

HETRUSCI MESSENII EPIGRAMMA.

¶. 307.] Vat. Cod. p. 262. Planud. p. 248. St. 359. W. In piſcatorem, cum cymba ſua concrematum. In eodem argumento verſatur *Addaei* Ep. V. *Julian. Aegypt.* XLVI. *Antiphil.* Ep. XLII. — V. 1. Notanda

locutio ὅλου βιότου ἄγειν, ad victum prodeſſe. *Antiphil.* l. c. Ναῦν Ἰσραηλείδης ἔσχο σύγγηρον, ὁμόπλουν, Τὴν αὐτὴν ζωῆς καὶ θανάτου σύνοδον. — V. 2. κοινὰ λαχοῦσα τέλη. cum domino ſuo eundem finem habuit. Eodem ſenſu *Julian. Aegypt.* l. c. τούνδε καὶ ἐν θανάτῳ λάχε σύνδρομον, οὗτε τελευτὴν Εὗρετο, συλλήξας ὁλκάδι καιομένῃ. — V. 3. τεθνειῶτα. Plan. et Vat. Cod. a pr. man.

DIOPHANTI ALEXANDRINI PROBLEMA.

„Diophanti ſub nomine quod ſequitur problema, in „illius Arithmeticis legitur, edit. Meziriaci p. 345. qui „Metrodori et aliorum ejusdem generis carmina edidit, „quorum ei copiam fecerat Salmaſius. Omnia latinis „numeris expreſſit et ſolutiones ex artis praeſcripto ad„didit, quae apud eum legendae: praeter grammatica„lem verborum ſenſum in his me nihil intelligere fa„teor; nam geometricarum ſcientiarum plane ſum ru„dis.“ *Brunck.* Legitur in Diophanti Arithmeticis, Toloſae 1670. fol. p. 259. ex emendatione *Salmaſii.* Nam v. 2. cod. habebat τοῖς ἐβολοῖς ποιεῖν χρυσὸν ἐπιτεταγμένος. et v. 7. τοὺς ὀκταδέχμους ποίησον. Recte *Meziriac* monuit, hoc Epigramma incertum eſſe utrum *Diophantus* ipſe fecerit, an ab alio mutuo ſumſerit. Sic autem hoc problema interpretatur ille: Emiſſe quendam duos vini cados, unius choam quinque drachmis, alterius octo dr., et pro omnibus perſolviſſe numerum quadratum, cui addendo LX. fiat quadratus, latus habens multitudinem choarum. Jam diſtinguendas eſſe choas octo drachmarum a quinque drachmarum chois.

ADMETI EPITAPHIUM.

¶. 308.] *Lucianus* in Demonacte §. 44. T. II. p. 389. Ἀδμήτῳ τινὶ ποιητῇ φαύλῳ, λέγοντι γεγραφέναι μετρίως ἐπίγραμμα, ὅπερ ἐν ταῖς διαθήκαις κεκέλευκεν ἐπιγραφῆναι αὐτοῦ τῇ στήλῃ, εὖ χεῖρον δὲ καὶ αὐτὸ εἰπεῖν·

Γαῖα, λάβ' Ἀδμήτου ἔλυτρον, βῆ δ' εἰς θεὸν αὐτός.

γελάσας εἶπεν· οὕτω καλόν ἐστιν, ὦ Ἄδμητε, τὸ ἐπίγραμμα, ὥστε ἐβουλόμην αὐτὸ ἤδη ἐπιγεγράφθαι. Corpus quaſi *involucrum animae* et *thecam* appellabat *Admetus*, ut alii, modo eadem, modo ſimili metaphora uſi. *Euſtath.* ad *Homeri* Od. λ. p. 1389. ed Rom. μεταπλάττουσι δὲ αὐτὴν τῇ κλεψύδρᾳ εἰς τὸ καθ' ἡμᾶς σῶμα, ὡς συγκαλύπτουσαν ἐντὸς δίκην ἑλότρου τὸν ψυχικὸν μάργαρον. *Marc. Antonin.* de Reb. Suis IX. 3. p. 266. nos exſpectare jubet tranquillo animo τὴν ὥραν, ἐν ᾗ τὸ ψυχάριον τοῦ ἑλύτρου τούτου ἐκπεσεῖται. ubi *Gataker* multa ſimilia congeſſit. Ad ſenſum confer *Moſchionem* ſive *Menandrum* ap. *Stob.* Tit. CXXII. p. 611. 45. ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο, Ἐνταῦθ' ἀπελθεῖν· πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα, Τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν. Epigr. Incert. DXLIV. Alia ex latinis poëtis collegit *Burmann.* ad haec Anthol. Lat. L. IV. 146. p. 100. *Vita ſubit coelum, corpus tellure tenetur: Omnia ſic repetunt jura locosque ſuos.*

LUCIANI EPIGRAMMATA.

I. Vat. Cod. p. 143. Primum tantum diſtichon ex ſchedis Dorvillianis edidit *Reizius* T. III. p. 692. reliquis chartam veritus inquinare. „Salſe mihi perſtringere „voluiſſe videtur Lucianus tot poëtarum luſus in tres „fratres, qui, continua ſerie, ſi quis eos in Planudea

»legere aggrederetur, nauseam facile moverent.« *Br.* — V. 1. παίγνια h. l. sunt ἀναθήματα, sive ἀθύρματα. Vide *Lennep.* in Anim. ad Coluth. L. I. 4. p. 19. sq. — V. 2. ἑταιρίης. De meretricibus proprie, ut passim monuimus. Vide *Interpp. Herodoti* L. I. p. 48. 2. et *Abresch.* ad *Aristaen.* p. 123. — V. 4. ὁς θέμις. a legitimo et honesto concubitu. — Λαΐς unde sumserit *Brunckius*, ignoro. In membrana est Ἀτθίς. quod nomen occurrit in Ep. *Leonidae Tar.* II. Hiatum vitare voluisse videtur, quicunque Λαΐς reposuerit. — ἀπ' οὐρανίων. Sic turpissimae mulieris flagitia satis ingeniose significat, secutus *Marc. Argent.* XVI. ἡ γὰρ ὁ ταύτης οὐρανὸς ἐντὸς ἔχει καὶ κόνα καὶ διδύμους. Similiter *Nicarch.* Ep. V. ζηνὶ δ' ἴσος Κλεόβουλος, ὃς οὐρανὸν εἰσαναβλύσειν, Τὸ ψολόεν κατέχων ἐν χερὶ πῦρ, ἔλαχε. — V. 6. μηδ' ἑτέρης Vat. Cod.

II. In Vat. Cod. prioribus paginis. Planud. p. 323. St. 463. W. Nihil est in hoc distichо, quod nos de Venere Cnidia cogitare cogat; nec in membranis lemma tale quid indicat. — Prior versus videtur ductus ex Ep. ap. *Herodotum*, inter ἀδέσπ. CXLVIII. νικήσας ἀνέθηκα τὴν περικαλλὲς ἄγαλμα.

III. In Vat. Cod. ibidem. Plan. p. 323. St. 463. W. Color ductus ex Epigr. *Platon.* IX. p. 170.

¶. 309.] *IV.* Vat. Cod. p. 564. *Luciano* hoc carmen vindicavit, quod in Plan. p. 146. St. 212. W. *Lucillio* inscribitur. — συλήσω. Hoc verbum usurpasse videtur *Lucianus*, ut in metaphora perstet. κλέπτειν autem τὰς μορφὰς pictor dicitur, qui vultum in tabulam transfert, et quod alius est, sibi quodammodo arrogat. — φωνήν. in qua magna est pars pulcritudinis, quippe quae vel deformibus illecebras addat. Vide quae collegit *Junius* de Pict. Veter. p. 274. sq. — V. 2. Vulgo πειθομένην, quod ex membranis emendatum est.

V. Hoc Epigramma, quod neque ap. Planudem, neque in Vat. Cod. reperitur, reliquis *Luciani* carminibus

praefigitur ap. *Reizium* p. 674. — V. 1. Vulgatum ἔγραψε *Dorvillius* in ἔγραψα mutavit, comparato Epigr. *Artemidori:* Ἄλλος ὁ Χῖος· ἐγὼ δὲ Θεόκριτος, ὃς τάδ' ἔγραψα. — παλαιά. In laudem dicitur de antiqua eruditione. — V. 3. Nulla est res, de qua omnes eadem sentiant. διάκριτον scribendum censebant *Menag.* et *Guyetus;* quod non necessarium esse putabat *Reizius*, adverbia interdum pro adjectivis poni docens. — V. 4. Quod tu miraris, id aliis risum movet. *Juvenal.* Sat. X. 28. *Jamne igitur laudas, quod de sapientibus alter ridebat — flebat contrarius auctor.*

VI. Vat. Cod. p. 565. Λουκιανοῦ. In Planud. p. 135. St. 196. W. Λουκιλλίου inscribitur. Ad vetulam faciem sibi fuco facientem. — V. 1. τὴν κεφαλήν. canos. *Lucill.* Ep. XXXII. τὰς πολιὰς βάψασα Θεμιστονόη τριχόφωνος Γίνεται ἀξαπίνης οὐ νέα, ἀλλὰ πάλαι. ubi nota verborum lusum, ei, quo nostrum carmen terminatur, haud absimilem. — »τὸ δὲ γῆρας οὔποτε. Sic codd. omnes et edd. veteres. »Stephanus primus mutavit e sua, non, ut ait, e vete»rum codd. auctoritate. Ultima in γῆρας producitur, ob »sibili asperitatem, quae pronuntiando augetur. Tria »aut quatuor similia extra caesuram habuimus exempla, »quae diligens lector observare debuit.« *Br.* — V. 2. ῥυτίδας ἐκτανύσεις. Vat. Cod. et edd. omnes. Nusquam ῥυτὶς priorem producit. In Schol. Wechel. melior lectio indicatur. — ἐκτανύειν ῥυτίδας. laevigare vultum et explanare, rugis cera et fuco oblitis. *Macedon.* Ep. XVI. τῷ ψιμύθῳ μὲν καὶ λιπουαρκέα τεῦξε παρειήν. et qui utrique praeivit, *Antiphilus* in Epigrammate, quod nusquam antehac editum ex membranis adscribam:

Κἦν τείνῃς βακάεντα πολυτμήτοιο παρειῆς
χρῶτα, καὶ ἀβλεφάρους ὤπας ἐπ' ἀνθρακιῇ
καὶ λευκὴν βάψῃς μέλανι τρίχα, καὶ πυρίφλεκτα
βοστρύχια κροτάφοις οὔλα περιξεμάσῃς,
οὐδὲν ταῦτά γε λοιὰ καὶ ἦν ἔτι πλείονα μέξῃς
* * * * *

Puſilla quaedam vitia in hoc Epigrammate ſtatim emendavi; ſed in γελοῖα macula ſupereſſe videtur. — V. 3. ψιμυθίῳ. Vat. Cod. quem ſerioris Graeciae ſcribendi pronuntiandique modum eſſe notavit *T. Hemſterh.* ad Plutum v. 1065. p. 395. — κατάπλαττε. Sic ap. *Ariſtoph.* Eccleſ. v. 878. vetula, ἐγὼ δὲ, ait, καταπεπλασμένη ψιμυθίῳ Ἕστηκα. ubi *Kuſterus* noſtrum excitavit. *Eubulus* ap. *Athen.* XIII. p. 557. F. ubi honeſtas mulieres cum illis comparat, quae fuco ſibi faciem oblinunt. Hunc locum fortaſſe ſic diſtinxeris et emendaveris:

μὰ Δί' οὐχὶ περιπεπλασμένοι ψιμυθίοις
οὐδ', ὥσπερ ὑμεῖς, συκαμίνῳ τὰς γνάθους
κεχριμένοι . . . . . .
κἄν ἐξίητε τοῦ θέρους, ὑδροῤῥόου
ῥέουσι μέλανος, ἐκ δὲ τῶν γνάθων ἴδρως
ἐπὶ τὸν τράχηλον ἄλοκα μιλτώδη ποιεῖ.

Quae hîc omiſi, mihi quidem a gloſſatore videbantur interpoſita, qui plurima poëtarum apud *Athenaeum* loca gloſſis ſuis oneravit et corrupit. — V. 4. ὥστε προσωπεῖον, κοὐχὶ (ἢ οὐχὶ Vat. Cod.) πρόσωπον ἔχειν. Vix dubito, quin hunc verſum in mente habuerit *Pollux* V. 102. locutiones recenſens, quibus quis faciem infucare dicitur: αὐθωρὸν ἀνθοῦν καὶ θάττον ἀπανθοῦν, καὶ κατὰ Λουκιανὸν, οὐ πρόσωπον, ἀλλὰ προσωπεῖον φέρειν. Sic enim h. l. corrigendum ſuſpicabar, ubi vulgo κατὰ Λουκᾶν legitur. *Pollux* Luciani aequalis fuit; nec huic conjecturae multum obſtare puto, quod inimicitiae inter eos fuiſſe exiſtimantur. Noſtrum expreſſit *Gregorius Nazianz.* in Carm. p. 147. C. μηδὲ θεοῦ μορφὰς ἐπαλείφοτο χρώμασιν αἰσχροῖς, Ὥστε προσωπεῖα, κοὐχὶ πρόσωπα φέρειν. quod monuit *J. Pierſon.* ad Moer. Attic. p. 323. Quaedam hujus generis dedit *Gataker* in Miſcell. Adverſ. p. 224. E. F. Sed huc inprimis facit *Martialis* L. III. 43.:

Mentiris juvenem tinctis, Lesbine, capillis:
Tam ſubito corvus, qui modo cygnus eras?

Non omnes fallis: ſcit te Proſerpina canum:
Perſonam capiti detrahet illa tuo.

VII. Vat. Cod. p. 564. diſticho auctius habet hoc Epigramma, quod in Plan. p. 156. St. 227. W. *Agathiae* tribuitur. Scriptum eſt in Eraſiſtratum quendam, qui lautos, quibus epularetur, cibos jactaſſe videtur. Optat poëta, ne ſibi ejusmodi contingat lautitia, ipſa fame pejor. Jam ambiguum relinquitur, utrum Eraſiſtratum falſo de dapibus gloriatum eſſe cenſeamus, dum revera vilibus utebatur cibis, an poëta veras illas quidem, ſed ſtomacho graves lautitias ſpernat, iisque frugalem victum praeferat. Priorem interpretationem ſecutus eſt *Brodaeus;* alteram haud ſcio an *Grotius* ſecutus ſit. — V. 1. σπατάλην. Cibos delicatos etiam *Agathias* Ep. LIII. σπατάλημα καὶ πολύολβον ἐδωδὴν appellat, et *Damocharis* Ep. I. — V. 3. ἔσθων. Vide ad *Callimach.* Ep. XXVI. 1. ἁρπεκτάλως. Hominis voracitatem indicare videtur: *harpyis gulam dignam rapacibus. Horat.* II. Sat. II. 40. Rarius vocabulum ἁρπέκτελος magna et mirabilia ſignificabat. Sic *Epicharm.* ap. *Athen.* VII. p. 327. F. μεγαλοχάσμονας χάννας, ἁρπεκτελογάστορας ἄνους. — στομάχων κακά. De delicatis cibis, qui corpus praegravant, dictum eſſe poſſit. Offellus ap. *Horatium* II. Serm. II. 74. *at ſimul aſſis Miſceueris elixa, ſimul conchylia turdis, Dulcia ſe in bilem vertent, ſtomachoque tumultum Lenta feret pituita. Vides, ut pallidus omnis Coena deſurgat dubia?* — V. 4. ἀντιάλων τεχνία. ex proverbio. Sic *Lucian.* in Gallo §. 30. T. VI. p. 338. ἐχθροῖς οὕτω πλουτεῖν γένοιτο. Omnibus praeivit *Aeſchylus* Prometh. 980. χλιδᾷ; χλιδῶντας ὧδε τοὺς ἐμοὺς ἐγὼ ἐχθροὺς ἴδοιμι. — V. 5. 6. Hoc diſtichon Planudes omiſit. In Vat. Cod. non ἐκείνης, quod *Brunckii* inventum eſſe videtur, ſed ἐκείνων legitur. *Salmaſius* in notis inedit. adſcripſit: ἢ παρ' ἐκείνῳ *ſive* ἐκείνοις. Neutrum probandum; alterum ne intelligi quidem poteſt. Sed *Salmaſium*

ſcripſiſſe puto ἐκείνης. Multa enim in apogr. Lennepiano perperam deſcripta ſunt. Equidem non video, quid in lectione Codicis tantopere vituperandum ſit. Legamus:

πεινάσαιμι γὰρ αὖθις ἔτι πλέον ἢ πρὶν ἐκείνων,
εἰ χορτάσθειην τῆς παρὰ σοὶ σπατάλης.

Eſuriam potius iterum, et magis etiam quam antea eſurivi, ſi mihi illa tua lautitia fruendum ſit. — V. 6. χορτασθείην. Vide ad *Cratetis* Fr. VI. T. I. P. I. p. 382. Quum hoc vocabulum de viliori plerumque victu uſurpetur, *Lucianus* eo uſus eſſe videri poſſit, ut, qualis illa Eraſiſtrati σπατάλη fuerit, leviter indicaret. Hoc ſi voluit poëta, *Brodaei* interpretatio probari debet. χορτάζεσθαι tamen etiam ſimpliciter eſt *ſatiari*, ut praeclare docuit *Athen.* III. 99. ſq.

VIII. Cod. Vat. p. 564. »In Planudea p. 21. St. »33. W. diſtichon hoc ſubjunctum eſt diſticho Philonis, »quod legitur infra p. 401. Duo diverſa ſunt epigram»mata, quae in Vat. Cod. et duobus etiam Planudeae »diviſa ſunt, et poſterius in duobus his regiis libris Lu»ciano adſcriptum.« *Br.* Separandum id eſſe a *Philonis* diſticho, ſponte viderat *Scaliger* in not. mſc. Disjunctum ab altero, *Luciano* tribuitur etiam in Cod. Medic. ap. *Bandin.* T. II. p. 99. Scriptum eſt in ſenem, canis quidem venerabilem, ſed mente ſtolidum. *Lucian.* T. III. p. 188. 95. ed. R. Ἐκεῖνό σοι μόνον σοφὸν, αἱ πολιαὶ, καὶ τὸ μηκέτι μελαίνεσθαι.

¶. 310.] *IX.* Cod. Vat. p. 565. *Luciano* vindicavit carmen, quod *Palladae* eſt in Anth. Plan. p. 189. St. 275. W. In alio Cod. *Dorvillio* teſte (Opp. Luciani T. III. p. 691.) ἄδηλον. In Cynicum, qui in convivio a vilioribus cibis abſtinens, delicatioribus veſcebatur. — V. 1. τοῦ πωγωνοφόρου. Vulgo et in Vat. Cod. Noſtrum debetur *Salmaſio*, qui hoc Epigr. illuſtravit in Scr. Hiſt. Aug. T. I. p. 840. et πωγωνοτρόφου dedit, utrum con-

ſulto, an memoriae lapſu, non dixerim. Verior tamen videtur haec lectio, quam vulgata. *Lucill.* Ep. VI. *Οὗτος ὁ τῆς ἀρετῆς κἀδάμας βαρὺς — καὶ πώγωνα τρέφων.* *Ammian.* Ep. XXI. *Οἶει τὸν πώγωνα φρενῶν ποιητικὸν εἶναι, Καὶ διὰ τοῦτο τρέφοις, φίλτατε, μυιοσόβην.* Noſter Ep. XXIII. *εἰ τὸ τρέφειν πώγωνα δοκεῖς σοφίαν περιποιεῖν.* — *βακτροφοροσκίτης:* Cynicus vocatur, qui baculo armatus mendicatur. Non enim oſtentationis tantum cauſa Cynicos clavam geſtaſſe, docet Alcidamas ille ap. *Lucian.* T. IX. p. 61. qui in convivio neſcio quem provocat, ut ſecum pugnaret, *εἰ δὲ μὴ, κατοίσειν αὐτοῦ ἔχειν τὴν βακτηρίαν,* idemque armis fortiter uſus in adverſarios p. 82. Conf. *Diogen. Laërt.* V. 66. p. 346. VI. 88. p. 357. — V. 2. *εἰδωμὲν.* Vat. Cod. — *ἐν δείπνῳ.* In aedes irrumpere et non vocati conviviis adeſſe ſolebant Cynismi ſectatores. Quare *Cteſibius* ap. *Athen.* L. IV. p. 162. F. interrogatus, quid ei profuiſſet philoſophia, reſpondit, ut ſymbola non data coenaret, *ἀσυμβόλως δειπνεῖν.* — V. 3. *θέρμων.* Lupini vulgaris Cynicorum cibus. Philoſophia ap. *Lucian.* in Fugitiv. §. 20. T. VIII. p. 321. de corruptis horum hominum moribus conqueſta, loquentes eos inducit: *χρυσίον μὲν ἢ ἀργύριον, Ἡρακλεῖς, οὐδὲ κεκτῆσθαι ἀξιῶ, ὀβολὸς ἱκανὸς, ὡς θέρμους πρίασθαι. — καὶ μετ' ὀλίγον αἰτοῦσιν οὐκ ὀβολοὺς, οὐδὲ ἑξαχμὰς ὀλίγας, ἀλλὰ πλούτους ὅλους.* cum quibus confer *Juliani* querelas Orat. VI. p. 199. B. C. Peram Cynicorum *θέρμων πολλῶν μαστὴν* idem commemorat Mort. Dial. I. 1. T. II. p. 129. et multis in locis. — *ἀπέσχετο.* Vat. Cod. et Plan. quod temere in *ἀπείχετο* mutatum poſt *Salmaſ.* — V. 4. *δουλεύειν γαστρὶ. Julianus* Or. VI. p. 198. C. *νηδύϊ ἡττᾶσθαι* dixit *Euripides* ap. *Athen.* X. p. 413. D. *ventri obedire Salluſt.* Prooem. B. Cat. 1. *δουλεύειν τῇ κοιλίᾳ Paulus* ad Roman. VI. 18. ubi vide *Wetſten. ἀπὸ γαστρὸς τὰς ἡδονὰς ποιεῖσθαι Democrit.* ap. *Stob.* XVIII. 165. 45. — V. 5. *βόλβον.* vulgo. quod vitioſum eſſe, vel appoſitum *στρυφνὴν* docere poterat.

Nec,

Nec, ut *Salmaſius* animadvertit, tanti erat bulbus, ut omiſſis lupinis et rapulis, ad illius occurſum ſtatim aſſurgeret Cynicus et repente gulam ſuam proderet. Amplexus eſt itaque lectionem Vat. Cod. βόλβαν, *vulvam*, quam Romanis in deliciis fuiſſe conſtat. Vid. *Horat.* I. Epiſt. XV. 41. Ab Latinis autem ejusmodi vocibus ne antiquiores quidem poëtae graeci abstinuerunt. Vide, quae de hac re collegit *Pierſon.* ad *Moer.* p. 350. et *Ritterſh.* ad *Oppian.* K. I. 4. p. 3. — „Mendam in „v. 6. reliquit *Salmaſius*, quam minima in literis muta„tione, ſed maximo ad ſenſum momento, elui, ſcribendo „στριφνὴν pro στρυφνήν. Heſych.: στριφνός. ἀφιγκτός. „πυκνός. στερεός. gallice *rebondi*. Mirum eſt, in re tam „facili Luciani interpretibus aquam haeſiſſe.“ *Br.* De στριφνὰς, quod Attici στιφρὰς efferebant, vide inprimis *Ruhnk.* ad Tim. p. 238. et *Pierſon.* ad Moer. p. 342. In apogr. Spallett. obſcurum, utrum στριφνὴν, an στρυφνὴν legatur. Nec tamen temere damnanda vulgata lectio. στρυφνὸν eſt id, quod adſtringendi vim habet, et plerumque ad ſaporem refertur, ut docuit *Ruhnkenius* l. c. Jam conſtat, vulvam cum aceto et laſeris ſucco fuiſſe appoſitam. Laudat *Athenaeus* in hanc rem inter alios *Sopatrum* L. III. p. 101. B. μήτρας ὑείας οὐκ ἀφεψηθείς τόμος τὴν δηξιθυμον ἐντὸς ὀξάλμην ἔχων. ubi corrigendum videtur minima mutatione: εὖ καθεψηθείς τόμος. Idem poëta jus vulvae additum non δηξιθυμον modo, ſed etiam δριμὺ vocat: Μήτρας ὑείας ἔφθὸν ὡς φάγῃς τόμον Δριμεῖαν ὠδῶν πηγανῶτιν εἰς χολήν. Adde *Archeſtratum* ibid.: γαστέρα καὶ μήτραν ἑφθὴν ὑὸς ἣν τε κυμίνῳ Ἕν τ' ὄξει δριμεῖ καὶ σιλφίῳ ἐμβεβαῶσαν. Τοῖς στρυφνοῖς autem delicatiores utuntur ad excitandum ſtomachum. *Muſonius* ap. *Stob.* XVII. 160. 52. Οἱ ἐκείνων στόμαχοι ἐν τῷ ἐσθίειν συνεχὲς στομοῦσθαι δέλουσιν ἢ ὑπὸ ἀκράτου, ἢ ὑπὸ ὄξους, ἢ ὑπὸ βρώματός τινος στρυφνοῦ. Haec ad vulgatam lectionem tuendam forte attuleris. — V. 6. „Pro εὖ πινυτὸν recte ſcripſi τὸν πίνυ-

»τὸν, requirente ſenſu. In quatuor Planudeae codd. οὐ »omiſſum, metro claudicante: in cod. Jani Laſcaris ad »oram ab eadem manu ſcripta minio haec emendatio, »σώφρονα καὶ συνετὸν ἤδη. Quod nihili eſt, indicat tamen, »correctorem in στρυφνὴν vitium ſenſiſſe." *Br.* οὐ omittitur in Ed. pr. Flor. et Ald. Habetur in Ald. 2. 3. Aſcenſ. et Nic. Sab. et verum judicavit *Grotius*, qui vertit:

At poſtquam vulvam vidit niveamque bonamque,
clam vires animi noluit eſſe ſui.

In Brunckiana lectione, quae non multum acuminis habet, ſenſus non omnino expeditus. Si ὁ πινυτὸς νόος *prudentiam* ſignificat, ut alibi, non video, quomodo Cynicus prudentiam κλέψαι, i. e. occultaſſe, ejusque oblitus eſſe dici queat. Prudentis certe erat, lupinos vulvae poſthabere. Eſſet igitur ὁ πινυτὸς νόος ſapientia et ſobrietas, quam ille ante profeſſus erat, cum diceret, non ventri, ſed rationi obediendum eſſe. *Heſych.* πινυτός. σώφρων. συνετός. Vel ſic tamen malim:

ἡ στρυφνὴ πινυτὸν εὐθὺς ἔκλεψε νόον.

Vulva tam tenera et delicata neſcio quomodo ejus abſtinentiam vicit ejusque animo eripuit. — Haec non ſolum expeditiora, ſed etiam, ni fallor, haud paulo elegantiora vulgatis. ἡ βόλβα mentem Cynico eripuiſſe dicitur, κλέψαι ſive ἐκκλέψαι; ſicuti fere, graviore tamen vocabulo, ea, quae animum magna cupiditate percellunt, ἐκπλήττειν τὸν νοῦν dicuntur. *Ariſtoph.* Plut. v. 672. ἀλλά μ' Ἀθάνας χόγχα τις ἐξέπληττε. *Horatius* II. Serm. II. 4. *inter lances menſasque nitentes — ſtupet infanis acies fulgoribus.* — V. 7. ἔτρωγεν. Cynicorum voracitas paſſim notatur. δεινομανεῖς vocantur in *Timonis* Sillis ap. *Athen.* IV. p. 162. F. et λοπαδαρπαγίται in Epigr. ἀδεσπ. CX. — V. 8. βόλβον. Vulgo.

X. Cod. Vat. p. 567. Planud. p. 128. St. 185. W. In guloſum et tardum. Notanda locutio ἀμβλὺς πρὸς ἐρέ-

μον, hebes ad cursum. Eodem usu ἀμβλύνεσθαι pro cohibere, retardare ponitur. — V. 2. τοῖς ποσὶ σὺν τρῶγε. Vulgo et in Vat. Cod. Offendit *Jos. Scaliger* in τρῶγε, nec ferens syllabam brevem in caesura pentametri, scripsit τρῶξον. *Salmasius* autem verba transposuit, probante *Dorvillio* et *Br.* Neutrum tamen eorum eadem licentia offendit in superioris Epigrammatis v. 6. (cf. Ep. XXI. 2.) qua *Lucianus* jure suo usus est, optimorum poëtarum exempla secutus. Nihil igitur mutandum arbitror.

XI. Cod. Vat. p. 567. Plan. p. 128. St. 186. W. — Notum proverbium de iis, qui rem inutilem susceperunt, Αἰθίοπα σμήχεις. *Zenob.* I. 46. cui similia dedit *Diogen.* I. 45. p. 180. Vide *Schottum* p. 341. ubi hoc distichon excitat, et *Erasmum* I. 4. 50. — νύκτα καθηλιάσαι. Inter ἀδύνατα hoc passim recensetur. Quare Medea suam potentiam jactans ap. *Senecam* v. 757. *mundus lege confusa meaberis Et solem et astra vidit, et vetitum mare Vidistis ursae.* et Deïanira ap. eundem in Hercule Oet. v. 462. *Nox media solem vidit et noctem dies.*

XII. Vat. Cod. p. 563. Plan. p. 138. St. 200. W. Grammaticam dignam esse docet, cui ut Divae templa et arae exstruantur. — V. 1. φυσίζωε. vett. edd. omnes ante Stephan. Mox ἴλαθι μοῦσα omnes; nec aliter membr. Vat. Praeclara emendatione, cujus tamen fontem et auctoritatem non indicavit, *Brunckius:* ἴλαθι, λιμοῦ φάρμακον. Causa corruptelae in aperto est. Quum enim forte, duabus literis deleris, legeretur in Codice ἴλαθι .ιμοῦ, quid prius in mentem venire potuit oscitanti librario quam ἴλαθι μοῦσα, quod et versum explebat, et sensum, primo quidem adspectu, tolerabilem efficit? ἄνθρωποι λιμοῦ φάρμακον ἐζήτουν *Lucian.* Amor. §. 33. T. V. p. 295. κακῆς ἀλκτήρια λιμοῦ nescio quis ap. *Suidam* v. λιμός. — V. 2. εὑρομένα. Vat. Cod. — Prima Iliadis verba ad Grammaticorum professionem indican-

dam passim adhibentur. Vide ad *Palladae* Ep. IX. Lusus, quibus haec verba occasionem dederunt, attigerunt *Lindenbrog.* et *Burmannus* in Priapej. nr. LXX. Anth. Lat. T. II. p. 538. — V. 5. Divino tuo numine omnia implentur, haud secus ac Jovis. Respicitur enim nobilissimum carminis Aratei initium: μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ, Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραὶ, μεστὴ δὲ θάλασσα Καὶ λιμένες. Ante *Aratum Xenophon* Mem. Socr. II. 2. 4. ἐπεὶ τούτου γε τῶν ἀκολουθούντων μεσταὶ μὲν αἱ ὁδοὶ, μεστὰ δὲ τὰ οἰκήματα. *Themist.* Or. XXVIII. p. 341. C. καὶ ἐντεῦθεν πλείη μὲν γαῖα τούτων τῶν λόγων, (sic lego pro ἔνων) πλείη δὲ θάλασσα. Paulo ante ap. eundem legendum videtur: ᾄσματα ᾄδοντες μεστὰ ἡδονῆς, pro ᾄδ. τὰ ἡδονῆς. Alia vide ap. Intrpp. *Luciani* in Nigr. 16. T. I. p. 250. Bip. — V. 6. λέκτρια omnes edd. vett. et Vat. Cod. Emendavit *H. Stephanus Opsopoeum* secutus, auctore tamen non indicato. Verum est δίκτρια, quod ductum ex *Archilocho* ap. *Athen.* XIII. p. 594. Εὐήθης ξείνων δίκτρια Πασιφίλη. — Divam Grammaticam *Lucianus* sibi ut copam fingit, omnes in cauponam recipientem iisque victum praebentem.

XIII. Cod. Vat. p. 567. Planud. p. 143. St. 207. W. In exorcistam, qui malum daemonem non carminum suorum virtute, sed oris foetore expulisse videbatur. De paganorum exorcistis disputans hoc distichon excitavit *Wesseling.* ad Legg. Petiti Attic. p. 389.

¶. 311.] *XIV.* Anth. Plan. p. 338. St. 477. W. Priapus in solitaria rupe, ubi nihil erat, quod custodiret, collocatus, loquitur. — V. 1. τέθηκα. Vett. edd. omnes. *Steph.* τέθεικα. — νόμον χάριν. *Lucill.* Ep. XXV. νόμου δὲ χάριν, δός τι καὶ ὧδε φαγεῖν. Id. LXXXIV. 7. Eodem sensu dicitur γλώσσης χάριν. Vide *Graevium* in Lect. Hesiod. c. XV. p. 73. — V. 3. κρημνὸν β. in loco praerupto positus, undique valle circumdatus. Non satis

quidem accurate, ſed bene tamen ad ſenſum *Grotius: Ambior et foſſa.* Peculiarem ſignificationem vocabuli κρημνὸς, qua praerupta litora, riparumque margines ſignificat, illuſtravit *Schneiderus* in Fragm. Pind. p. 112. — V. 4. ἴχει. Ed. Fl. — πλὴν ἐμέ. Facit huc *Martial.* VI. Ep. LXXII.:

Fur notae nimium rapacitatis
Compilare Cilix volebat hortum;
Ingenti ſed erat, Fabulle, in horto
Praeter marmoreum nihil Priapum.
Dum non vult vacua manu redire,
Ipſum ſurripuit Cilix Priapum.

XV. Cod. Vat. p. 169. cum lemmate: Λουκιανοῦ· ἀνάθημα Λουκιλλίου. Plan. p. 439. St. 572. W. (Ed. Reiz. nr. XXXIV.) *Brodaeus* et *Fulv. Urſinus* in Virgil. c. Gr. compar. p. 130. ed. *Valck. Lucillio* hoc carmen tribuerunt; perperam, judice *Dorvillio* ad *Lucian.* l. c. — V. 1. „Hunc verſum eſſe *Parthenii*, conſtat ex *Gellio* „XIII. c. 25. qui obſervat, Virgilianum verſiculum ex „L. I. Georg. 437. deſumtum fuiſſe ex iſto poëta: *Glauco „et Panopeae et Inoo Melicertae. Parthenii* autem verſus „ap. Noct. Attic. ſcriptorem ſic ſe habet: Γλαύκῳ καὶ „Νηρεῖ καὶ εἰναλίῳ Μελικέρτῃ. uti adeo, quemadmodum „*Gellius* animadvertit, *Virgilius* pro Νηρεῖ ſubſtituerit „*Panopeae*, pro εἰναλίῳ *Inoo.* Sane utrumque magno ju„dicio. — Verum enimvero dubitare licet, utrum mu„tatio illa ſecundo loco facta debeatur *Virgilio:* an „vero revera ſic ipſe dederit *Parthenius*, quo magiſtro „in Graecis uſus fuit *Virgilius*, et *Gellius* corruptis uſus „ſit Codd. εἰναλίῳ pro Ἰνοῖ exhibentibus; nimirum ap. „*Macrobium* in Saturn. V. 17. ſic planè legitur: Γλαύκῳ „καὶ Νηρεῖ καὶ Ἰνοῖ Μελικέρτῃ. Quin etiam hujus tituli „noſtri auctor [Planudes] ſic, vel non multum diverſo „modo legiſſe videtur, quum hic exaratum ſit: Νηρεῖ

„καὶ Ἰνοῖ καὶ Μ. Quam tamen lectionem minime ex tri„bus probo. Scriptum praeterea puto *Parthenio* et *Lu„ciano*: Γλαύκῳ καὶ Νηρῇ καὶ Ἰνοῖ Μελικέρτῃ. Νηρῇ dubito „an non in Cod. quodam inveniatur. In Cod. autem „Vat. Νηρεῖ conſpicitur.“ *Dorville.* — In membranis Vat. eſt, ut in Plan., καὶ Ἰνοῖ καὶ Μ. Quod *Gellius* et *Macrobius* hunc verſum *Parthenio* tribuunt, *Abramus* ad Cicer. pro Coel. 53. totum hoc carmen *Parthenii* eſſe perperam ſtatuit. Eſt potius pro parodia perditi cujusdam carminis habendum. Νηρῇ ante *Dorvillium* emendavit *Scaliger* in not. mſtis. — V. 2. Κρονίδῃ. Neptuno. — Σαμόθρᾳξι θεοῖς. (Plan. Σαμοθρῃξι.) Horum beneficium ad nautas ex maris periculis ſervandos inprimis valere ſtatuebat antiquitas. Vide ad *Callim.* Ep. XXVI. T. I. P. II. p. 278. — V. 3. κέκαρμαι. *Juvenal.* XII. 81. *Tuas ſtagna ſinus*; *gaudent ibi vertice raſo Garrula ſecuri narrare pericula nautae.* De more naufragorum caput radendi vide *Rigalt.* ad *Artemidor.* Oneir. p. 9. et *Interpp. Petronii* c. CV.

XVI. Hoc diſtichon, quod ἄδηλον eſt in Plan. p. 129. St. 186. W., *Luciano* vindicavit Vat. Cod. p. 567. (*Reiz.* in Omiſſ. nr. I.) — V. 1. Εἰ πᾶσιν. Ed. Flor. et Ald. pr. Seqq. edd. ἐν. *Opſopoeus* apte comparavit verſus *Theognidis* 637. αἰσχρόν τοι μεθύοντα παρ' ἀνδράσι νήφουσ' εἶναι· Αἰσχρὸν δ', εἰ νήφων πὰρ μεθύουσι μένοι. — V. 2. αὐτὸς ἤθελε. Vat. Cod.

XVII. Hoc quoque Epigr. *Luciano* aſſerit Vat. Cod. p. 567. In Plan. p. 129. St. 186. W. ἄδηλον eſt. — V. 1. μωρός. Flor. pr. — ψύλλων. Vat. Cod. (*Reiz.* Omiſſ. II.)

XVIII. In Vat. Cod. p. 567. Λουκιανοῦ. In Planud. p. 129. St. 187. W. ἄδηλον. (*Reiz.* Omiſſ. III.) — V. 1. μαδαρός. ἀφαιθρεῖ. ψεδνός. *Heſych.* *Brodaeus* ſtultum quendam deſcribi a poëta cenſet, cujus nomini parcat. Imaginem autem adumbratam eſſe ad Therſitem Homericum

II. β. 217. ſqq. Hoc ſatis incertum. Mihi Cynicus videtur deſcribi, qui nudis humeris nudoque pectore ſolebat incedere. Aliter enim non video, quomodo verba καὶ στέρνα καὶ ὤμους explicari poſſint. Ceterum calvities ap. veteres riſui erat obnoxia; quare in comoediis paraſiti, lenones thraſonesque calvi introducebantur. Quare Caeſar *calvitii deformitatem iniquiſſime ferebat, ſaepe obtrectatorum jocis obnoxiam expertus*, ſecundum *Sueton.* Jul. Caeſ. 45. Vide *Spanh.* ad Caeſ. *Juliani* p. 48. et *Hadr. Junium* de Coma c. XI. Calvitium et herniam, tanquam ſingularem intemperantiam et ſcaevos mores proderent, acerbis jocis petebant et Orientales et Graeci Romanique, iisque, qui hoc vitio adfecti erant, non nimis conſueſcebant, monente *Reineſio* in Var. Lect. L. II. 18. p. 295.

XIX. Etiam hoc ἀδέσποτον eſt in Planud. p. 142. St. 206. W. Λουκιανοῦ in Vat. Cod. p. 564. (*Reiz.* in Omiſſ. nr. V.) In hernioſum, hernia pro navigio utentem. Tantus enim erat tumor, ut ei, quidquid eſſet onerum, imponere poſſet, eoque nixus tam ſecurus nataret, quam ſi veſicas ſibi ſuppoſuiſſet. Sic haec accipienda ſunt, nec audiendus *Huetius* p. 15. qui ὑδροκήλην derideri putabat, quae tantum aquae continuerit, ut in ea commode navigari poſſet. Cf. inprimis *Lucill.* Ep. III. — V. 1. 2. reſtitutus eſt ad fidem Cod. Vat., cum vulgo legeretur: — ὁ κηλήτης ἐμβαίνει Μέλλων εἰς τὸ πέρην ἐκτίνας Διοφῶν, ubi *Joſ. Scalig.* in not. mſc. ἐξέναι corrigebat. — Vulgatam a *Planude* immutatam eſſe ſuſpicatur *Dorville*, quia formam ἐκτίναι ignoraverit. Vide *Fiſcheri* Animadv. in Gr. Velleri T. II. p. 507. — V. 3. ἐκάνωθε. Vat. Cod. Idem omittit πάντα. — V. 4. σινδόνα ἐκ. Vat. Cod. Linteo ſublato velum ſibi faciebat. — ¶. 312.] V. 5. Tritonem deſcribit *Apollon. Rhod.* IV. 1610. ſqq. *Pauſan.* IX. 20. 21.

XX. Anth. Plan. p. 142. St. 206. W. tres priores verſus exhibet, auctoris nomine omiſſo. Integrum carmen tanquam *Luciani* habet Vat. Cod. p. 564. (*Reiz.* in Omiſſ. nr. VI.) Ingens Niconis naſus deſcribitur. Cf. *Nicarchi* Ep. XXIII. — V. 1. Nemo Nicone melius vinum odoratur, ſed, quale illud vinum ſit, non ſtatim dicere poteſt. — V. 3. ὥραις θερειναῖς. in tribus horis longiſſimis. Quum enim veteres horas diei a ſole oriente usque ad occidentem numerarent, aeſtivae neceſſario longiores. Hinc *Martial.* XII. 1. *Otia, Priſce, brevi poteris donare libello. Hora nec aeſtiva eſt, nec tibi tota perit.* Contra *brumales* pro brevibus ponuntur ap. *Ovid.* Metam. IV. 199. *Spectandique mora brumales porrigis horas.* — Ceterum verſui male incedenti ſubvenire conabatur *Weſtenius* verbis transpoſitis: ἐν τρισὶ γὰρ θερειναῖς ὥραις. — V. 6. τούτου. Vat. Cod. τούτῳ emendavit *Salmaſ.* in marg. ap. Ruhnk. — θερεύει ἰχθύδια. Eundem uſum naſus Soſiptoli praebebat ap. *Leonid. Alex.* Ep. III. T. II. p. 190.

XXI. Ἀμμιανοῦ inſcribitur in Plan. p. 171. St. 250. W. Λουκιανοῦ in Vat. Cod. p. 567. (*Reiz.* in Omiſſ. nr. VIII.) — V. 1. Βότρυς. Vulgo et in Vat. Cod. Cod. Dorvillii βότρυες. — V. 2. μήτε λόγον κοινὸν, μήτε —. Vulgo. *Planudes* ſyllabae poſteriori in καινὸν timuiſſe videtur. Vide ad Epigr. X. — λόγας καινὰς h. l. dictus eſſe videtur, ut κοιναὶ ὀνόματα, ſermo vulgaris, familiaris. Bitus ne vulgarem quidem verborum uſum tenebat, nedum exquiſitiorem.

XXII. Hoc quoque diſtichon *Ammiani* eſt ſecundum Planud. p. 171. St. 250. W. In Vat. Cod. p. 568. Λουκιανοῦ; in alio *Dorvillii* Cod. ἄδηλον eſt. (*Reiz.* in Omiſſ. nr. IX.) — V. 1. 2. ἓν. Vat. Cod. — Καππαδόκην. Leontium ap. *Alciphron.* II. 2. p. 216. ut Epicurum barbarum et ab omni in dicendo elegantia alienum eſſe

significet, οὔτε ὡς Ἀττικὸς, ait, οὔτε ὡς φιλόσοφος, ἐκ Καππαδοκίας πρῶτος τὴν Ἑλλάδα ἦκων. Comparavit *Brodaeus Philoſtratum* II. Vit. Sophiſt. XIII. p. 594. qui Pauſaniam omnia narrat pronuntiaſſe παχείᾳ τῇ γλώττῃ καὶ ὡς εἰώθεσι Καππαδόκαις, ξυγχεούσαν μὲν τὰ σύμφωνα τῶν στοιχείων, συστέλλων δὲ τὰ μακρυνόμενα καὶ μακρύνων τὰ βραχέα. Idem tanquam rem memorabilem tradit in Apollonio, quod, etſi Cappadox eſſet, τὴν γλῶτταν Ἀττικῶς εἶχεν, αὐδὴ δὲ ἐκπέφυκε τὴν φωνὴν ὑπὸ τοῦ ἔθνους. Vit. Apollon. L. I. 7. p. 8.

XXIII. Palladae tribuitur in Planud. p. 188. St. 274. W. (ſecundum Lect. Ald., quas ſequitur Ald. 2. 3. Nicol. Sabienſ. In Ald. pr. et Aſcenſ. eſt ἄδηλον.) *Luciani* carminibus additur auctoritate Vat. Cod. p. 567. (*Reiz.* in Omiſſ. nr. XI.) De barba philoſophorum vide *Hadr. Junium* de Coma in *Gruteri* Theſaur. T. IV. p. 502. ubi hoc diſtichon attigit; et *Ammiani* Ep. XXI. ibique not. — V. 1. δοκεῖς ex membran. reſtitutum eſt pro δοκεῖ. — Si barbam bene nutritam ſapientiam tibi procurare poſſe putas, nihil impedit, quominus hircum bene barbatum Platonem ſapientia exaequare putes. — τράγος. Bagoae eunucho et Peripatetico cum quidam exprobraſſet, quod barbam non haberet, reſpondit ille, εἰ γὰρ ἀπὸ πώγωνος βαθέος κρίνεσθαι δεῖ τοὺς φιλοσοφοῦντας, τὸν τράγον ἂν δικαιότερον προκριθῆναι πάντων. ap. *Lucian.* in Eunucho §. 9. T. V. p. 211. *Julian.* in Miſopog. p. 338. D. νεμέσα δὲ μηδεὶς δυσχεραίνειν ἐμὲ τῷ σκώμματι· οἶδα γὰρ αὐτὸς τὴν αἰτίαν, ὥσπερ οἱ τράγοι τὸ γένειον ἔχων.— Vulgo εὔστολος, quod ad nitidum et paſſim reprehenſum Platonis cultum retulerunt interpretes. At nihil ab hoc loco alienius. Praeclare itaque *Valcken.* ad *Ammon.* p. 88. εὔστοχος emendavit. Hirci ſtoliditas optime opponitur εὐστοχίᾳ philoſophi. — Quum tamen in Vat. Cod. mira aberratione αἴπολος legatur, facile ſuſpiceris, lectionem vulgatam non ex vetuſtis libris, ſed, ut multa alia, ex *Planudis* ingenio fluxiſſe; quo admiſſo, *Valckenarii* con-

jectura jam minus certa videbitur. Fieri enim potest, ut *Lucianus* scripserit:

καὶ τράγος οὐπώγων αἰμύλος ἐστὶ Πλάτων.

Hesych. αἰμύλος. ἱστεῖος. συνετός. ὀξὺς ἐν τῷ λέγειν. αἰμύλους λόγους poëtis et oratoribus tribuit *Themist.* XXVIII. p. 341. C. De Aristone Chio *Timon* in illis fr. XVIII. καί τις Ἀριστωνος γέννης ἄπο αἰμύλου ἔλκων. Erat enim Aristo insigni eloquentia praeditus, secundum *Diog Laërt.* VII. 161. p. 468. *Carpzov.* de Paradoxo Stoico Aristonis Chii p. 222. De copioso et facundo αἰμύλος usurpari docuit *Ernesti* in Lex. Techn. Rhet. p. 8. Nihil hoc ad Platonem aptius.

XXIV. In Planud. p. 150. St. 218. W. Ἀγαθίου inscribitur; in Vat. Cod. p. 563. sq. Λουκιανοῦ. (*Reizius* omisit.) Historia satis faceta de medico, qui filium ad grammaticum adduxerat. — V. 1. τὸν νέον. Vat. Cod. — V. 2. ὡς τό. Flor. pr. et Ald. pr. — ¶. 313.] V. 7. Tibi quidem, ait, gratiam habeo; sed eadem apud me discere poterit. Pro ταῦτα malim ταὐτά. In fine autem vide an scribendum sit:

καὶ πρὸς τοῦτ' οὐδὲν γραμματικῆς δέομαι.

XXV. Vat. Cod. p. 543. Plan. p. 168. St. 244. W. (*Reiz.* nr. XXVI.) In Lollianum, hominem loquacissimum. Is esse videtur, cujus vitam dedit *Philostrat.* Vit. Sophist. l. 23. p. 526. quique sub Hadriano vixit, nostri igitur aequalis. — V. 1. εἰπέ μοι. Idem color in Dialog. Mort. XXI. 1. ὦ Κέρβερε — εἰπέ μοι πρὸς τῆς Στυγὸς, οἷος ἦν ὁ Σωκράτης, ὁπότε κατῆει πρὸς ὑμᾶς; — κατέβαινον. Vat. Cod. Vulgo κατέδυνε. — V. 2. Pro Λολλιανοῦ *Opsopoeus* in suo libro Λουκιλλιανοῦ habuit; quod in Λουκιλίου mutavit. — V. 3. μένει Aldina 2. et 3. ex lectt. Aldi arripuerunt. μὲν εἰ legendum esse, sponte vidit *Brodaeus*; qui tamen, nescio quare, maledicum potius et fugilla-

torem, quam loquacem et moleſtum a poëta notari exiſtimavit.

XXVI. Vat. Cod. p. 252. Plan. p. 221. St. 321. W. (*Reiz.* nr. XXVIII.) Elegans Epigramma in puerum quinque annorum, immatura morte vitae ereptum. — V. 3. μὴ κλαίοις. Non miſer putandus eſt, qui multa mala effugit, quae longaevis nonnunquam inſidiantur; et recte *Callimachus* dixit ap. *Ciceron.* Tuſc. Qu. I. 93. *multo ſaepius lacrymaſſe Priamum, quam Troïlum.* Quare Trauſi τὸν ἀπογενόμενον, παίζοντές τε καὶ ᾄδόμενοι, γῇ κρύπτουσι, ἐπιλέγοντες, ὅσων κακῶν ἐξαπαλλαχθεὶς ἐστιν ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ, ſecundum *Herodot.* V. 4. p. 374. ubi vide *Valckenar.* — Epigr. ἀδέσπ. DCCVII. ἄρτι με γενόμενον ζωᾶς βρέφος ἥρπασε δαίμων, Οὐκ οἶδ' εἴτ' ἀγαθῶν αἴτιος, εἴτε κακῶν.

XXVII. In Plan. p. 189. St. 276. W. ἄδηλον; in Vat. Cod. p. 564. Λουκιανοῦ. In podagram divitum pedibus inſidiantem. (*Reiz.* in Omiſſ. nr. XIII.) Similis color in Ep. *Martialis* XII. 17.:

Quare tam multis a te, Lentine, diebus
Non abeat febris, quaeris et usque gemis.
Geſtatur tecum ſella, pariterque lavatur:
Coenat boletos, oſtrea, ſumen, aprum.
Ebria Setino ſit ſaepe, et ſaepe Falerno:
Nec niſi poſt niveam Caecuba potat aquam.
Circumfuſa roſis et nigra recumbit amomo,
Dormit et in pluma, purpureoque toro.
Cum ſic tam pulchre, tam belle vivat apud te,
Ad Dammam potius vis tua febris eat?

— V. 1. μισθωτῷ. *locupletem podagram* vocat *Juvenal.* XIII. 96. Hanc ſive Deam, ſive Furiam, cum nata eſſet, σὺγλαγέτοις ἐνὶ μαζοῖς Ἔνοσβος ἐθρέψατο Πλούτων. *Lucian.* Tragopod. v. 110. ſq. — V. 3. Geſtationem ſignificare videtur. Pro εἰ δὲ, quandoquidem, *Stephan.* ἐν δὲ

legit. Sed noſtrum eſt in Vat. Cod., in tribus Aldinis, Nic. Sab. — V. 4. ὑπλοφορεῖν ad baculos, quos podagrici gerant, refert *Brodaeus*. Sed recte *Brunckius*: „In „ὑπλοφορεῖν, eo praeſertim ſenſu, quo exponunt inter„pretes, Luciani ingenium non agnoſco. Aliud quid „olim ſcriptum fuiſſe ſuſpicor." Mihi leniſſima mutatione corrigendum videtur:

πιλοφορεῖν τ' οἰδας — —

Mollia pedum indumenta ſive tegumenta aegroti gerere ſolent et molliores. Socratem laudans Alcibiades ap. *Platon.* in Conviv. p. 220. B. (T. X. p. 267. Bip.) eum per hiemen ἀνυπόδητον ambulaſſe narrat, πάντων ἠμφιεσμένων τε θαυμαστὰ δὴ ὅσα, καὶ ὑποδεδεμένων καὶ ἐνειλιγμένων τοὺς πόδας εἰς πίλους καὶ κρανιδας. *Muſonius* ap. *Stob.* I. p. 17. 51. οὐδαμῶς καλὸν οὔτε ἐνθήκαις πολλαῖς κατασκέπειν τὸ σῶμα, οὔτε ταινίαις κατειλεῖν, οὔτε χεῖράς τε καὶ πόδας περιδέσει πίλων ἢ ὑφασμάτων τινῶν μαλακύνειν. quae ex *Platonis* loco derivata putat *Vulcken.* ad *Herodot.* III. p. 199. 95. Praeter *Platonis* locum etiam *Cratini* verſiculum laudat *Pollux* X. 50. p. 1204. λευκοὺς ὑπὸ ποσὶν ἔχων πίλους. ubi vide *Interpp.* De his indumentis, quae *impilia* Latini vocabant, quod notavit *Harduin.* ad *Plin.* XIX. 10. T. II. p. 159., disputavit *Salmaſ.* ad Scr. H. A. T. I. p. 551. et uberius p. 973. Pileoli, quibus aegroti et molles caput a frigore defendebant et munibant, (vide *Rubnk.* ad *Rutil. Lup.* p. 104.) non hujus ſunt loci. — Ceterum Vat. Cod. τ' omittit ante οἰδας, et mox μοῖραν exhibet. τ' deſideratur in vett. edd. omnibus usque ad *Stephan.* — V. 7. τοὔνεκα καὶ φ. π. τ. χάλκεον. Vulgo. νῦν et ἀχάλκεον exhibet Vat. Cod. Hoc probavit *Salmaſius.* ἀχάλκεος οὐδὸς, paupertatis limina minime aerata, i. e. egena domus, reſpicit οὐδὸν χάλκεον *Homeri* in Il. Θ. 15. ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός. Quum enim χαλκὸς haud raro de nummis dicatur, pauperes et male nummati ἔχαλκοι vocantur, et ἀχαλκεῖν dicuntur, qui pecuniae inopia

laborant. *Lucill.* Ep. XLVII. *εἴ τις ἀχαλκεῖ, Μηνᾶτι πεινάτω.* Vide *Salmaſ.* ad Scr. H. Aug. T. II. p. 394. — V. 8. „*τέρπῃ δ' εἰς πλούτου.* In Cod. Vat. *τέρπῃ δ' ἄν τι πλούτου.* „In alio Cod. *ῃ* in *τέρπῃ* in raſura cubat. *Εἰς πλούτου* cor„ruptum videtur. Sed varia illa lectio parum juvat, niſi „quod indicet ulcus. An legendum: *Τέρπῃ δ' εὐπλούτου „εἰς πόδας.* In collatione quadam habetur *γρ. πρὸ ποδός.* „At quî *πρόποδες* vel ſenſui vel metro congruant, non „perſpicio.“ Haec *Dorvill.* Ad *εἰς πλούτου Brodaeus* et *Reizius οἶκον* intelligunt; ſed tum quid jejunius verbis *πρὸς πόδας*, quae mihi etiam poſt *εὐπλούτου* receptum abundare videntur. Adde quod *Dorvillii* conjecturâ antitheſis corrumpitur, quae eſt in *πενίης* et *πλούτου*, quamque tantum abſum ut tollendam exiſtimem, ut majorem etiam concinnitatem requiram. Fortaſſe legendum:

τέρπῃ δ' εἰς Πλούτου παστάδας ἐρχομένη.

Sic egenum tenuis hominis tugurium divitum cubiculis opponitur, in quibus podagra degere et ſibi indulgere amet. In deſcriptione divitum aedium *Teles* ap. *Stob.* XCI. p. 509. *οὐ γὰρ ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος κατεσκευασμένην κλίνην, καὶ πορφυροῖ τάπητες, οὐδὲ ὑπόβαθρα καὶ παστάδες ὕπνους ποιοῦσι.* in quibus ſcriptori poëtarum loca, fortaſſe Bacchylidis, obverſabantur ap. *Athen.* II. 39. F. XI. 500. A. B. In Ptolemaei nave, tanquam in regia, *ἦν οἷα κάλλιστα, παστάδες καὶ σῦραι καὶ δρόμοι. Maxim. Tyr.* I. 3. p. 8. *Παστὰς* pro cubiculo accipias, an pro veſtibulo, porticibus inſtructo, parum h. l. intereſt. Poſterius tamen, cum diſertiorem magnificentiae ſignificationem habeat magisque adeo inſerviat antitheſi, fortaſſe verius putandum.

¶. 314.] *XXVIII.* Vat. Cod. p. 494. Plan. p. 15. St. 26. W. (*Reiz.* nr. III.) Sententiam hujus Epigr., tanquam ex *Menandro* petitam, ſic reddidit *Auſonius* Ep. CXLV.:

Re fruere, ut natus mortalis: dilige ſed rem
Tanquam immortalis, Sors eſt in utroque verenda.

— V. 1. ὡς τεθνηξόμενος. *ut jamjam moriturus.* Illuſtravit vim hujus futuri, etiam noſtro loco laudato, *Gataker.* ad *M. Antonin.* II. 14. p. 54. — V. 2. βιωσόμενος. *Democritus* ap. *Stob.* XVII. p. 154. 19. Οἱ φειδωλοὶ τὸν τῆς μελλούσης οἴτου ἔχουσιν, ἐργαζόμενοι ὡς εἰ βιωσόμενοι. Sic haec ſcribenda ſunt. Vide ad *Cratetis* fr. VI. 6. T. I. P. I. p. 383. Idem color ap. *Senec.* de Brev. Vit. c. 4. *Tanquam ſemper victuri vivitis. — Omnia tanquam mortales cupitis; omnia tanquam immortales concupiſcitis.* et in dicto *Stratonici* ap. *Plutarch.* T. II. p. 525. B. luxum perſtringentis: οἰκοδομεῖν μὲν ὡς ἀθανάτους, ὀψωνεῖν δὲ ὡς ὀλιγοχρονίους. — V. 4. μέτρον. Haec expreſſit *Paul. Silent.* Ep. LXIX. Αἰνέομεν δὴ κεῖνον, ὃς ἐν βιότῳ τε πύθῳ τε, Χάρματι καὶ λύπῃ μέτρον ἐφημόσατο.

XXIX. Cod. Vat. p. 494. Plan. p. 32. St. 49. W. (*Reiz.* nr. V.) — V. 1. πᾶς ὁ β. Vulgo et in Vat. Cod. ἅπας ὁ β. emendavit *Joſ. Scaliger* in not. mſc. et *Dorvill.* in Vann. crit. p. 328. — V. 2. μία νύξ. Ducta ſententia ex *Apollodoro Comico* ap. *Stob.* XCVII. p. 537. 5. Τοῖς γὰρ λυπουμένοις τε καὶ μεριμνῶσιν (f. τ. γ. λυπουμένοισί τε κἀνιωμένοις) Ἅπασα νὺξ ἔοικε φαίνεσθαι μακρά.

XXX. Vat. Cod. p. 419. Plan. p. 13. St. 22. W. Ap. *Stob.* Tit. XV. p. 150. 2. Gesn. p. 87. Grot. (*Reiz.* nr. II.) Hiſtoria de Therone, Menippi filio, cui, poſtquam omne patrimonium in popinis et ganeis conſumſerat, Euctemon, Menippi quondam amicus, filiam ſuam cum magna dote in matrimonium dedit, ſperans, Theronem jam ad meliorem frugem rediturum eſſe. Verum eventus ſpem fefellit. Thero ad priſtinam vitam rediens, uxoris dote conſumta, ad reſtim redactus eſt; et Euctemon intellexit, hominem in ſuis rebus negligentem, peſſimum eſſe alieni cuſtodem boni. — V. 2. δαπάνας

Vat. Cod. — V. 4. κεφαλὴ πενίη, *arida paupertas.* Sic *aridus homo* pro egeno ap. *Plaut.* Aulul. II. 4. 18. et αὖος ap. Graecos. Hoc attigit *Valcken.* ad *Theocr.* Adon. p. 292. C. et *L. Bos* ad *Lucian.* T. VI. p. 434. ed. Bip. Metaphoram exornavit *Lucian.* in Timon. §. 8. T. I. p. 79.: parasiti, ut lupi cadaver, sic amicum ἐκμυζήσαντες ἔχοντο, αὖον αὐτὸν καὶ τὰς βίζας ὑποτετμημένον ἀπολιπόντες. — V. 6. »ἐπιμείλια (ut vulgo legitur) non magis graecum »est, quam ἐπίηρα. Hîc duo Planudeae codd. divisim »scriptas exhibent voces ἔπι μείλια. Tmesis est πολλὰ »ἐπιδοὺς μείλια. *insuper dans.*" *Br.* ἐπὶ μήλια. Vat. Cod. — V. 7. Θήρωνα περιφρένας. Vat. Cod. quod *Dorvillius* pro παρὰ φρένας positum suspicabatur, tutius tamen existimans vulgatam sequi. Mira Vat. Cod. lectio fortasse ex glossemate vocabuli μείλια exorta, cui quis adscripserat παράφερνα, i. e. ea, quae sponsa marito praeter dotem affert. — V. 9. γαστρὶ χαρίζ. Vide ad IX. 4. *Ammian.* Ep. XXV. ψωμὸν ὀνείδειον γαστρὶ χαριζόμενος. *Theognis* v. 900. εἶδον δ' ἄλλον, ὃς ἦν γαστρὶ χαριζόμενος. *Timon* fr. XXX. in Epicurum: γαστρὶ χαριζόμενος, τῆς οὐ λαμυρώτερον οὐδέν. Metrodorus ap. *Plutarch.* T. II. p. 1098. D. ὡς καὶ ἐχάρην καὶ ἐθαυμάμην, ὅτι ἔμαθον παρὰ Ἐπικούρου ὀρθῶς γαστρὶ χαρίζεσθαι. — κατὰ κοίμον. Vat. Cod. — V. 11. οὕτω. Vulgo. — V. 12. κῦμα. paupertatis fluctus eum iterum submersit. Figuratam vocabuli κῦμα significationem illustravit *Ritterst.* ad *Oppian.* Hal. IV. 195. p. 294. *Klotz.* ad *Tyrt.* p. 85. — V. 13. ἐδάκρυσε. Edd omnes et Vat. Cod. ἐδάκρυσα emendavit *Reiz.* idque tribus regiis codd. confirmatum invenit *Brunckius.* — V. 15. Similes sententias vide ap. *Kuhn.* ad *Aelian.* V. H. I. 33. p. 60. et *Wesseling.* ad *Herodot.* V. 29. p. 385. Uterque hunc locum laudavit. *Euphron.* ap. *Stob.* XV. p. 151. 52. Ὁ γὰρ τὸν ἴδιον οἰκονομῶν κακῶς βίον, πῶς οὗτος ἂν σώσειε τῶν ἔξω τινά;

XXXI. Vat. Cod. p. 494. Plan. p. 38. St. 55. W. *Stob.* Tit. LXI. p. 390. 50. Gesn. 257. Grot. (*Reiz.*

nr. VI.) — V. 1. ἀκολάστῳς. Sched. Krohn. — Simile quid de vino *Plaut.* in Trucul. IV. 3. 57. *Non vinum hominibus moderari, ſed vino homines ſolent, Qui quidem probi ſunt: verum qui improbus eſt, ſive ſubbibit, Sive adeo carex temeto, tamen ab ingenio eſt improbus.*

¶. 315.] *XXXII.* Cod. Vat. p. 375. Plan. p. 40. St. 58. W. (*Reiz.* nr. VIII.) Ingrati hominis animus comparatur cum dolio pertuſo. Fons dicti *Euripides* eſſe videtur ap. *Plutarch.* T. II. p. 502. C. οὐκ ἂν δυναίμην μὴ στέγοντα πιμπλάναι, Σοφοὺς ἐπαντλῶν ἀνδρὶ μὴ σοφῷ λόγους. quae cum *Luciani* dicto et ſimilibus comparavit *Valcken.* ad Hippol. p. 261. C. D. Adde *Plutarch.* T. II. p. 507. F. et inprimis *Plaut.* in Trinumm. II. 2. 41. *Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.* Praeclare *Lucretius* III. 947. *Nam ſi grata fuit tibi vita anteacta priorque, Et non omnia pertuſum congeſta quaſi in vas Commoda perfluxere, atque ingrata interiere: Cur non ut plenus vitae conviva recedis?*

XXXIII. Vat. Cod. p. 494. Plan. p. 55. St. 79. W. Praeclaram ſententiam, quae hoc diſticho continetur, Pittaco Mitylenaeo tribuit *Theo* in Progymn. V. Πιττακὸς ὁ Μιτυληναῖος ἐρωτηθεὶς, εἰ λανθάνει τις τοὺς θεοὺς φαῦλόν τι ποιῶν, εἶπεν, οὐδὲ διανοούμενος. (quae ita *Luciani* verbis reſpondent, ut alterum ex altero expreſſum eſſe videatur.) Thaleti *Diogen. Laërt.* I. 36. ubi vide *Menagium.* — V. 1. ποιῇς in Vat. Cod. legi, teſtatur *Dorvill.* In apogr. Goth. eſt ποιήσας. — V. 2. „Vat. Cod. et Pla„nudeorum unus θεὸν, quod perinde eſt et forte ab „homine chriſtiano repoſitum pro θεούς.“ *Br.*

XXXIV. Vat. Cod. p. 495. Planud. p. 63. St. 91. W. (*Reiz.* nr. X.) — V. 2. καθαρᾶν ψ. Vat. Cod. — V. 4. πλείονας βλάπτομεν. Vat. Cod. Ductum hoc ex *Theognide* v. 89. ἦ μα φίλαι, καθαρὴν θέμενος νόον, ἦ μ' ἀπεπυθὼν Ἔρξαις', ἀμφαδίην νεῖκος ἀειράμενος. Ὅς δὲ μὴ γλαίσῃ

γλώσσῃ δίχ' ἔχει νόον, οὗτος ἑταῖρος Δεινὸς, Κύρν' · ἐχθρὸς βέλτερος ἢ φίλος ὤν. Cf. v. 119. ſqq. et *Lucill.* Ep. CXXII.

XXXV. Vat. Cod. p. 495. Plan. p. 70. St. 103. W. (*Reiz.* nr. XI.) Silentium commendatur. σφηγίς. Comparavit *Brodaeus Theogn.* v. 19. Κύρνε, σοφιζομένῳ μὲν ἐμοὶ σφηγὶς ἐπικείσθω. *Stob.* XXXIV. p. 215. Σφραγίζου τοὺς μὲν λόγους σιγῇ, τὴν δὲ σιγὴν καιρῷ. Simili metaphora *Theognis* v. 413. πολλοῖς ἀνθρώποις γλώσσῃ θύρας οὐκ ἐπικείνται Ἀρμόδιαι. Et hinc *Plutarch.* T. II. p. 503. C. οἱ δ' οἰκημάτων μὲν ἀθύρων καὶ βαλλαντίων ἀδέσμων μηδὲν ὄφελος οἰόμενοι τοῖς κεκτημένοις εἶναι, στόμασι δ' ἀκλείστοις καὶ ἀθύροις — χρώμενοι κ. τ. λ. Idem p. 510. A. κλεῖθρον ἢ χαλινὸν ἐμβάλλειν τῇ φωνῇ dixit. ἀθυρόγλωσσος ἀνὴρ eſt ap. *Euripid.* Oreſt. v. 901. Ad ſententiam facit dictum *Simonidis*, σιωπῆς ἀκίνδυνον γέρας, ap. *Scholiaſt. Ariſtid.* Or. Plat. II. 143. quod expreſſit *Horatius* III. Od. 2. 25. *Eſt et fideli tuta ſilentio merces*, et haud pauci alii, quos laudat *Wyttenb.* in Bibl. Cr. T. III. P. I. p. 40. *Euſtath.* de Hyſm. et Hyſm. L. I. p. 30. γλώσσης φειδωλῆς θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος. — V. 2. λόγων Codd. nonnulli.

XXXVI. Vat. Cod. p. 495. Anth. Plan. p. 89. St. 131. W. »Diſtichon hoc male ſequenti carmini jungi»tur, cum quo nullam ſententiae relationem habet. »Duo ſunt Epigrammata diverſi argumenti. Hoc acute »vidit Conr. Rittershuſius in notis ad Porphyrii vitam »Pythag. p. 43. cujus judicium confirmant libri manu »ſcripti. In optimo Planudeae cod. quatuor diſticha »conjuncta leguntur, ut in ed. Wechel. p. 131. tum »duobus interjectis carminibus iterum recurrunt tria »poſteriora diſticha, tanquam integrum epigramma, »cujus in primo verſu ſcriptum τόνδε. Sic etiam ſe res »habet in altero Planudeae codice, ubi male τὸν δέ. In »tertio poſterius epigramma repetitum, ſed cujus pri»mum tantum diſtichon deſcripſit librarius, tempori et

»chartae parcens. Hinc manifeſtum eſt, tria ſequentia »diſticha pro abſoluto epigrammate habita fuiſſe a vete»ribus, et illis contra auctoris mentem librariorum er»rore diſtichon hoc adhaeſiſſe. In hoc autem verſ. 2. »codices omnes et veteres editiones habent ἔχει αὐτήν. »Emendavit Stephanus, parum feliciter. ΑΤΤΗΝ cor»ruptum ex ΑΤΠΗΝ. Tum κτεάνων, quod in libris eſt, »licet ferri poſſet, mutavi in ἀγαθῶν, meliori ſenſu. »Vulgatae lectioni, τἄλλα δὲ τῶν κτεάνων ἔχει πλείονα λύπην, »hoc incommodum ineſt, quod comparationem habeat, »in qua rerum collatarum altera non expreſſa: tum in»utile erat addere τῶν κτεάνων. τἄλλα omnia dicit.“ *Br.* *Stephanus* αὐτὴ dedit. *Ritterſh.* l. c. ἄτην emendavit, quod nec ſenſui bene convenit, et hiatum facit. *Bernardus* autem in Epiſt. ad *Reisk.* p. 445. αὐγὴν conjicit, quod ſplendorem auri (χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ ἅτε διαπρέπει ſecundum *Pindarum*) ſignificet. Saepe quidem confuſa ſunt αὐτὴ et αὐγὴ, (vide *P. Leopard.* III. Emendd. 24.) ſed vide, an contextus ſententiae hanc lectionem ferat. Certe ſic ſenſus exiſtit vehementer ambiguus. Acquieſco itaque in lectione Brunckiana, quamvis parum ſit veriſimile, librarium ἀγαθῶν in κτεάνων mutaſſe.

XXXVII. Vat Cod. p. 495. junctim cum praecedente. Vide not. ad Ep. praec. — Divitem eſſe, qui bonis ſuis utatur; non utentem pro paupere habendum eſſe. — V. 1. τένδε. Vett. edd. omnes. τὸν δέ. *Steph.* — V. 2. *Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit uſus. Horat.* l. XII. Epiſt. 4. quamvis haec paulo diverſa ſententia dicantur. — *Maximianus* Eleg. I. 181. *Quid mihi divitiae, quarum ſi demſeris uſum, Quamvis largus opum, ſemper egenus ero.* — V. 3. ἐν ψήφοις κατατήκεσθαι. Vide ad *Antiphan.* Ep. IV. *Pallad.* Ep. LXXXVII. et ἀθέσπ. CCCCXXXVII. ψήφοις veteres utebantur ad numerandum. Jam in numerando avaris omnis divitiarum uſus continetur. Anacharſis percunctanti cuidam, ad quas res Graeci

auro uterentur, πρὸς τὸ ἀριθμεῖν respondit. *Athen.* IV. p. 159. C. — κατατήκεται. *Immoritur ſtudiis et amore ſenescit habendi.* Horat. I. Epiſt. VII. 85. Avarum deſcribens *Lucian.* in Gallo §. 29. T. VI. p. 335. κατέσκληκεν ἕλος, ἐκτετηκὼς ὑπὸ φροντίδων δηλαδή. et §. 31. p. 338. ὡς δὲ καὶ οὗτος ὑπὸ τῶν λογισμῶν ἐκτέτηκεν ἕλος. — V. 4. ἀεὶ quaedam edd. vett. — ἐν Vat. Cod. Api comparantur, qui in congerendis et comparandis divitiis omne tempus conſumunt. Vide locum *Democriti* laudatum ad Ep. XXVIII. 2. Opponuntur iis οἱ κηφῆνες, ἐκ τῶν ἀλλοτρίων πόνων πιαρατρεφόμενοι. *Liban.* T. IV. p. 828. 14. ed. R. *Crates* Fr. VI. χρήματα δ' οὐκ ἐθέλω συνάγειν κλυτά, κανθάρου οἷον, Μύρμηκός τ' ἄφενος, χρήματα μαιόμενος. Ad ſententiam facit *Theocrit.* XVI. 22. ſqq. — Pro δρεψομένων Vat. Cod. δρεπομένων. Notanda locutio δρέπεσθαι τὸ μέλι, pro τρυγᾶν ſive βλίττειν.

¶. 316.] *XXXVIII.* Cod. Vat. p. 494. Plan. p. 112. St. 163. W. (*Reiz.* nr. XIV.) Vulgus hominum fortunae judicium in amicitia ſequitur. Nota ſunt haec *Ovidii* in Triſt. I. El. IX. 5. *Donec eris felix, multos numerabis amicos; Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris. — Dum ſteterimus, turbae quantum ſatis eſſet, habebat Nota quidem, ſed non ambitioſa, domus. At ſimul impulſa eſt, omnes timuere ruinam: Cautaque communi terga dedere fugae.* Anthol. Lat. III. CVI. 7. *Eſt equidem in laetis nemo non promtus amicus, Ipſa homini adverſis umbra inimica ſua eſt.* Cf. ad *M. Argentar.* Ep. XV. 6. — V. 1. Vulgo μὴ πταίων φίλος. Noſtrum eſt in membr. Vat. — V. 2. σεν. Vat. Cod. σοῦ vulgo. — V. 3. ἂν vulgo. οὐδ' εἷς Cod. Dorvill. — V. 4. »τυχῆς τε ῥοπαῖς »Plan. A tribus Codd., inter quos Vat., abeſt τε. Licet »autem ῥοπαὶ τύχης recte dicantur, praeferenda tamen »lectio, quae in unius cod. contextu, in alterius margine »conſpicitur, τύχης ῥιπῆς " *Dorville.* Ut *aura fortunae*, ſic ῥιπὴ τύχης de fortuna, venti ad inſtar mutabili. De vento hanc vocem uſurpavit *Apollon. Rhod.* I. 1015. ἡ

δ' ἴθεε λαίφεσσι πανήμερος· οὐ μὲν ἰούσης Νυκτὸς ἔτι ῥιπὴ μένεν ἔμπαλιν, ἀλλὰ θύελλαι Ἀντίαι ἀρπάγδην ἐπίσω φέρον. Ap. *Sophocl.* Oedip. Col. 1248. νύχιαι ῥιπαὶ ſunt *venti noctu exorientes.* ἐτέτνει ῥιπαῖς ἐχθίστων ἀνέμων Antig. 137. cf. 933. einde ad ignem transfertur, huc illuc motum. *Apollon. Rh.* I. 1027. ὀξείῃ ἴκελοι ῥιπῇ πυρός. πυρὸς ὁρμῇ ap. *Homer.* Il. λ. 157. De motu alarum *Euripid.* ap. *Clem. Alex.* p. 563. ταῖς ὠκυπλάνοις πτερύγων ῥιπαῖς. Alae Fortunae tribuuntur in illuſtri *Aeſchyli* loco ap. *Stob.* Ecl. Phyſ. T. VII. p. 199. ſq. quem emendare conati ſumus in Exercitt. Crit. I. p. 213. Hoc tamen loco Fortunae cum ventis ſimilitudinem reſpici puto, ut in *Euripid.* Andromeda ap. *Stob* Tit. XCIII. p. 559. νεύει βίοτος, νεύει δὲ τύχα κατὰ πνεῦμ' ἀνέμων. quam imaginem exornavit *Clitomachus* ap. eundem p. 560. τοῖς εὖ παθεῖν ἀντιπνέουσα· ἡ τύχη Ἅπαντα συγχεῖ, πάντα ναυαγεῖν ποιεῖ. Alii fortunae viciſſitudinem cum maris fluctibus, huc illuc ſeſe volventibus, comparaverunt; ut *Hipparchus* ap. *Stob.* CVI. p. 572. πάντα γὰρ ταῦτα ἄστατα καὶ ἀβέβαια εὑρίσκου δίκην. ut nos olim emendavimus in Anim. in Stob. p. 298. ſq. Sed prius idem viderat *T. H.* in Miſcell. Obſſ. T. VI. p. 351. et ad *Lucian.* T. III. p. 400. ed Bip. — συμμεταβαλλόμενα. *Ovid.* I. Triſt. IX. 13. *Mobile ſic ſequitur Fortunae lumina vulgus.*

XXXIX. Cod. Vat. p. 495. Plan. p. 120. St. 174. W. *Stob.* Flor. III. p. 37. 35. Gesn. p. 21. Grot. (*Reiz.* nr. XVI.) Conſiliorum maturitas commendatur. Sententia eſt, ut ap. *Euripid.* Phoeniſſ. 455. οὔτι τὸ ταχὺ τὴν δίκην ἔχει· βραδεῖς δὲ μῦθοι πλεῖστον ἀνύουσιν σαφές. *Theogn.* v. 319. Καὶ βραδὺς εὔβουλος εἶλεν ταχὺν ἄνδρα διώκων. *P. Syrus: Ad poenitendum properat, cito qui judicat.* — V. 2. ἐφελκομένην. Vulgo. Noſtrum eſt in Vat. Cod. In alio *Dorvillii* Cod. eſt ἐφελκομένων. *Salmaſius* merito praetulit ἐφελκομένη. *Dorvillius* autem, qui pronior eſt in vulgatum, ſcribi quoque potuiſſe judicat: ἐφεσπομένην τὴν μετάνοιαν ἔχει.

Praeter haec Epigrammata Cod. Vat. *Luciano* tribuit Ep. *Lucillii* CXVIII. *Palladae* XXII. *Nicarchi* XVII.

LUCILLII EPIGRAMMATA.

¶. 317.] *I.* Vat. Cod. p. 534. Planud. p. 154. St. 224. W. Carpit, ut videtur, dedicationum poëtas, qui poſt magnificum exordium, multisque diis in partes vocatis, puſillae tandem rei dedicationem concelebrant. — V. 1. φιλοστύλυγγι. Notum antrum Athenis ſub acropoli, quod Pan ſe poſt pugnam Marathoniam tanquam ἀριστεῖον accepiſſe gloriatur ap. *Lucian.* Deor. Dial. XXII. 3. Cf. ad *Simonid.* Ep. XXVIII. T. I. P. I. p. 219. — οὐρεσιφοίτοις corrigendum cenſet cl. *Wakefield* in Sylv. Crit. T. II. p. 100. comparans *Diodor. Zon.* Ep. II. ἐναυλακοφοίτοισιν Ὤρῃσις. Quum maſculini forma ſit οὐρεσιφοίτης, femininum in οὐρεσιφοῖτις formandum videtur. Cf. *Fiſcher.* Anim. in Velleri Gramm. gr. T. II. p. 68. — V. 2. ἔνδον. in antro puta: nam antra Nymphis erant pro ſacellis. Cf. *Longum* I. p. 5. ed. Vill. *Philoſtr.* I. Imag. XXIII. p. 796. — Ἀμαδρυάσιν. Vat. Cod. — V. 3. ταῖς πρίν. omitt. Vat. Cod. Flor. et Ald. pr. Primum reperitur in Ald. 2. quam reliquae ſequutae ſunt. Tanquam conjecturam ſuam hoc ſupplementum profert *Opſopoeus.* — V. 4. αὐτὰς omnes edd. vett. usque ad *Stephan.*, qui ex *Opſopoei* emendatione αὐτοὺς dedit. Illud eſt etiam in Vat. Cod. *Wakefield* l. c. αὐτὰς τὰς κύνας, ut elegantius, ponendum exiſtimabat. Ejusmodi elegantiae, a codd. oblatae, minime ſpernendae ſunt; ſed eas poëtis obtrudendas eſſe non puto.

II. Vat. Cod. p. 542. Plan. p. 128. St. 185. W. Aulus, pugil, Jovi Olympico cranium, in certaminibus ipſi comminutum, dedicat; eidemque ſe poſt alias victo-

rias etiam vertebras dedicaturum esse pollicetur. Cf. Ep. XVII. XVIII. XIX.

III. Vat. Cod. p. 170. Plan. p. 439. St. 572. W. Hernioſus imaginem herniae, cujus ope ex undis enataverat, neſcio cui deo dedicat. Cf. *Lucian.* Ep. XIX. — V. 1. 2. profert *Suidas* in ναῦτης T. II. p. 601. ubi Διονύσῳ legitur et ἀνέθηκα. utrumque male. ἀνέθηκεν Vat. Cod.

IV. Vat. Cod. p. 527. *Lucillio* vindicat hoc Epigr., quod in Plan. p. 138. St. 200. W. ἄδηλον eſt. Puer quidam, Grammatico paediconi in diſciplinam traditus, non grammaticam apud eum, ſed turpiſſima quaeque meditatur. — V. 1. „In Planudea p. 200. valde corruptus „eſt hic verſus. Videndus Salmaſius in Plinian. p. 278. „Senſus eſt: *Grammaticus Menander barbam alit, ita ut „Philoſophi Zenonis ipſius ſpeciem referat: huic dicis se „filium suum in diſciplinam dediſſe.*“ *Br.* Vulgo legitur: γραμματικὸς Ζήνων ὃς ἔ. π. Μένανδρον. In Vat. Cod. autem ſic: γραμματικὸν Ζηνωνὶς ἔ. π. Μένανδρον. ex qua lectione fortaſſe ſagaciores veriorem aliquando lectionem elicient. *Joſ. Scaliger* in Not. mſc. corrigit: γραμματικοῦ Ζήνωνος ἔ. π. Μένανδρος. Cf. *Scriverium* ad *Martialem* p. 353. Male ſuam emendationem interpretatur *Scaliger*, contra *Guilandinum* p. 50., de Grammatico Zenone Menandrum legente, et volumen, cui illius poëtae verſus inſcripti erant, mento barbato tenente; contra quam interpretationem disputat *Salmaſius* ad Plin. p. 278. qui ipſe tamen parum feliciter correxit: γραμματικὸς Ζήνων, ὃς ἔχει πώγωνα, Μένανδρος — φησὶ συνιστανέναι. *Grammaticus eſt Zeno barbatus. Huic filium ſe commendaſſe ait Menander.* Nihil vidi inficetius verbis interpoſitis: ὃς ἔχει πώγωνα. φησὶ eſt in Planud. In Vat. Cod. obſcurum eſt utrum φῇς an φησὶ legatur. — *Huetius* p. 15. pro τὸν δὲ legit τὸς δέ. Idem in συνιστανέναι ambiguitatem ineſſe monet; ſignificare enim et *commendaſſe* et *con-*

junxiſſe. Priore ſignificatione hoc verbum uſurpavit *Lucianus* in Scyth. §. 5. T. IV. p. 151. Bip. οὐκ ἔστιν ὅ τι ἂν μεῖζόν σοι καλὸν χαρίσασθαι δυναίμην ἢ συστήσας (fort. σε inſerendum) ἐκείνῳ. *Xenoph.* in Exped. Cyri III. 1. 8. Xenophon cum Sardes perveniſſet, συνιστάθη Κύρῳ, *commendabatur Cyro.* Attigit hanc ſignificationem *Thom. Mag.* p. 824. *G. Budaeus* Comm. Gr. L. p. 695. 11. — V. 3. Vulgo αὐτῇ μελέτῃ οὐ π. οὕτως. Vat. Cod. αὕτῃ μελέτῃ et οὕτως. αὖ τῇ emendavit *Aldus* in Lect. parum feliciter. αὐτὸς μελετῶν *Joſ. Scaliger* in not. mſc. *Brunckius* exhibuit emendationes *Salmaſii.* οὗτος *Huetius.* — In ſequentibus ludicra eſt ambiguitas in vocabulis artis grammaticae ad rem veneream translatis. Similem luſum vide in *Straton.* Ep. XLVIII. — Ceterum vide, an hoc carmen in hunc modum emendari poſſit:

Γραμματικὸς, Ζήνων, ὅσον εἰς πώγωνα, Μένανδρος·
τὸν δ' ὑλὸν τοῦτῳ φὴς σὺ συνεστακέναι·
τὰς νύκτας δ' αὐτὰς μελετῶν αὖ παύεται οὗτος
πτώσεις, συνδέσμους, σχήματα, συζυγίας.

Grammaticus Menander, ſi barbam ſpectas, alius Zeno eſt. Verba ὅσον εἰς proxime abſunt a lectione vulgata et Codd. ὃς ἔχει. *Martialis* in Pannicum cinaedum L. IX. 48. *Democritos, Zenonas, inexplicitosque Platonas, Quicquid et birſutis ſqualet imaginibus, Sic quaſi Pythagorae loqueris ſucceſſor et heres, Praependet mento nec tibi barba minor etc.* — Quod vero ſcripſi v. 4. τὰς νύκτας αὐτὰς, paulo vividius et ad epigrammaticum poſtremi verſus aculeum acuendum haud paulo aptius eſſe videtur. Aſſidui enim ſtudii et nunquam interruptae meditationis laudem expectamus, cum Grammaticum vel *ipſas noctes* puero operam dare audimus. Hanc expectationem lepide fallit carminis exitus.

¶. 318.] *V.* Vat. Cod. p. 537. Planud. p. 130. St. 187. W. In ſenſu hujus carminis exponendo mire hal-

lucinatur *Opſopoeus*. *Brodaeus* intellexit, de paedicone eodemque impudico agi. Poëta ſe rem novam et tantum non incredibilem amicis narraturum eſſe fingit. Oratio interjectionibus et interrogationibus ſaepe interrupta animum vehementi admiratione percuſſum vivide pingit. — V. 1. Noſtisne Gratippum paederaſtam? novam enim rem et mirabilem de eo narraturus ſum. Sed profecto magna in his Nemeſios apparet potentia! — Similis in ſimili re τῆς Νεμέσεως commemoratio ap. *Philipp.* Ep. 1. ἄρτι γενειάζων ὁ καλὸς καὶ στερρὸς ἐρασταῖς Παιδὸς ἐρᾷ Λάδων· σύντομος ἡ Νέμεσις. — V. 3. ἄλλο γένος et τῶν ἑτεροζήλων fortaſſe vocabula fuerunt ex impudicorum illius aevi ſermone, quibus flagitia tecte ſignificabantur. ἑτερόζηλοι ſunt proprie, qui diverſam in philoſophia familiam ſequuntur, tum omnino, qui in aliam partem inclinant. Cratippus, qui olim paedicaverat, nunc cevet. — ἤλπισα τοῦτ' ἂν ἐγώ; *Lucian.* D. D. XXV. 1. T. II. p. 85. πόθεν γὰρ ἂν καὶ ἤλπισα τηλικοῦτον γενήσεσθαι κακόν; *Euripid.* Helen. 662. τίς ἂν τάδ' ἤλπισε βροτῶν ποτέ; — Idem fere color in Carmine *Catulli* LVI.:

O rem ridiculam, Cato, et jocoſam
Dignamque auribus et tuo cachinno!
Res et ridicula et nimis jocoſa.
Deprendi modo pupulum puellae
Truſantem. Hunc ego, ſi placet Dionae,
Protelo rigida mea cecidi.

— V. 5. μανήσομαι. Graviter in re miraculoſa et omnem fere fidem ſuperante, ita ut audientes in ſtuporem et inſaniam conjiciat. Notanda locutio. — λύκοι vocantur paederaſtae, qui pueris inſidiantur. *Strato* Ep. LXXXIX. νυκτερινὴν ἐπὶ κῶμον ἰὼν μεταδόρτιον ὥρην, Ἄρνα λύκος θυρέτροις εὗρεν ἐφεσταότα, Τὸν Ἀριστοδίκου τοῦ γείτονος. ubi vide not. Ut hic tenellum puerum ἄρνα, ſic *Lucillius* piloſum cinaedum ἔριφον appellat. Quamvis ἔριφος ſimpliciter pro pathico uſurpatum fuiſſe videtur; ut in

Ep. ἀδεσπ. XXXVIII. τῆς ὥρας ἀπόλαυε, παραυμάζει ταχὺ πάντα· Ἓν θέρος ἐξ ἐρίφου τρηχὺν ἔθηκε τράγον. Apud *Catullum* XXXVII. 4. *hircus* eſt, qui ſe virum praeſtare nequit.

VI. Ammiano hoc carmen tribuitur in Plan. p. 187. St. 273. W. *Lucillii* nomen inſcriptum habet in Vat. Cod. p. 529. Scriptum eſt in philoſophum in turpi flagitio deprehenſum. Cf. *Luciani* Icaromen. §. 21. T. VII. p. 30. ſq. ed. Bip. — V. 1. ἀδάμας. *Virtutis verae cuſtos rigidusque ſatelles. Horat.* I. Epiſt. I. 17. qualem *Pſeudo-Gallus* Eleg. I. 74. *caſto pectore durum* vocat. Sed noſter ſimilis erat illi ap. *Juvenalem triſti obſcoeno*, qui

caſtigat turpia, cum ſit
Inter Socraticos notiſſima foſſa cinaedos.

Sat. II. 9. Qualis apud eundem v. 21. Sextus, quem iis annumerat, qui perditos ſeculi mores — *verbis Herculis invadunt et de virtute locuti Clunem agitant* —, talis etiam ille erat, quem *Lucillius* notat, nec tamen nomine appellat. Perperam enim bonus *Opſopoeus* in Cynicum *Adamanta* haec ſcripta exiſtimabat; et ſecum in errorem induxit *Fabricium* Bibl. Gr. T. III. p. 512. ed. *Harl.* Ferro et adamanti dicuntur ſimiles, qui nullum humanitatis ſenſum habere videntur, ſive natura eum illorum animis non inſeverit, ſive diſciplina exſtinxerit. *Ovidius* ex Ponto XII. 31. *Quae niſi te moveant, duro tibi pectora ferro Eſſe, vel inducto clauſa adamante putem.* Cf. Heroid. II. 137. quae ducta ex Pindarico fonte ap. *Athen.* XIII. p. 601. C. ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδάρου κεχάλκευται Μέλαιναν καρδίαν, quem multi expreſſerunt, docente *Wyttenb.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 69. Homines aenei aevi ἀδάμαντος ἔχον κρατερόφρονα θυμόν, ſecundum *Heſiod.* in Ἔ. κ. Ἡ. 147. unde fortaſſe *Apollon. Rh.* II. 231. οὐδ' εἴ οἱ ἀδάμαντος ἐληλαμένον κέαρ εἴη. Plura hujus generis collegit *Rittersh.* ad *Oppian.* III. Cyneg. 240. p. 107. —

V. 2. *βιγόμαχος*. Vat. Cod. In Ed. pr. Fl. et Ald. *βιγομάλας*, quod quamvis emendatum in Aldi Lect. tamen etiam in Aldina 3. reperitur. Vix alibi occurrit hoc vocabulum, quod recte accepit *Brodaeus*, qui *Lucillium* respicere existimat ad Diogenis Cynici exercitationes, statuas nive perfusas amplectentis; (vide *Diogen. Laërt.* VI. 23. p. 327.) quam ejus vanitatem et ostentationem plures exagitarunt, quos vide ap. *Gatackerum* ad *M. Antonin.* I. p. 6. Erant autem Cynici *βιγομάχοι* etiam eo, quod simplici tunica induti et sub divo plerumque agentes coeli inclementiam contemnere videbantur. Cf. Nostri Ep. XXX. 2. — V. 3. *κρειττὲς εἰπεῖν*. Idem color in Lusibus nr. XXXIV. *Turpe quidem factu; sed ne tenuigine rumpar, Falce manu posita, fiet amica manus.* — V. 4. *Ἔργα κακοστομάχων*. In hoc vocabulo interpretando in diversa abeunt interpretes. *Brodaeus* Cynicum nostrum crapulam vomuisse existimabat; quod, quamvis turpe philosopho, vix tamen flagitiosum videri poterat. Hanc ob causam magis accedo *Opsopoei* sententiae, os eum sibi polluisse putantis; nec aliam interpretationem probasse *Jos. Scaligerum* apparet ex ejus conjectura in not. msc. et ap. *Huetium* p. 20. prolata, *κακοστομάτων*. Sed hanc vocem linguae indoli repugnare monuit doctissimus praesul; et dicendum fuisset *κακοστόμων*. Nihil mutandum videtur. Ἔργα κακοστομάχων ποιεῖν proprie dicuntur, qui, cum stomacho ciborum copia gravato laborant, digito palatum titillantes vomitum excitant. Hinc ad rem turpissimam significandam adhibitum. Maxime huc facit *Martialis* IX. Ep. XXVIII. in Chrestum:

Curios, Camillos, Quinctios, Numas, Ancos,
Et quidquid usquam legimus pilosorum,
Loqueris, sonasque grandibus minax verbis,
Et cum theatris seculoque rixaris.
Occurrit aliquis inter ista si draucus
Jam paedagogo liberatus, et cujus

Refibulavit turgidum faber penem:
Nutu vocatum ducis, et pudet fari (ἐπεσπὲς εἰπεῖν),
Catoniana, Chreſte, quod facis lingua.

VII. Cod. Vat. p. 537. *Lucillii* nomen adſcriptum habet. In Planud. p. 130. St. 188. W. ἄδηλον eſt. Scriptum videtur in impudicum, qui, ut ſuſpicionem nefandae libidinis effugeret, uxorem duxit; ſed fruſtra. — V. 1. φεύγων τὴν ὑπόνοιαν. Moechus ad maritum ap. *Juvenal.* IX. Sat. 86. *Jam pater es; dedimus, quod famae opponere poſſis.* — V. 3. διὰ τῆς ἀγορᾶς. ut nemo non ſciret; ut ille ap. *Horatium* I. Ep. VI. 59. *qui mane plagas, venabula, ſervos Differtum transire forum populumque jubebat.* — V. 3. αὔριον. mox puer mihi naſcetur, dixit hominibus in foro congregatis.

VIII. Cod. Vat. p. 535. Planud. p. 140. St. 203. W. Luſus in vocabulis δριμὺς et δρῖλος. *Gloſſ.*: *Verpus.* δρῖλος. καὶ ὁ μέσος δάκτυλος τῆς χειρὸς, λέγεται δὲ καὶ ὁ λεπτόδερμος. quam gloſſam excitavit, una cum hoc diſticho, *Salmaſ.* ad Scr. H. Aug. Tom. I. p. 553. Hieronymus, qui olim δριμὺς, ſeverus et moroſus, videri volebat, repente δρῖλος factus eſt, et illius priſtinae conditionis nihil niſi priorem ſyllabam ſervavit. Δρῖλος autem h. l. hominem libidinoſum, ſive non tam hominem quam Priapum ſignificat. Qui e vitreo Priapo potabant, *Drilopotae* appellabantur, ſecundum *Schol. Juvenal.* II. 93. Qua ratione *Lucillius* noſter Hieronymum appellat δρῖλον, eadem *Catullus* Piſonem ſalaciſſimum *verpum Priapum* vocavit Carm. XLVII. 3. Nihil hîc viderunt interpretes. In not. mſc. *Caſauboni* nomini Ἱερώνυμος appictum ἀπώνυμος; quod ſi cum metro ita conciliaveris, ut ſcribas: τοπρόσθεν ἀπώνυμος εἶναι, arguta exiſtet lectio, auctore ſuo minime indigna. Tum hominis nomen erat *Drimys*, qui etiam mores δριμεῖς ſimulabat. Elegantem uſum vocabuli ἀπώνυμος, quo hominem ſui nominis ſignificat, illuſtravit *Salmaſius* ad Script. Hiſt. Aug. T. I.

p. 553. et *Abreſch.* in Lect. Ariſtaen. p. 70. — In Vat. Cod. ἱερώνιμος et γέγονεν legitur.

IX. Vat. Cod. p. 544. Planud. p. 138. St. 200. W. „Εἰς γραμματικὸν κεραςφόρον. ut gallice dicimus *cornard.* „Recte in Vat. membr. iſtud lemma huic diſticho prae„fixum, quod in Planudea translatum eſt ad alterum, „quod eſt infra XLIX. quo non pertinet.“ *Br.* Quaeſitum eſt, quando adulterae mariti κεραςφόροι dici coeperint. Jam *Artemidori* aetate cornua in proverbium abierant, cujus haec ſunt in Onirocr. II. 11. ὅτι ἡ γυνή σου πορνεύσει καὶ τὸ λεγόμενον κέρατα αὐτῷ ποιήσει. Duobus digitis corniculorum ad inſtar erectis aliquem deridere (ὑβρίζειν κεραταρίων δείξει) vetabatur legibus Longobardicis, ut docuit *Salmaſius* ad *Tertull.* de Pall. p. 338. ubi noſtrum diſtichon excitavit. Fallitur *Voltarius*, qui cornua a mulierum mitellis (*cornettes*) derivabat *dans les Queſtions ſur l'Encyclop.* v. *Adultère.* Fortaſſe cornua, quae potentiae et dominationis ſignum fuiſſe conſtat, (v. *Wetſten.* ad N. T. I. p. 656.) per ludibrium tribuebantur viris, qui nihil non perferebant ab uxoribus. Ceterum vide *Menagium* in Origin. Gall. v. *Corne. Spanhem.* de Uſu et Pr. Num. VII. p. 402. *Fabric.* ad *Sext. Empir.* I. p. 122. — V. 2. πολλῆς. Vat. Cod. — Ceterum haud ſcio, an huic diſticho occaſionem dederit dictum Diogenis Cynici ap. *Laert.* VI. 27. p. 329. τοὺς γραμματικοὺς ἐθαύμαζε, τὰ μὲν τοῦ Ὀδυσσέως κακὰ ἀναζητοῦντας, τὰ δὲ ἴδια ἀγνοοῦντας.

¶. 319.] *X.* Cod. Vat. p. 520. Plan. p. 127. St. 183. W. In Cleombrotum pugilem, qui poſtquam ab arte vacare coeperat, graviores plagas ab uxore pertulit, quam quondam ab adverſariis in certaminibus. — V. 1. κατέλυσε Eodem ſenſu Ep. XLIII. et ap. *Xenoph.* Hiſt. Gr. VI. 3. 16. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐκείνους ἔγωγε ἐπαινῶ, οἵτινες ἀγωνιστὴ γενόμενοι, καὶ νενικηκότες ἤδη πολλάκις καὶ

δόξαν ἔχοντες, οὕτω φιλονεικοῦσιν, ὥστε οὐ πρότερον παύονται, πρὶν ἂν ἡττηθέντες τὴν ἄσκησιν καταλύσωσιν. quem locum cum aliis quibusdam protulit *Bud.* Comm. Gr. L. p. 071. Attigit etiam hanc significationem *Gataker.* ad *M. Anton.* L. IV. p. 133. D. *Scholiast. inedit.* in Cod. Laſcaris ap. Iriarten: κατέλυσε. κατέστρεψε καὶ τέλος ἐπέθηκε τῷ πυκτεύειν. πληγῶν ἴσθμια. ἰσθμίων καὶ νεμέων πληγάς. μετάθεσις. De meretricula, quae amatores habere deſierat, *Machon* ap. *Athen.* XIII. p. 581. C. καταλελυκυίας τῆς Γναθαινίου σχεδόν. Hoc ſenſu *Horat.* I. Epiſt. I. 8. *Solve ſeneſcentem mature ſanus equum.* i. e. miſſionem da, κατάλυε. — Cum uxorem duxiſſet, Iſthmica ſibi et Nemea certamina renovata vidit, plagas ab illa accipiens, quales olim Olympiae. γραῦν τύπτουσαν Ὀλύμπια, i. e. κατὰ τὸν ἐν Ὀλυμπίοις νόμον. — V. 3. „καὶ τὰ „παρ' αὐτῷ. Sic Vat. Cod. Planudeorum optimus καὶ παρ' „αὐτῷ. Scribendum videtur: καὶ τὰ παρ' αὐτῆς. ſcil. τῆς „γαμετῆς.“ *Br.* Vulgo: καὶ παρ' ἑαυτῷ. Emendationis neceſſitatem non video. τὰ παρ' αὐτῷ ſunt domeſtica illa mala, quae ipſi jam magis terribilia videntur, quam ſtadium. Illis malis autem conjugem ſignificari rixoſam et plagoſam, ſponte apparet. — V. 4. φρίσσων. Vulgo et in membr. Hoc ſi verum eſt, diſtinguendum in fine v. 2. poſt Νέμεα, et jungenda verba, φρίσσων γραῦν καὶ τὰ παρ' αὐτῷ μᾶλλον ἢ —. — V. 5. ἂν γὰρ ἀναπνεύσῃ. ſimulatque reſpiraverit, vapulat. δέρεται. (vitioſe Vat. Cod. δέρκεται.) *Ariſtoph.* Veſp. 483. ἢ δέδοκταί μοι δέρεσθαι καὶ δέρειν δι' ἡμέρας. *Schol.* τύπτεσθαι. Gemina autem ſignificatione hoc vocabulum accipiendum eſſe monuit *Huetius* p. 14. altera *vapulandi*, *glubendi* altera. Cf. *Ariſtoph.* Lyſiſtr. v. 741. et 952. Eadem eſt ambiguitas in verbo σποδεῖν, quod facete uſurpavit cum ſimilibus *Ariſtophan.* Nub. 1379. κἄπειτ' ἔφλα με, κἀσπόδει, κἄπνιγε, κἀπέτριβεν. quae omnia ſunt ex verborum gloſſario. Idem Eccleſ. 1007. ἔδοξε ταῖς γυναιξὶν; ἦν ἀνὴρ νέος Νέας ἐπιθυμῇ, μὴ

σποδεῖν αὐτὴν, πρὶν ἂν τὴν γραῦν προκρούσῃ πρῶτον. *Schol. Theocrit.* V. 118. ὁ διεπότας σου ἐήσας σε ἐπάγιζεν, ἐμβλυνεν. ὅπερ δηλοῖ τὸ ἐκάθηρε καὶ ἐξέδειρε. καὶ Ἀριστοφάνης· σπόδει τὰς πλευρὰς καὶ ἐκάθηρε. — V. 6. τὰς πληγάς. Etiam hoc ad Veneris palaeſtram referendum videtur. Mania, meretrix, duobus athletis morem gerens, μαθεῖν, inquit, αἰσθέσθαι θ' ἅμα Ὀλυμπιονικῶν νυκτὸς ἀθλητῶν δυεῖν πλη-γὴν . . . . τί δύναταί ποτ' ἥθελον, ſecundum *Machonem* ap. *Athen.* XIII. p. 578. F. — ἀποδιδόναι dicitur pugil, qui adverſario plagas rependit; et maritus, qui uxori debitum ſolvit. Miſerum autem Cleombrotum nihil juvabant commodi mores; vapulabat enim, ut officium faceret, et ubi id fecerat, nihilominus vapulabat.

XI. Vat. Cod. p. 520. Plan. p. 127. St. 184. W. In pancratiaſten, in omnibus quinquertii exercitiis mira facilitate et celeritate ſuperatum. Certabatur autem in πενταθλῳ luctа, curſu, diſco, ſaltu, jaculo. Cf. Ep. ἀδέσπ. CCCCLIV. — V. 2. ὅλως. Vulgo et in Vat. Cod. qui etiam ſq. verſ. μὲν γὰρ, ut Plan. habet. — οὐδ' ἤγγισα, τῷ ὄρῳ ſcil. longo intervallo a meta diſcus cecidit. In antiq. edd. ἔγγυσα legitur. Primus *Steph.* ἤγγισα dedit. — V. 5. κυλλός. manu diſtorta, luxata et inutili inſtructus. Vide *Foeſium* Oecon. Hipp. p. 220. ſq. *Alberti* Obſſ. philol. p. 109. ſq. et *Weſtſten.* ad N. T. I. p. 425. — ἠκόντιζον Vat. Cod. quod neſcio quomodo probabat *Salmaſius* in not. mſc. ſed ferri nequit. Notandum ἄμεινονα, pluralis pro ſingulari. Vide tamen, an corrigendum ſit:

κυλλὸς δ' ἠκόντιζ' ἂν ἄμεινον.

— V. 6. „πεντετριαζόμενος. Lepide verbum finxit Lucil„lius, de eo, qui in omnibus quinquertii certaminibus „victus fuerat.“ *Br.* Τριάζαι et ἀποτριάζαι dicebatur, qui in luctae certamine adverſarium ter dejecerat; quod qui fecerat, victor cenſebatur. Vid. *Fabr.* Agoniſt. I. c. 27. et *Salmaſium* ad Solin. p. 206. Hinc paſſim

ductae metaphorae et comparationes, quas docte perſequitur *Spanhem.* ad *Juliani* Or. I. p. 261. ſqq. Quaedam addidit *Wyttenbach.* in Bibl. Crit. T. III. 2. p. 61. ſq. Cf. Noſtr. Ep. XX.

XII. Cod. Vat. p. 519. Plan. p. 126. St. 182. W. In pugilem plurimis, quas in certaminibus acceperat, plagis plane deformatum. — V. 1. Ὀδυσσέως. Vat. Cod. Reſpicitur locus celeberrimus in Odyſſ. ρ. 291. ſqq. — V. 4. οὐ κυσὶν, ſubintell. μόνον. Optime haec expreſſit *Grotius: De cane quid dicam, patria noſſe nequit.* — V. 5. ἦν ἐθέλῃς δὲ πε. Sic vulgo. In Vat. membr. eſt τὸ πρόσωπον. unde ſcribendum videtur:

ἦν δ' ἐθέλῃς τὸ πρόσωπον ἰδεῖν.

— ἑαυτοῦ, pro σεαυτοῦ, perſonarum commutatione paſſim obvia. Vide *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. I. 21. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 159. et, qui multa exempla laudat, *Fiſcher.* in Anim. ad Velleri Gramm. T. II. p. 237. ſqq. — V. 6. οὐκ εἰμί. *Epigon. Theſſ.* Ep. II. οὐ μὰ Κύπριν — γνώριμος οὐδ' αὐτῇ Λαΐδι Λαὶς ἔτι.

XIII. Cod. Vat. p. 520. Λευκιλλίου. Plan. p. 128. St. 185. W. *Luciano* tribuit. In Androleum, pugilem, qui in omnibus fere Graeciae certaminibus partem ſui reliquerat. — V. 3. ἔσχον. In ſtadio Olympico alteram aurem reliqui. Nihil fere magis expoſitum plagis quam pugilum aures, quas tamen tueri ſolebant ἀμφώτιδα, de quibus quaedam monuit *Adr. Turneb.* in Adverſ. XXIV. 28. et *Deſid. Heraldus* Animadv. ad Martial. VII. 31. p. 139. Propter aures contuſas ὠτοβλαβεῖς appellabantur pugiles. *Diogen. Laert.* V. 67. ubi quaedam notavit *Menagius* p. 218. quibus adde *Winkelmann.* Monim. inediti p. 76. — Πλαταιαῖς. Ludi gymnici Plataeae celebrabantur, quos commemorat *Strabo* IX. p. 412. Vocabantur Eleutheria in honorem Jovis Eleutherii, cui Graeci poſt Perſas devictos templum exſtruxerant.

Pauſan. IX. 2. p. 715. *Plutarch.* Vit. Ariſtid. T. I. p. 331. E. F. — ἐν βλέφαρον. Pollux in certamine cum Amyco ap. *Theocrit.* XXII. 104. μέσσας βινὸς ὕπερθε κατ' ὀφρύος ἤλασε πυγμὴν, Πᾶν δ' ἀπέσυρε μέτωπον ἐς ὀστέον. — ¶. 320.] V. 5. Vulgo κορύσσετο. quod emendatum eſt ex Vat. Cod. unde etiam ὅσαν, ἀγωνισάμαν et Πίσῃ, pro ὅσην, ἀγωνισάμην et Πίσσῃ receptum eſt. Lectionem καρύσσετο expreſſit *Grotius*, cujus tamen hoc loco parum perſpicua interpretatio:

Damoteles mihi praeco pater, cum plebe, quiritans,
Ut mutilus, ſi non mortuus, eriperer.

Verba ſic potius accipienda: Damoteles per praeconem flagitabat, ut filius ſibi traderetur aut ſepeliendus aut, ſi adhuc ſpiraret, curandus. Reſpicitur enim, quod *Dorvillius* monuit (ad *Luciani* Ep. XXI.), ad morem in proelio occiſos per praeconem ad ſepulturam poſcendi. Junge Δαμοτέλης σὺν πολίταις, quaſi communi populi conſilio Androleum repetiverit pater. Feſtive autem poëta de certamine in ſtadio tanquam de proelio loquitur. — V. 6. ἄραί μ' ἐκ vulgo. Praepoſitionem omittit Vat. Cod. — πολήτῃ. Ed. Fl. pr.

XIV. Vat. Cod. p. 520. Λευκιλλίου. In Plan. p. 128. St. 185. W. hoc quoque *Luciani* eſt. (Ep. *Luciani* nr. XX. ed. R.) Apidi pugili ſtatuam poſuerunt ejus adverſarii, gratiam ei referentes, quod nullum eorum unquam vulneraverit. — V. 2. »Ἄπιν οὐδένα. Sic libri »omnes, quorum conſenſus facile me ad credendum in»ducit, ita fuiſſe a poëta ſcriptum et pronuntiaſſe vete»res Ἄπινν. Nam in promtu erat ſcribere μηδένα, ſi illo »modo verſus non conſtitiſſet. Simile eſt illi, quod ob»ſervavi ad Lucian. Ep. VI.« *Br.* μηδένα ſcribendum putabat *Dorvillius.*

XV. Cod. Vat. p. 520. Plan. p. 127. St. 184. W. In Eraſiſtratum ſtadiodromum tam tardum et fere immobilem,

lem, ut ne terra quidem commota eum movere posset. Conf. Ep. XCV. — σταδίην. Vix sincerum, nullum tamen editorum Anthologiae advertit. σταδίῃ legendum videtur cum *Jos. Scaligero*, qui hanc emendationem Aldinae allevit.

XVI. Cod. Vat. p. 520. Planud. ibid. In Marcum stadiodromum mire tardum. — V. 1. νύκτα. Quum de die currere coepisset, usque ad mediam noctem cucurrit, ita ut, stadio clauso, Marcus ibi relinqueretur. — νύκτα ποιεῖν, ut ποιεῖν ἡμέρας, *dies transigere*, passim. Exempla vide ap. *Wetsten.* N. T. Matth. XX. 12. — V. 2. πάντοθεν. Vat. Cod. — V. 3. δημόσιοι. publici ministri, quibus id mandatum erat. — κεῖσθαι ἔδοξαν ὁπλίτην τινὰ τῶν λιθίνων. stadiodromi signum ex marmore ibi positum esse arbitrabantur; non movebatur enim. — V. 5. καὶ τί γάρ; Recte *Scaliger* correxisse videtur in not. msc. καὶ τόγ' ἄρ' εἰς, nisi malis καὶ τόδ' ἄρ' — στάδιον scil. Stadio proximo anno aperto Marcus totum adhuc stadii spatium a meta abesse inventus est. — εἰς ὥρας. Vide *Casaubon.* ad Athen. L. II. p. 112. — V. 6. τῷ σταδίῳ στάδιον. Ex Vat. membr. palmaria haec lectio in textum venit, pro vulgari τῷ σταδίῳ δίπλεθρον, quae esset tertia pars stadii. Hoc posuisse videtur *Planudes*, cui absurdum videbatur, quod Marcus post cursum totius anni ne pedem quidem promovisset. At ejusmodi narrationibus probabilitatis speciem concillare velle, putidum sane. Quin omnis earum lepor in hyperbole et τῷ ἀδυνάτῳ positus est.

XVII. Cod. Vat. p. 519. Plan. p. 126. St. 182. W. Pugil ita deformatus, ut nemo eum agnosceret, patria haereditate privatus narratur. — V. 1. „οὗτος ὁ νῦν „τοιοῦτος. *quem talem nunc vides.* Sic recte Vat. Cod. „Planudeae excusi libri οὗτος ὁ νῦν βέλτιστος. Sed vox „illa βέλτιστος a quatuor quos inspexi codicibus abest, „a Florentina et Ald. 1. Eam inseruit Aldus ad fulcien-

„dum versum in editione secunda. Potuisset etiam παν-„άριστος, quod conjecerat vir doctus ad marginem „exemplaris Florentinae, aut αἴσχιστος. Sed jam con-„jecturis non est opus.“ *Br.* — In exitu versus εἶχε τὸ πρόσθεν. *Opsopoeus* lacunam sic implebat: οὗτος ὁ νῦν μὲν πυγμός. — V. 3. ἀπογραψ. πύκτης. in pugilum numerum receptus. *Aeschines* Epist. XI. p. 690. ed. R. ὥσπερ ἂν εἴ τις Ὀλυμπιάσι νικήσας πολλάκις, ὕστερον γέρων ὢν ἀπογράφοιτο ἔτι καὶ προκαλοῖτο τοὺς ἀντιπάλους. quae ducta sunt ex *Xenoph.* Hist. Gr. VI. 3. 16. cujus verba supra laudavimus ad Ep. X. Cf. *Bud.* Comm. Gr. L. p. 817. — V. 4. μηδὲ τὸ λ. τὸ μ. Vat. Cod. — V. 5. Pro αὐτοῦ Ald. 2. αὐτὸς legit. — In quodam cod. παρελήλυθεν scriptum fuisse notat *H. Steph.* — Ne frater quidem Olympicum agnoscebat. Ap. *Valer. Flacc.* IV. 241. Amycus Polluci minatus, *Haud tibi pulcrae*, ait, *Manserit hoc ultra frontis decus, orave matri Nota feres.* ubi vulgata lectio quam temere impugnetur a *Burmanno*, qui *tota feres* corrigendum censebat, ex his in pugiles carminibus clarissime apparet.

XVIII. Cod. Vat. p. 519. Plan. p. 126. St. 183. W. Apollophanis pugilis caput cum κοσκίνῳ comparat *Lucilius*, ut *Plautus* in Mostell. I. 1. 52. *O carnificum cribrum, quod credo fore, Ita te forabunt patibulatum per vias Stimulis.* ubi vide *Taubmann.* — V. 2. σιτοκόπων βυβλαρ. Vat. Cod. et in edd. vett. usque ad *Ascensium.* quod qui interpretari conati sunt, operam frustra insumserunt. Etiam *Jos. Scaliger* σιτοκόπων sive ex ingenio emendavit, sive hanc lect. ap. Stephanum repertam assensu suo probavit. Comparat poëta Apollophanis caput inferiori membranae, cui volumen incumbit, a tineis ubique corrosae et pertusae. *Alciphr.* I. Ep. XXVI. p. 104. εἶτα καταλαμβάνω πρεσβύτην — χάρτην ἀρχαῖόν τινα, σαπρὸν τὰ τῷ χρόνῳ, ὑπὸ κέρκων καὶ σητῶν ἡμίβρωτον διὰ χειρὸς ἔχοντα. *Synesius* Epist. CXXXIII. τεκμαίρομαι δὲ αὐτὴν εἶναι

παμπάλαιον, τῷ τε θριπηδέστατον γεγονέναι καὶ τῷ συγκεχῦσθαι τὰ πλείονα τῶν γραμμάτων. Recte autem σητοκόποι. Tineae membranas perforantes eas κόπτειν dicuntur. *Lucian.* T. III. p. 99. indoctum quendam hominem ait libros veteres nulla alia re a recentioribus discernere poſſe ait, εἰ μὴ τῷ διαβεβρῶσθαι καὶ κατακεκόφθαι αὐτὰ — καὶ συμβούλους τοὺς σέας (i. e. σῆτας) ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν παραλαμβάνειν. *Ariſtoph.* Lyſiſtr. 731. οἶκοι γάρ ἐστιν ἔρια μοι Μιλήσια ὑπὸ τῶν σέων κατακοπτόμενα. — ¶. 321.] V. 3. μυρμήκων. formicarum cuniculis ſurſum deorſum vergentibus percribratum caput. *Scholiaſtes* notavit, verborum eſſe luſum. μύρμηκες enim vocantur οἱ πυκτικοὶ ἱμάντες ap. *Heſych.* et *Polluc.* III. 150. cujus appellationis ratio repetenda eſt inde, quod τὰς σάρκας διακόπτουσι καὶ ἀναλίσκουσι, ut *Heſychius* ait in v. χειροβρῶτι δεσμῷ. Simili translatione *Ariſtophanes* mollia illa et multis flexionibus variata Agathonis μέλη in Theſmoph. v. 106. μύρμηκος ἑρπετοὺς appellat. Hinc emendandus *Pherecrates* comicus in nobiliſſimo de veteri muſica loco ap. *Plutarch.* T. II. p. 1142. A. ubi de Timotheo Mileſio conqueſta Diva Muſica,

Κακά μοι πέρσεχεν οὗτος, ait, πάντας, οὓς λέγω,
παρελήλυθεν, ἄγων ἑπτακίτους μυρμηκίνας.

Vulgo ſine ſenſu: παρελήλυθ' ἄγων ἑπτακέλους μ. — V. 4. γράμματα. vulnera ſignis ſimilia, quibus muſici cantum notabant, quorum ſpecimen dedit *Marpurg. Geſch. der Muſik.* p. 192. ſqq. poſt *Burettum* dans les Mém. de l'Academ. des Inſcr. T. V. p. 185. — V. 5. Ceterum nihil tibi in poſterum timendum erit; nam licet novis plagis afficiaris, iis tamen, quae habes, vulneribus aliud adjici non poterit. Similis hyperbole in *Archiae* Ep. II. ὁπλίζευ, Κύπρι, τόξα, καὶ εἰς σκοπὸν ἥσυχος ἰλθὲ Ἄλλον· ἐγὼ γὰρ ἔχω τραύματος οὐδὲ τόπον.

XIX. Cod. Vat. p. 519. Planud. p. 139. St. 203. W. De eodem fortaſſe Olympico, cujus deformatam faciem

descripsit Ep. XVII. — V. 1. *βύγχος* iterum pro ore Ep. XXXV. In contumeliam sic dici, sponte apparet. Vide *Intrpp. Thom. Mag.* p. 787. — V. 2. *Opsopoeus ἰνόρει* (fortasse *ἰνόρα* volebat) legit, vertitque *inspice.*

XX. Cod. Vat. p. 548. Plan. p. 128. St. 185. W. Historia de Milone, qui, cum quondam adversarium in certamine non invenisset, coronam accepturus in terram collapsus est. — V. 1. *μόνος.* cum nemo fortasse ausus esset cum eo congredi. Qui sic coronabantur, palmam sine pulvere, *ἀκονιτὶ*, dicebantur accipere. *Horat.* I. Epist. I. 49. *Quis circum pagos et circum compita pugnax Magna coronari contemnat Olympia, cui spes, Cui sit conditio dulcis sine pulvere palmae?* Ejusmodi victoriae exemplum profert *Pausan.* VI. p. 478. ubi Dromeum quendam Mantinensem primum *τοῦ παγκρατίου τὴν νίκην ἀκονιτὶ λαβεῖν* narrat. — V. 3. *ἐπισεισεν.* Vat. Cod. — V. 5. *ἀντέκραγεν.* Vat. Cod. — *οὐχὶ τρὶ' ἔστιν. Brodaeus*, qui hunc locum perperam accepit, *ἔστην* suspicabatur, et secum in errorem traxit *Potterum* in Archaeol. II. 21. p. 411. ed. *Gronov.* Verum sensum aperuit *Salmasius* ad *Solin.* p. 206. *Lapsus quidem sum*, Milo ait, *sed ter dejiciar necesse est, ut palmae mihi abjudicetur honor.* Cf. *Brunck.* ad *Aristoph.* Nub. v. 126. et quae notavimus ad Ep. XI. — V. 6. *βλεττω.* Vat. Cod. *P. Faber*, qui loca de Milone diligenter collegit in Agonist. I. 27. (*Gronov.* Thes. VIII. 1903.) verba, *τἄλλα μέ τις βαλέτω*, eo refert, quod nullus impetus Milonem de loco, ubi semel pedes fixisset, dimoveri potuerit. *Philostrat.* Vit. Apoll. IV. 28. p. 168. ubi vide *Olearium.*

XXI. Vat. Cod. p. 536. Planud. p. 155. St. 226. W. — V. 2. *πέτεσθαι* dicuntur cursores pedum pernicitate praestantes, ut Ladas in Ep. *ἀδεσπ.* CCCXII. *Λάδας· τὸ στάδιον εἴθ' ἥλατο, εἴτε διέπτη, Δαιμόνιον τὸ τάχος, οὐδὲ φράσαι δυνατόν.* Sed Eutychides noster in stadio tardissimus erat;

ubi autem ad coenam properabat, celerrimus. Jam paraſiti τρεχέδειπνοι appellabantur, quod nomen Clearcho Sophiſtae adhaeſiſſe narrat *Athen.* I. p. 4. A. Eosdem πέτεσθαι dicebant. Ut *Antiphanes* ap. *Athen.* I. p. 4. F. οὗτοι δὲ τὰ δεῖπνα τῶν ἐν τῇ πόλει ἀφορῶσι καὶ πέτονται δεξιῶς ἐπὶ ταῦτα ἄκλητοι. *Alexis* ap. eund. IV. p. 165. A. Χαιρεφῶν ἄκλητος, ἤδη γὰρ πέτεται διακόντιος. Hi et ſimiles Comicorum loci obverſabantur *Libanio* in Oratione Paraſiti T. IV. p. 152. 13. ed. R. τὴν διὰ τῶν ποδῶν ἀτιμάσας δίκοντιαν, καίτοιγε πολλάκις οἶδα πτηνῷ παρεικασθείς, ὅτε καιρὸς ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλει, τρέχειν ἐπονόησα κατὰ τοὺς Μήδων κλαζόνας.

XXII. Cod. Vat. p. 536. Plan. p. 155. St. 225. W. Eutychides ab Aulo ad coenam invitatus, nihil ibi ciborum reliquit, omnia ſervis pone ſe ſtantibus domum auferenda tradens. Tangit *Lucillius* morem illorum temporum, pueris a tergo dapium reliquias porrigendi. *Lucian.* Conv. Lapith. T. III. p. 425. Ὁρᾷς τὸν γέροντα, ὅπως ἐμφορεῖται τῶν ὄψων — καὶ ὅσα τῷ παιδὶ κατόπιν ἑστῶτι ὀρέγει, λανθάνειν οἰόμενος τοὺς ἄλλους. In ſplendidioribus epulis parata erant fercula, quae domini accumbentes ſervis traderent, ut in Carani nuptiis ap. *Athen.* IV. p. 128. D. καὶ ἕκαστος λαβὼν σὺν αὐτῷ πίνακι τοῖς κατόπιν διεδίδου παισίν. —. V. 3. Nunc Eutychides quidem domi laute coenat, Aulus autem, non invitatus ab Eutychide, eſurit. — ξηροφαγεῖ καθίσας. *Theocrit.* Eid. I. 51. πρὶν ἢ ἀκρέατιστον ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ. Argutius *Martialis* in ſimili re L. II. 37.

Quicquid ponitur, hinc et inde, verris:
Mammas ſuminis imbricemque porci,
Communemque duobus attagenam,
Mullum dimidium, lupumque totum,
Murenaeque latus, femurque pulli,
Stillantemque alica ſua palumbum.
Haec cum condita ſunt madente mappa,

Traduntur puero domum ferenda.
Noc accumbimus otiosa turba.
Ullus si pudor est, repone coenam;
Cras te, Caeciliane, non vocavi.

Conf. L. VII, 20.

¶. 322.] *XXIII.* Vat. Cod. p. 508. »Epigramma »hoc, quo caret apograph. Buherianum, edidit ad Hiſtor. »Aug. et illuſtravit *Salmaſius* T. II. p. 819.« *Br.* Epicrates cum magna puerorum turba ad coenam venerat. Quibus cum plurimam ciborum partem porrigeret, ita ut ceteris convivis nihil relinqueretur, *Lucillius* optat, ut ſervi locum cum convivis commutent. — V. 1. τραγωδὸν οὐδὲ χοραύλην. qui magno hominum grege ſtipati incedunt. Poetae tragici hiſtrionum gregem, quem ὄλκαδον appellabant veteres, (vide *Iſtrum* Vita Soph. p. X. ed. *Br.* et *Pierſon.* ad *Moer. Attic.* p. 186.) ſibi addictum habebant; qua de re non protrita dedit *Boettigerus* in Proluſ. *Quid ſit docere fabulam.* p. 7. ſq. Choraulae dicebantur, qui ad chori carmina tibiis canebant. Qui poſtquam ſe a comoedia ſegregaverant, artisque ſuae ſpecimina ſeparatim exhibere coeperant, chorum etiam habuerunt ſuum, qui eos comitari ſolebat. Vide *Salmaſ.* l. c. Hinc *Themiſtius* Or. XXIII. p. 294. A. de diſcipulorum grege, Sophiſtam magiſtrum comitante, agens, εἰ τοιοῦτον ἐγὼ, ἀπ, χορόν τε καὶ χορηγὸν συνεστησάμην, πάνυ ἂν εἴην σοφιστὴς, καὶ οὐδέν τι μεῖον ἢ Πρωταγόρας ἀποχρώμενος Καλλίᾳ τῷ λακκοπλούτῳ. — V. 2. οὐδ' ἄλλον οὐδέν. Vat. Cod. et verſ. ſeq. ἴκεις. — V. 5. Sic plane *Martialis* L. III. 23. *Omnia cum retro pueris obſonia tradas, Cur non menſa tibi ponitur a pedibus?* quae recte interpretatur *Deſ. Heraldus* ad Mart. p. 66. — πρὸς πόδας. in puerorum locum ſuccedentes; nam ſervi dominis a pedibus ſtantes miniſtrabant. — V. 6. αὐτεῦ. Vat. Cod.

XXIV. Vat. Cod. p. 536. Planud. p. 155. St. 226. W. In guloſum, qui non ſolum ipſe plurima deglutiebat, ſed etiam proxime ſedentium cibos ſervis ſuis auferendos dabat. — V. 2. τῶν δὲ πέριξ. *Quidquid ponitur hinc et inde verris. Martialis* in loco ſupra adſcripto. — V. 3. πλήν. Supereſt, ut cras ad purgandum triclinium venias et etiam reliquias in ſolum projectas colligere ſuſcipias. Vult enim *Lucillius*, Gamum idem facere, quod ſervos, qui triclinia poſt epulas purgabant, ad quod negotium opus erat κοφίνῳ. *Pollux* VI. 94. ſervus συναθροιζέτω δὲ, inquit, εἰς ἄβροχόν τινα ἢ κόφινον ἢ σπυρίδα. *Ariſtophanes* ap. eund. X. 91. ἄλλος δ' εἰσέφερε πλεκτῷ κανίσκῳ ἄρτων πεφιλκισμένα θρύμματα. De cophino vide quae collegit, nec noſtro loco neglecto, *Weſſten.* ad N. T. I. p. 415. — τοῦ πρὸς πέδας δούλου ſive παιδὸς intellige. — πεφιλμένα. ſcobem, qua triclinium erat inſperſum. *Petron.* c. LXVIII. *cum ſecundas menſas Trimalchio juſſiſſet afferri, ſuſtulerunt ſervi omnes menſas et alias attulerunt, ſcobemque croco et minio tinctam ſparſerunt.*

XXV. Cod. Vat. p. 536. Plan. p. 155. St. 226. W. Lucillius ap. Publium quendam coenans una cum Dionyſio, hunc rogat, ut ne omnia ſolus devoret. — V. 1. οὕτω τοι. Bene precandi formula: Sic tibi contingat, ut haec omnia, quae devoraſti, concoquere poſſis, ſi mihi quoque, dicis ſaltem cauſa, aliquid comedendum conceſſeris. νόμου χάριν. ut ap. *Lucian.* Ep. XIV. — In Vat. Cod. eſt πέμψαι, quod pro mera librarii aberratione habendum eſt. — V. 5. Niſi forte, cum me tam macilentum videas, me aegrotum exiſtimas, tuumque eſſe arbitraris, me obſervare, ne quid clam te comedam. Ex hoc diſticho Dionyſium medicum fuiſſe ſuſpicari licet. — V. 6. οὕτω. Vulgo. — λαθόν. Vat. Cod.

XXVI. Cod. Vat. p. 548. *Lucillio* tribuit. In Plan. p. 186. St. 271. W. ἄδηλον eſt. — „Hoc et ſq. Epigr.

»continuantur et unum epigramma faciunt in Codd. et »apud Stobaeum in Florileg. Grotii p. 77. [Tit. X. »p. 127. 44. Gesn.] At revera duo sunt, licet similis »argumenti. Lusus est in soni adfinitate vocum πίναξ et »πείνη, quarum postremam pronuntiabant πίνη. Hinc in »Vat. Cod. scriptum πίνυς et πινακίους," *Br.* Scriptum est in convivium, ubi argenti satis, nihil dapium appositum erat. Conf. *Palladae* Ep. XXVII. et inprimis *Martial.* IV. 78.:

Ad coenam nuper Varus me forte vocavit.
Ornatus dives, parvula coena fuis.
Auro, non dapibus, oneratur mensa: ministri
Apponunt oculis plurima, pauca gulae.
Tunc ego: Non oculos, sed ventrem pascere veni:
Aut appone dapes, Vare, vel aufer opes.

— V. 1. ἀργυρέῃ λιμῷ. Fames, quam famelico relinquunt apposita vasa argentea, sed alioqui vacua, aut certe minimum cibi habentia, ut haec verba explicavit *Stephanus* in Thes. Gr. L. v. ἀργύρεος T. I. p. 533. eamque interpretationem denuo tuetur contra glossam *Hesychii*, ἀργυρέη λιμός, ἀργυρέου σπάνις, in *Schediasm.* VI. 13. (*Gruteri* Thes. Crit. T. V. Suppl. p. 246.) *Hesychii* certe interpretatio ad nostrum locum minime quadrat. Vide *Junii* Adag. VIII. 31. *Argensea fame convivari.* — Opponitur χορτασίῃ ὀστρακίνων πινάκων, dapes in fictilibus vasis largiter appositae. — V. 3. Notavit *Brodaeus* parodiam versus Homerici: Ὀχθήσας δ' ἄρ' ἔειπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν. Etiam in exitu versus Lucillio obversabatur ejusdem poëtae hemistichium: ἐν ἠερσὶδεῖ πόντῳ. — V. 4. χορτασίῃ. Vide ad *Lucian.* Ep. VII. 6. In *Athenaei* loco L. III. p. 99. sq., ubi de verbo χορτάζεσθαι et derivatis disputat, sunt et alia, quae emendatione indigent, et unus inprimis *Sophoclis* versus ex Tyro, quem hac opportunitate emaculabimus. Legitur ibi p. 99. F.

οι τοῖσι παγχρέστοισιν ἐξενίζομεν. *Casauboni* conjecturam ἐν τοῖσι —, quae parum acuminis habet, exhibuit tamen *Brunckius* in utiliſſima fragmentorum *Sophoclis* collectione. Una litera paululum immutata lege:

Σίτοισι παγχρέστοισιν ἐξενίζομεν.

In *Sophili* autem fragmento p. 100. A. minus etiam feliciter emendandi conatus ceſſit *Caſaubono*. Medius verſus eſt mutilus, omiſſo nomine proprio, cujus omiſſionis plurima ſunt exempla ap. *Athenaeum*. Sic autem legerim:

γαστρισμὸς ἔστιν ἀψιλής· τὰ φρούμια
ὁρῶ . . . . . χορταζθήσομαι καλῶς·
νὴ τὸν Διόνυσον, ἄνδρες, ἤδη στρηνιῶ.

XXVII. Cod. Vat. p. 548. In Plan. p. 186. St. 272. W. ἄδηλον. nec ap. *Stobaeum* nomen auctoris additur. De ſenſu vide ad Ep. praecedens. — ¶. 323.] V. 4. Facete argenteos orbes, qui φάρμακα τοῦ λιμοῦ habere debebant, ἔρεγμα τοῦ λιμοῦ, *famem excitantes*, appellat.

XXVIII. Vat. Cod. p. 527. ſq. hoc etiam Epigr. *Lucillio* vindicat, quod in Plan. p. 138. St. 200. W. ἄδηλον eſt. Poëta ſibi Grammaticorum praeſentiam in convivio deprecatur. — V. 1. ταύταις ταῖς — λοιδομάχαις. Vat. Cod. vitioſe. Interpretes in hoc loco explicando nihil viderunt. *Brodaeus*, a Scholiaſta in errorem inductus, ad primum diſtichon verba χαίρειν εἰπὲ ſubintelligenda arbitratur, non videns, verborum ordinem eſſe hunc μή με βάλῃς ἴλως καὶ κύρμα γενέσθαι τούτοις τοῖς λογολέσχαις. *Opſopoeus* etiam magis hallucinatus eſt. Senſus eſt: Ne me, quaeſo, jejunis illis et ineptis nugatoribus, illis Ariſtarchi ſimiis, praedam objicias. — λοιδόμαχοι Grammatici vocantur, qui Homeri aliorumque vetuſtatis poëtarum verſibus armati de verbis inter ſe pugnant et digladiantur. Sic ὁπλόμαχοι ſunt, qui armis, λογόμαχοι, qui verbis pugnant. — λογολέσχαι, in verbis et vocabulis

nugantes; ut μετεωρολέσχαι, philoſophi de rebus ſupernis et coeleſtibus nugas proferentes, ap. *Lucian.* in Prometheo I. 6. p. 33. Cf. *Spanh.* ad *Ariſtoph.* Nub. 227. λεσχαίνειν de iis, qui inanibus verbis garriunt, explicavit *Valcken.* ad Ammon. p. 213. — V. 2. οἱ ἀπ' Ἀριστάρχου. qui genus et familiam ab Ariſtarcho, principe grammaticorum, ducunt. *Philippus* Ep. XLIV. οἵ τ' ἀπ' Ἀριστάρχου σῆτες ἀκανθολόγοι. *Herodicus* T. II. p. 65. φεύγετ' Ἀριστάρχειοι. — γραμματολικειφίσιν. Qui ſint *oblique grammatici*, quos nobis ex hoc verbo elicuit *Opſopoeus*, ſive, ut *Brodaeus* voluit, *ab Ariſtarcho genus quaſi oblique ducentes*, equidem non perſpicio. λικειφὶς eſt *ex obliquo*, *ex transverſo*, ut in Od. IX. 450. ὁ δέ μιν φθάμενος ἔλασεν σῦς γουνὸς ὕπερ· πολλὸν δὲ διήψυσε γαιηὸς ὀδόντι Λικριφὶς ἀΐξας. Hinc interpretor γραμματολικειφίδας eos, qui in veterum ſcripta impetum e transverſo faciunt, iisque vulnera omnemque calamitatem inferunt. Hanc ob cauſam ap. *Antiphanem* Ep. V. T. II. p. 205. Grammatici τῶν μεγάλων κυλίδες et ποιητῶν λῦβαι vocantur, et ap. *Philippum* Ep. XLIII. τελχῖνες βίβλων. — Ceterum initio verſus vulgo ταῖς legitur, quod emendavit *Caſaub.* not. mſc. et Vat. Cod. — V. 3. οἷς οὐ σκῶμμα λέγειν. Similia ſunt, quae de *Euripide* dixit *Alexander Aetolus* ap. *Gellium* N. A. XV. 20. ὁ δ' Ἀναξαγόρου τρόφιμος ἀρχαίου στευφνὸς μὲν ἀμοίγε προσειπεῖν Καὶ μισογέλως, καὶ τωθάζειν οὐδὲ παρ' οἶνον μεμαθηκώς. — V. 3. πιν. ἀντὶ τοῦ πίνειν. Anonym. Bibl. Bodl. et Schol. In notis *Brodaei*, ut in Vat. Cod., ποῖν. *Grotius* vertit: *Non joca, non illud ſaltem, bibe.* Fateor, mihi hanc lectionem ſemper dubiam fuiſſe viſam. Nec *Caſaubonus* librariis fidem habens, corrigere tentavit in not. mſc. οὐδὲν φίλον. — ἀνάκεινται. accumbunt, pueriliter de Neſtore et Priamo garrientes. In belli Trojani enim hiſtoria et quaeſtionibus inde petitis verſabatur grammaticorum induſtria. Vide, quae de inani iſtorum hominum ſtudio ſupervacua

discendi et docendi collegit *Wower.* de Polymathia c. X. p. 70. sqq. — V. 5. βάλλῃς Cod. Vat. *Casaubon.* in not. msc. χαλᾷς emendasse fertur, quod quem sensum habeat, ignoro; nec sic scripsisse magnum virum puto. Sincera est lectio βάλῃς. ne me objicias illis, tanquam praedam; *ne in vocum aucupio dispeream et fiam praeda et spolium Grammaticorum*, ut *Huetius* interpretatur p. 14. — ἴλως καὶ κόμμα γενέσθαι homerice, κατὰ λέξιν grammatice dictum. Ut τὰ παρὰ λέξιν dicendi proprietati contrariam rationem significant, sic proprie dicta κατὰ λέξιν dicuntur λέγεσθαι. Jam magna pars quaestionum grammaticarum in eo versatur, ut, quae proprie dicta sint, quae translate, doceatur. — V. 6. οὐ δεῖπνῳ μῦνον ἄειδε θεά. Lepide, pro: hodie repudio nugas illas grammaticas, quas illi nobis tanquam dapes quasdam apponunt. Principibus enim Iliadis vocibus grammatica illa ζητήματα, et omnino conditio grammaticorum significari solent. Cf. *Lucian.* Ep. XII. 2. *Pallad.* Ep. IX. Similis color est ap. *Antip. Thessal.* Ep. XLV. qui Grammaticis valere jussis, σύμμεσον, inquit, Ἀρχιλόχοιο καὶ ἄρσενος ἧμαρ Ὁμήρου Στένδομεν· ὁ κρητὴρ οὐ δέχεθ' ὑδροκότας.

XXIX. Cod. Vat. p. 508. Plan. p. 179. St. 262. W. *Luciano* tribuit, quod in membranis Vat. *Lucillii* est. (*Luciani* Opp. nr. XXVII. ed. *Reiz.*) Legem convivii poëta ponit hanc, ne quis poëta declamet, neque grammaticis de grammaticis nugis altercetur. — V. 1. σύμμεσον ἡμᾶς, Ed. pr. Flor. — νόμον. Respicitur ad leges convivales, quales magistri symposii convivis solebant scribere. Ad *Legem Posthumiae*, quam *Catullus* commemorat XXVII. 3., multa, quae huc pertinent, notavit cl. *Doering.* quibus adde *Lipsium* in Antiqu. Lect. III. p. 74. sqq. Ut discipulos suos in conviviis regerent, ejusmodi, sed procul dubio bonae frugis pleniissimas leges scripserant *Xenocrates* in Academia, *Aristoteles* in Lyceo, ut tradit *Athen.* L. V. p. 186. B. *Martialis*

IX. 36. *Tolle tuas artes: hodie coenabis apud me, Hac lege, ut narres nil, Philomuſe, novi.* — V. 3. μελοποιός. Poëtarum in conviviis recitationes plus quam uno loco exagitat *Martialis*. L. III. 45. ſe Ligurini coenam fugere ait: *Illa quidem laura eſt, dapibusque inſtructa ſuperbis: Sed nihil omnino te recitante, placet.* Apte noſtrum Epigr. laudat *Deſ. Heraldus* ad L. V. 78. v. 22. *Parva eſt coenula* (δειπνάριον) *– quis poteſt negare? Sed finges nihil, audiesve fictum, Et vultu placido tuo recumbes; Nec craſſum dominus leget volumen.* — V. 4. πράγματα παρέχειν dicuntur, qui moleſti ſunt; et πράγματα ſimpliciter de rebus ingratis uſurpatur. Vide *T. H.* ad *Ariſtoph Plut.* p. 219. ἔχειν et παρέχειν πράγματα ſimiliter junxit *Themiſt.* Or. XXI. p. 244. A.

XXX. Vat. Cod. p. 529. Planud. p. 187. St. 272. W. Minatur poëta Cynico rapaci, ut ab alienis dapibus cohibeat manum. — V. 1. κἀνυπόδητον. Paſſim hoc de Cynicis. Vide V. D. in Miſcell. Obſſ. T. IV. P. III. p. 446. et *L. Kuſter* ad *Ariſtoph.* Nub. 103. qui cum plurimis aliis etiam noſtrum locum laudat. Plurimum huc facit, quae philoſophus de ſe gloriatur ap. *Lucian.* in Icaromen. §. 31. T. VII. p. 44. Bip. κέκραγα δὲ, αὐχμῶ, καὶ ψυχρολουτῶ, καὶ ἀνυπόδητος τοῦ χειμῶνος περιέρχομαι. unde, qua ratione βιγοῦν dicatur Cynicus, optime intelligitur. Conf. ad Ep. VI. 2. — V. 3. κλάσματα. *fragmenta panis* hac ratione dixit *Lucilius* ap. *Nonium* p. 449. ἄρτων ῥεύμματα *Ariſtophan.* ap. *Polluc.* XI. 91. — De rapacitate et guloſitate Cynicorum vide ad *Luciani* Ep. IX. — V. 4. καί σε λ. κύνα. Tum non Cynicus, ſed canis appellaberis, et fuſte, ut in canem, in te utar. Similiter ludit *Martialis* IV. 53.:

Hunc, quem ſaepe vides inter penetralia noſtra,
Pallados et templi limina, Coſme, novi,
Cum baculo peraque ſenem, cui cana putrisque
Stat coma et in pectus ſordida barba cadit:

Cerea quem nudi teget uxor abolla grabati,
Cui dat latratos obvia turba cibos:
Esse putas Cynicum, decepius imagine falsa.
Non est hic Cynicus, Cosme. Quid ergo? canis.

XXXI. Vat. Cod. p. 518. Plan. p. 134. St. 194. W. — V. 1. λέγουσι. Vat. Cod. — V. 2. μελανωτάτας. Vat. Cod. — βάπτειν. De usu veterum crines infucandi vide quae dedit *Casaubon.* ad *Theophr.* Char. II. p. 30. et *Wetsten.* ad N. T. I. p. 306. Flavum eos colorem maxime probasse, apparet ex iis, quae laudat *Bernard.* ad *Theoph. Non.* c. II. p. 25. 26. Senem, qui canos atro colore tingebat, ridet *Aristoph.* Eccles. 731.

XXXII. Vat. Cod. p. 518. Plan. ibid. ubi superius. — V. 1. τριχόρωνος. *Agath.* Ep. VII. ἢ γεραὺς ἢ τριχόρωνος. *Horat.* IV. Carm. XIII. 24. *fata — servatura diu parem Cornicis vetulae temporibus Lycen.* cui similia admovit *Ritersh.* ad *Oppian.* II. Cyneg. 292. Sed vide, quae dedit *Rubnk.* in Epist. Crit. p. 113. ubi emendavit *Alciphronem* L. I. 28. p. 115. οὐ παύσῃ, τριχόρωνον καὶ ταλάντατον γεγόντιον, πειρῶν τὰς ἐφ' ἡλικίας ἀνθούσας ἡμᾶς.

¶. 324.] *XXXIII.* Vat. Cod. p. 542. Plan. p. 141. St. 204. W. In mulierem deformem, sed sibi unice placentem. Ex Demosthenide Vat. Cod. nobis fecit Demosthenem, Δημοσθένης exhibens. — ἤθελεν. *Plato* Ep. VII. Laïs speculum Veneri dedicans, τοίη μὲν δέχεσθαι, ait, οὐκ ἐθέλω· οἵη δ' ἦν πάρος, οὐ δύναμαι.

XXXIV. Vat. Cod. p. 548. *Lucillio* hoc distichon vindicat, quod *Palladae* est in Plan. p. 141. St. 204. W. — V. 1. μέλει. *Ovidius* in Medic. Fac. v. 81. aliis quibusdam medicamentis commemoratis: *Ut coëant, arteque lini per corpora possint, Adjice de flavis Attica mella favis.* — κηρόν *Ceram* idem commemorat in Arte Am. L. III. 199. *Scitis et inducta candorem quaerere cera.*

Sanguine quae vero non rubet, arte rubet. ubi *N. Heinſius inducta — creta* malit. Ceram tamen mulieres adhibuiſſe ad faciem ſibi faciendam, ſatis conſtat. Hinc *Philoſtrat.* Epiſt. XL. p. 931. *οὐ γὰρ κονιᾷς τὰ πρόσωπα, οὐδὲ ἐντεῖς κηρίναις στέγαις γυναιξίν.* — *ὀδόντας.* *ὀδόντα* vett. edd. nonnullae. *Martial.* I. 73. *Sic dentata ſibi videtur Aegle, Emtis oſſibus, Indicoque cornu.* XII. 23. *Dentibus atque comis, nec te pudet, uteris emtis. Quid facies oculo, Laelia? non emitur.* Cf. IX. 38. XIV. 56. — V. 2. *ὄψον* quaedam edd. veteres, inepto errore.

XXXV. Cod. Vat. p. 534. ſq. Plan. p. 140. St. 203. W. Mulier deformis et impudica ſe *Lucillio* offert. — V. 1. *βόγχος.* Vide Ep. XIX. — *τριπιθήκινον.* Ridiculam hujus vocabuli interpretationem, quam *Brodaeus* dedit, merito exagitat *Reineſius* in Var. Lect. I. 18. p. 69. qui faciem ſimiae faciei ſimillimam, nec minus deformem quam ridiculam interpretatur. Eadem ratione *Palladas* Ep. XL. *Ἑρμολύκου θυγάτηρ μεγάλῳ παρέλεκτο πιθήκῳ.* *Ariſtophan.* Eccleſ. v. 1064. de vetula: *πότερον πίθηκος ἀνάπλεως ψιμμυθίου; Ἢ γραῦς ἀνεστηκυῖα παρὰ τῶν πλειόνων.* *Longus* L. III. p. 89. 19. ed. Vill. *Κἀκείνη φιλεῖ σε καὶ βούλεται συγκαθεύδειν πένητι καλῷ μᾶλλον ἢ πιθήκῳ πλουσίῳ.* *Alciphr.* L. I. 33. p. 138. *κρέσσειν γὰρ τοῖς ἐρασταῖς, οὐχὶ Μεγάρᾳ καὶ Εὐξίππῃ βούλομαι, ταῖς πιθήκοις.* — Ceterum omnes edd. vett. usque ad Aſcenſ. *τρεπιθήκινον* legunt. — *οἷον.* qualem faciem ſi Hecate videret, reſte ſe ipſam ſuspendere non dubitaret. Haec paulo obſcurius dicta, non videntur in eum ſenſum accipi poſſe, quem *Grotius* expreſſit: *Quamque videns nollet vivere Perſephone.* Hoc *Lucillium* dicere voluiſſe puto, Bitonem vel ipſam Hecaten deformitate ſuperare; ita ut, ſi Hecate eam vidiſſet, ſe *prae invidia* ſuspenſura eſſet. Notandum autem, id quod hunc locum inprimis illuſtrat, fuiſſe, qui illam deam, *triformem* plerumque, (vide *Heynium* ad *Virgil.* Aen. IV. 511.) cum canis capite fingerent. *Heſych.*

Ἑκάτης ἄγαλμα. τὰς κύνας οὕτω φασὶ, διὰ τὸ ἐκφέρεσθαι Ἑκάτῃ κύνας. ἔνιοι δὲ καὶ αὐτὴν κυνοκέφαλον πλάττουσιν. cum quibus conf. *Euſtath.* Od. γ. p. 127. 16. Utraque igitur, et Bito et Hecate, βύγχος habebant; ſed Bito turpius. — V. 2. αὐτήν. omittit Vat. Cod. — V. 5. λέγοις μισεῖ μ. κ. τοιοῦτον. Vat. Cod. — Qui me oderunt, tam formoſam mulierem ducant et liberos aeque, ac ipſa eſt, pudicos ſuſcipiant. — ὃς λέγει μισεῖν με, formula eſt ſimilis ei ap. *Lucian.* Ep. VII. οἷα φάγοιεν ἡμῶν ἀντιδίκων τεχνία. ubi vide not.

XXXVI. Hoc diſtichon in Plan. quidem p. 147. St. 214. W. *Lucillio* tribuitur; in Vat. membr. autem una cum Ep. XXXVIII. usque ad Ep. XLI. excipiunt Epigr. *Nicarchi*, (quod ap. *Brunck.* ἀδέσποτον eſt nr. CIX.) et adſcriptum habent lemma τοῦ αὐτοῦ. Hinc error in Planudea commiſſus. Nam Epigr. primum c. XXII. L. II. in antiquis edd. habet lemma τοῦ αὐτοῦ, quod *Stephanus*, quia c. XXI. praecedit Ep. *Lucillii*, mutavit in Λουκιλλίου. Eſt autem *Nicarchi*, cujus etiam ſunt quatuor ſequentia, quae ſe ap. Planudem eodem ordine excipiunt, (cum lemmate τοῦ αὐτοῦ) quo ap. Conſtantinum Cephalam poſita ſunt; quia longe major hujus capitis pars ſine ulla transpoſitione a Planude ex antiquiore hac collectione aſſumta eſt. Haec notanda erant, ut fons erroris manifeſtius appareret. — Marcum poëta traducit medicum, qui cum Jovis ſtatuam ex marmore attigiſſet tantum, factum eſt, ut ſtatua, tanquam cadaver, efferretur. Tam bonus ille medicus ſcilicet! tam ſalutifera vis in ejus manibus! — Frigida hyperbole, ſed verba planiſſima; ut mirari ſubeat, *Opſopoeum* tantopere a vero ſenſu aberrare potuiſſe, ut ipſum Marcum elatum eſſe putaret. Vertit hoc carmen *Auſonius* Ep. LXXIV.:

Alcon heſterno ſignum Jovis attigit. Ille,
Quamvis marmoreus, vim patitur medici.

Ecce hodie juſſus tranſferri ex aede vetuſta
Effertur, quamvis ſit Deus atque lapis.

Vocem κλινικὸς de medico uſurpatam illuſtrans, prius diſtichon noſtri Ep. laudavit *Def. Heraldus* ad *Martial.* L. I. 31. p. 13.

XXXVII. Vat. Cod. p. 542. Λουκιλλίου. Plan. p. 149. St. 217. W. Diophantus Hermogenis medici, quem per quietem viderat, adſpectu ſubito exſtinctus eſt. Idem de Hermocrate medico narrat *Martialis* VI. 53.:

Lotus nobiſcum eſt, hilaris coenavit; et idem
Inventus mane eſt mortuus Andragoras.
Tam ſubitae mortis cauſam, Fauſtine, requiris?
In ſomnis viderat medicum Hermocratem.

Hermogenes, medicus Smyrnaeus, auctor operis περὶ τῆς Ὁμήρου σοφίας, commemoratur in marmore graeco a *Kuſtero* editus in Comm. Acad. Inſcr. T. IV. p. 665. Alius commemoratur, qui ſub Hadriano floruit, ap. *Dion. Caſſ.* T. II. p. 1169. Noſtrum carmen ad Hermogenem Eraſiſtrateum referendum ſuſpicatur *Fabricius* Bibl. Gr. T. XIII. p. 180. Conf. inprimis *Harleſium* ad Bibl. Gr. T. VI. p. 77. not. *x.* ubi plures hujus nominis docti recenſentur. — V. 2. καὶ περίαμμα. quamvis amuleto inſuper inſtructus, quod contra malos daemones fortaſſe valebat, ſed nihil contra Hermogenis adſpectum poterat. Mare Caſpium *Priſcianus* ait in Periegeſi v. 691. gignere, *malos lemures quod pellit munus, iaſpin; Nocturni manes fugitant quam membra tuentem.* quae reſpondent verbis *Dionyſii* v. 724. φόοι – ἠερέσσαν ἴασπιν, Ἐχθρὴν Ἐμπούσῃσι καὶ ἄλλοις εἰδώλοισι. ubi *Euſtathius* ad commentarium in Odyſſeam remittit κ. v. 295. Recentiores, qui de περιάμμασι ſive περιάπτοις tradiderunt, laudavit *T. H.* ad *Ariſtoph.* Plut. 590. p. 189. — καὶ περὶ ἴαμμα. Ed. Flor. Ald. pr. Aſcenſ. ἴαμμα. Ald. 3.

XXXVIII.

XXXVIII. Cod. Vat. p. 523. *Nicarchi.* Plan. p. 147. St. 213. W. De ſenſu hujus carminis disputat *Leſſing.* de Epigr. T. I. p. 309. qui de medico rapaci putabat agi, qui oculos ex gemma, Olympici ſtatuae inſertos, furtivis manibus abstulerit. — V. 1. Lippus erat Damoſtratus, quem inunCturus erat collyriis Dio ocularius. Quod antequam fiat, poëta eum monet, ut luci valedicat: χαῖρ' ἱερὸν φῶς. Aliena ad h. l. profert *Brodaeus.* Lucem ſalvere jubent morituri, ut ap. *Sophocl.* Ajax v. 858. ὦ φέγγος, ὦ γῆς ἱερὸν οἰκείης πέδον — χαίρετ'. Iphigenia ap. *Euripid.* in Iph. Aul. 1509. χαῖρέ μοι φίλον φῶς — hoc loco autem is, quem probabile erat coecum redditum iri. Ad alia multa, et ea quidem diverſiſſima, verba χαῖρε φίλον φῶς traducta eſſe, docuit *Eraſmus* in Adag. II. 7. 38. — V. 2. εἰπὲ τάλας. Vat. Cod. quod vulgato non deterius. Deinde idem Codex οὕτω εὔσκοπος. quod *Brunck.* repudiat; neſcio, quam recte. εὔσκοπος, ſignificatione fere nihil diverſa ab εὔστοχος, eum ſignificat, qui, quo telum collineaverit, id recte feriat; ut εὔσκοπος ἰοχέαιρα ap. *Homer.* Od. λ. 197. Hoc lepide de oculario, qui, quos oculos ungendos ſuscepiſſet, eos lumine privabat. Si quis tamen εὔκοπες cum *Brunckio* praetulerit, interpretandum eſt vocabulum cum *Huetio* p. 16. διὰ τὸ εὐκόπως τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκόπτειν. — V. 3. »ἀλλὰ καὶ αὐτῆς. Sic omnino ſcribendum videtur. Simi»liter infra LXXXIX. ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τοὺς ὀσμησαμένους »πνεῖν πεποίηκε τράγου. ubi antea legebatur: ἀλλὰ δι' αὐ»τῆς, ut hîc ἀλλὰ δι' αὐτοῦ.« *Br.* δι' αὐτοῦ habet etiam Vat. Cod. Hujus lectionis vitium acute perſpexit *Joſ. Scaliger*, qui δὴ αὐτοῦ, ſive διαυγοῦς in not. mſc. emendavit. Poſterius cum *Leſſingii* conjectura egregie convenit; ſed diu eſt, quod ſcribendum putavi:

— ἀλλὰ διαυγὴ
εἰκόνος ἧς εἶχε τὰ βλέφαρ' ἐξέβαλε.

ſplendidi, ex gemma oculi. διαυγὴς de lapidibus pelluci-

dis uſurpavit Auctor τῶν Λιθικῶν I. I. χρύσταλλον φαίδοντα διαυγία. In deſcriptione Veneris *Philoſtrat.* II. Imag. I. p. 810. λίθους περιβαλοῦσα, οὐκ ἐκ τῶν χρωμάτων αὐτὰς ἐμιμήσατο, ἀλλ' ἐκ τοῦ φωτὸς, οἷον ὀφθαλμῷ κέντρον τὴν διαύγειαν αὐταῖς ἐνθεῖσα.

¶. 325.] *XXXIX.* Vat. Cod. p. 524. *Nicarchi.* Plan. p. 147. St. 214. W. In Simonem ocularium. — V. 1. ἔχεις. antiquae edd. ante Steph. — V. 2. „Vide „*Cuperi* Harpocrat. p. 167. et *Schotti* Obſſ. p. 39. unde „conſtabit, recte hîc repoſitum Ἀποκράτην pro Ἀμφικράτη. „In Cod. Vat. ſcriptum Ἀλφικράτη." *Br.* Jamdiu ante *Cuperum* veram hic lectionem viderat *Caſaubon.* cujus emendatio in ſchedis Bodlej. exſtat. Inter Iſidis virtutes fuit et privare poſſe oculis et reddere lumen. *Juvenal.* XIII. 93. *Decernat quodcunque volet de corpore noſtro Iſis, et irato feriat mea lumina ſiſtro, Dummodo vel coecus teneam quos abnego nummos.* *Ovidius* ex Ponto I. Ep. I. 51. *Vidi ego linigerae numen violaſſe fatentem Iſidis, Iſiacos ante ſedere focos. Alter ob huic ſimilem privatus lumine culpam, Clamabat media ſe meruiſſe via.* Eam morbos immittere dixit *Heſychius* v. Ἶσις. Eadem vero aegrotis etiam ſuccurrebat. Vide *Intrpp. Tibulli* I. El. III. 27. Nec minus Harpocrates inter ſalutares deos numerabatur. Vide *Cuperum* l. c. p. 158. — V. 2. Ἴσεν pro Ἶσιν habet Cod. Vat. — V. 3. θεὸν. Vulgo inepte. θεὸς eſt in membr. — Σίμωνα. Ridicule Simon, qui ſe ocularium profitebatur, omnibus diis plus valère dicitur ad homines coecos reddendos.

XL. Vat. Cod. p. 524. *Nicarchi.* Plan. p. 147. St. 214. W. Menophanes medicus cum Euryſtheo comparatur. Morbo poëta laborat, et praeſtanti Menophanis illius auxilio jam in eo eſt, ut ad plures abeat. Quod autem Caeſarem alloquitur, ejus cauſa non ſatis appareret. An ille medicus Caeſaris libertus erat? nomenve

Digitized by Google

mutare non licebat, nisi consentiente Caesare? Alii videant.

XLI. Cod. Vat. p. 523. *Nicarchi.* Plan. p. 147. St. 214. W. Similis argumenti Epigramma expressit *Ausonius* LXXIII.:

Languenti Marco dixit Diodorus haruspex,
Ad vitam non plus sex supersesse dies.
Sed medicus divis fatisque potentior Alcon,
Falsum convicit illico haruspicium:
Tractavitque manum victuri, ni tetigisset;
Illico nam Marco sex periere dies.

— V. 3. ὁ κρόνος. Vulgo et Vat. Cod. quod pro vera lectione habuit *Brodaeus* et *Grotius.* Hic vertit:

Ridens ille, mihi Saturnus tarda minatur,
Sicut ais: citius sed tibi sidus ego.

Sensus praeclarus, sed quem ex graecis verbis frustra conaberis elicere. Ut nunc verba se habent, χρόνος est commodior lectio; an vera, non dixerim. Mihi gravius ulcus hunc locum deturpare videtur, quod sic curandum suspicor:

— — τί μέγ', εἰ κρόνος ἐννέα μηνῶν,
φησὶ, μ' ἔπεισι σχελῇ; τἄμ' ἴδε σύντομά σει.

Nemo hanc medicinam violentam dixerit; sensus autem haud paulo melior, quam in vulgata. μὲν et μέγ' in Codd. sibi sunt simillima; nec non in verbis ΛΕΠΕΙCΥ apparent vestigia nostrae lectionis, Μ' ΕΠΕΙCΙ. — τί μέγα, εἰ — cum ἥδει dictum, quod huic contextui ita convenit, ut nihil magis. *Lucian.* Vit. Peregr. §. 25. T. VIII. p. 291. οὗτος δὲ, τί μέγα, εἰ ἐμπεσὼν τεθνήξεται συναρπασθεὶς ὑπὸ τοῦ πυρός. — Noxium sidus Saturni, quod *triste* vocat *Juvenal.* VI. 568. *impium Horat.* II. Od. XVII. 23. *invadere,* ἐπέναι, videtur eos, quibus nocet. *Grave Saturni sidus in omne caput. Propert.* IV. 1. 106. Notissima autem

significatio verbi ἐκτείνω, *infesto animo, hostiliter invadere.* — Suam potentiam Hermogenes noxiis viribus Saturni anteponens, τἄμ' ἴδε σύντομά σοι, ait: quanto celeriore et breviore via procedam, exemplum in te dabo. — V. 5. ἐκτείνας. digitum modo in Diophantum intendit. — V. 6. ἀποσκάρισε. animam reddidit. Proprie σκαρίζειν usurpatur de piscibus extra aquam palpitantibus, ut recte monuit *Schol.* ad h. l. μετήνεκται ἀπὸ τῶν ἰχθύων τῶν σπαιρόντων, ὅταν τοῦ ὕδατος ἐκβληθῶσι. *Hesych.* ἀσπαίροντας. σκαρίζοντας. Hinc ii, qui animam agunt, σκαρίζουσιν. *Homer.* Il. γ. 293. τοὺς μὲν κατέθηκεν ἐπὶ χθονὸς ἀσπαίροντας. *Schol.* ψυχορραγοῦντας. σκαρίζοντας. Ab hac interpretatione abhorrere videtur glossa ap. *Suidam*: ἀποσκαρίζειν. διακεχυμένως γελᾶν. Est autem comicus verbi usus de iis, qui vehementi risu concutiuntur et tantum non rumpuntur.

XLII. Vat. Cod. p. 530. Plan. p. 131. St. 189. W. Gravia imprecatur astrologis. — V. 1. ὡροθετοῦσιν. qui ex astrorum observatione horam natalem ponunt. — V. 2. τυπάνου. idem quod τύμπανον. Duo significat cruciatus genera; alterum *equulei, sive stipitum ita constructorum, ut iis adstricti illigatique rei membris expansis distenderentur, totoque corpore plagis paterent*; alterum *fustium, quibus caedebantur*; quae verba sunt *T. H.* ad *Aristoph* Plut. 476. p. 134. Multa de hoc vocabulo collegit *Gataker* in Miscell. Adv. Posth. XLVI. p. 907. sqq. qui in nostro Epigrammate *palum* seu *stipitem* designari putat, ad quem ii deligabantur, qui objiciebantur bestiis. Apud *Plutarch.* T. II. p. 62. A. ὠμότητι δὲ χρωμένου καὶ ὕβρει καὶ τυμπανίζοντος καὶ τελοῦντος, miror, *Wyttenbachium* non laudasse acutam *Lennepii* conjecturam ad *Phalar.* p. 73. στρεβλοῦντος corrigentis ex simili loco p. 778. E., ubi ἀποτυμπανίζειν et στρεβλοῦν junguntur. — V. 3. Mox eos intellecturos esse spero, quid taurus et quid leo possit. De signis coelestibus agere videtur, sed bestias significat, quibus astrologos objiciendos esse cen-

ſet. — Ceterum has tam graves in aſtrologos imprecationes nemo mirabitur, qui meminerit, quantum malorum hoc hominum genus optimis viris ſub Auguſtis intulerit. Vide, quae de Tiberio narrat *Dio Caſſ.* LVII. p. 867. 54. et de Caracalla LXXVIII. p. 1310. 40. *καὶ μέντοι κατὰ τῶν ἀστέρων διαγράμματα, καθ' ἃ ἐγεγέννητό τις τῶν πρώτων τῶν παρ' αὐτῷ, ἐτεκμαίρετο, ὡς ἔλεγεν, τόν τε οἰκεῖως οἱ καὶ τὸν ἀλλοτρίως ἔχοντα, καὶ πολλοὺς καὶ ἐκ τούτων, τοὺς μὲν ἐτίμα, τοὺς δὲ ἀπώλλυεν.* Sub Nerone autem cum ſtella crinita viſa eſſet, aſtrologus quidam Neroni auſus eſt dicere, *ſolere reges talia oſtenta caede aliqua illuſtri expiare, atque a ſemet in capita procerum depellere*, quae lubenter audiens Caeſar *nobiliſſimo cuique exitium deſtinavit. Sueton.* Ner. c. 36. Saepe autem aſtrologi imperatoribus, etiam iis, qui hujus artis vanitati fidem haberent, offenſioni fuerunt, ita ut in graviſſimas poenas incurrerent. Tiberius quidem nonnullos eorum de ſaxo dejecit, in alios more priſco animadvertit, narrante *Tacito* II. Ann. 32. — In v. 3. Epigr. noſtri Ed. pr. Fl. et Ald. ὅντος. — V. 4. Cod. Vat. ποῖ pro ποιεῖ.

XLIII. Vat. Cod. p. 530. Plan. p. 132. St. 190. W. Hiſtoria de aſtrologo et pugili. — ¶. 326.] V. 3. καταλύσῃς. Vide ad Ep. X. — ὠρόθετεῖ. Saturnus tibi fatalis erit. Recte monuit *Scholiaſtes*, poëtam Oneſimum tanquam malum et imbellem traducere pugilem.

XLIV. Cod. Vat. p. 531. Planud. ibid. Hoc Epigramma, vel ſimile, ante oculos habuit *Auſonius* Ep. XCI.:

Pulchrum dei reſponſum.

Doctus Hylas caeſtu, Phegeus cursu arte palaeſtrae,
Clarus Olympiacis et Lycus in ſtadiis,
An poſſent omnes venturo vincere agone,
Hammonem Libyae conſuluere deum.

Sed deus, ut ſapiens, Dabitur victoria vobis
Indubitata quidem, ſi caveatis, ait,
Ne quis Hylam caeſtu, ne quis certamine luctae
Phegea, ne curſu te, Lyce, praetereat.

— V. 4. τοῖς ἱερεῖς. Aſtrologiae commentarios. Vide ad Ep. XLVI. 5. — V. 6. καταστέψῃ. Vat. Cod.

XLV. Cod. Vat. p. 530. Plan. p. 131. St. 189. W. Ex multis aſtrologis, de vita fratris Lucillii conſultis, unus repertus eſt, qui illum vivacem fore negaret, idque cum jam vita defunctus eſſet. — V. 4. ἐκοπτόμεθα. cum defunctum planctu proſequeremur. μήτηρ κόψατο παρθενικήν, *Euſtlm.* Ep. IV. Noſter LXXVIII. ἀλλά με κόπτου. Exempla hujus ſignificationis collegit *Weſſten.* ad N. T. I. p. 384. Adde *Interpp. Herodoti* II. p. 132. 19.

XLVI. Vat. Cod. p. 531. Plan. p. 131. St. 190. W. In Aulum aſtrologum, qui, cum ſibi mortem imminere dixiſſet, ne mendax videretur, ſe ipſe ſtrangulavit. — V. 2. τὴν γένεσιν διαθείς. *genituram digerens*, ut Latini loquuntur, i. e. ſub qua quis conſtellatione natus ſit, exquirens. Hinc διάθεμα γενέσεως, ut διάθεμα ἀστέρων, *ſtellarum in natalibus diſpoſitio*; ut docuit, noſtro loco non neglecto, *Salmaſius* de Annis Climact. p. 87. ſqq. — V. 3. εἰς πέμπτην. Vat. Cod. quod fortaſſe reponendum. — εἰδότα μηδέν, cum ſibi videret vivendum eſſe cum confeſſione ignorantiae ſuae. — V. 5. Πετόσιριν. Vat. Cod. — *Suid.* Πετόσιρις. Αἰγύπτιος φιλόσοφος. Inter ejus opera fuit: ἐκ τῶν ἱερῶν βιβλίων ἀστρολογούμενα καὶ περὶ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις μυστηρίων. Habemus igitur h. l. ſacros libros, τὰ ἱερά, qui commemorantur Ep. XLIV. 4. Ad eosdem reſpicit *Juvenalis*, de mulierum ſuperſtitione agens Sat. VI. 577. *Ad primum lapidem vectari cum placet, hora*
Sumitur ex libro: ſi pruris frictus ocelli Angulus, inſpecta geneſi collyria poſcit. Aegra licet jaceat, capiendo nulla videtur Aptior hora cibo, niſi quam dederit Petoſiris. In

ejusdem cum Petosiri laudis societatem venit Necepsus, ita ut *Plinius* L. VII. 50. p. 404. et *Firmicus* in praef. L. IV. Mathem. p. 45. utrumque inter praestantissimos vanissimae artis auctores ponant. Hic quidem scribit: *Quare illi divini viri atque omni admiratione digni, Petosiris Necepsosque, quorum prudentia ad ipsa secreta divinitatis accessit, etiam mundi genituram divinae nobis scientiae magisterio tradiderunt.* Vide *Harduinum* in Indice Auctor. Plin. p. 64. — μετέωρος. Respicitur ad τὸ τῶν μετεώρων studium, quod astrologi sibi vindicabant. Haud scio, an noster respexerit nobilissimum locum de Socrate in *Aristoph.* Nub. 227. qui sublimis in calatho, οὐ γὰρ ἄν ποτε, ait, Ἐξεῦρον ἐρθῶς τὰ μετέωρα πράγματα, Εἰ μὴ κρεμάσας τὸ νόημα καὶ τὴν φροντίδα λεπτὴν καταμίξας εἰς τὸν ὅμοιον ἀέρα. ubi vide *Spanh.* de μετεωρολέσχαις, et *T. H.* ad *Lucian.* T. I. p. 221. ed. Bip.

XLVII. Cod. Vat. p. 529. Plan. p. 187. St. 273. W. De Cynicae sapientiae professione, omnium et mendicorum et imperitorum perfugio. — Plane cum nostro conspirat *Lucian.* in Fugitiv. §. 12. ubi Philosophia inter alia, τὰ ἡμέτερα, inquit, πάνυ βᾴστα καὶ ἐς μίμησιν πρόχειρα, (τὰ προφανῆ λέγω) καὶ οὐ πολλῆς τῆς παρασκευῆς δεῖ, τριβώνιον περιβαλέσθαι, καὶ πήραν ἐξαρτήσασθαι, καὶ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ἔχειν, καὶ βοᾶν, μᾶλλον δὲ ὀγκᾶσθαι ἢ ὑλακτεῖν, καὶ λοιδορεῖσθαι ἅπασιν. Idem in Bis Accus. §. 6. Jovem facit miseram philosophiae conditionem plorantem: τὸ δὲ νῦν εἶναι, οὐχ ὁρᾷς, ὅσοι τρίβωνες, καὶ βακτηρίαι, καὶ πῆραι, καὶ ἅπανταχῇ πώγωνα βαθὺς, καὶ βιβλίον ἐν τῇ ἀριστερᾷ — πολλοὶ γοῦν τὰς τέχνας ἀφέντες, ἃς εἶχον τέως, ἐπὶ τὴν πήραν ἀλέχοντες, καὶ τὸ τριβώνιον, καὶ τὸ σῶμα πρὸς ἥλιον εἰς τὸ Αἰθιόπειον ἐπιχράναντες, αὐτοσχέδιοι φιλόσοφοι ἐκ σκυτοτόμων ἢ τεκτόνων περιέχονται. — V. 1. ἀλήθει. non se, ut antea, in pistrinum dat. Male *Opsopoeus*: non ultra veritati studeat. Aliud est ἀληθεύειν, aliud ἀλήθειν. *Alexis* ap. *Athen.* XIII. p. 590. B. ἀλήθων ἕνας. Obscoeno sensu accipiendum videtur idem

vocabulum in loco *Pherecratis* ap. *Suidam* v. ἀνέδοντος. Ἀνὴρ γέρων Ἀνέδοντος καλεῖται. quae comparari poſſunt cum *Theocriteis* Eid. IV. 58. τὸ γερόντιον ἢ β' ἔτι μύλλει τὴν τὰν κυανόφρυν ἐρωτίδα. ubi *Schol.* μύλλει ἀπὸ τῶν ἀλούντων. — In Ed. Flor. ἂν εἴ πτ. καὶ ἀγάρματος. — V. 3. ἐν τριόδῳ legendum cenſebat *Caſaubonus* in not. mſc. quod non ſpernendum. — V. 4. τῆς κρεττῆς ὁ πρωτοκύων. ut Ep. VI. Cynicus ὁ τῆς κρεττῆς κὐάμας βαρύς. Ludere *Lucillium* in voce πρωτόων, quae canis ſidus ſignificat, *Brodaeus* notavit. Apud *Antiphan.* Ep. VI. Grammatici vocantur Καλλιμάχου πρόκυνες. — ¶. 327.] V. 5. Hermodoti alibi nulla fit mentio. *Fabricius* in Catal. Cynicor. Bibl. Gr. T. III. p. 519. eum ex hoc tantum Epigrammate novit, quod memoriae lapſu ad *Ammianum* retulit. — V. 6. θεὶς τὸ χιτωνάριον. Male *Brodaeus: philoſophi pallium aſſumens,* περιθείς. Verum ſenſum vidit *Salmaſ.* ad *Tertull.* de Pall. p. 411. Laudat *Brunckius Apollon. Rhod.* II. 30. ἔνθ' αὖ Τυνδαρίδης μὲν ἐὺστιπτον ἕσσατο φᾶρος. *exuit, depoſuit.* Magis huc facit *Arrian.* in Epict. c. XXIV. λέγει σοι, θὲς τὴν πλατύσημον, ἰδοὺ στενόσημος, θὲς καὶ ταύτην, ἰδοὺ ἱμάτιον μόνον, ἰδοὺ γυμνός. Cynici tunicam non gerebant, in qua una re *Juvenalis* eos a Stoicis diſtare ait Sat. XIII. 121. *et qui nec Cynicos nec Stoica dogmata legit A Cynicis tunica diſtantia.* Hanc ob cauſam κυνίτωνες ſaepe appellabantur. Conf. *Gataker.* ad *M. Anton.* IV. p. 117. C. D. *Kuſter* ad *Ariſtoph.* Nub. 103. *Boettiger über den Raub der Caſſandra* p. 58. not. 56. — Senſus eſt igitur: Si quis penuria laboret, ne eſuriat, ut antea, ſed tunicam deponat et Cynicorum amplectatur vitam et dogmata.

XLVIII. Cod. Vat. p. 527. Plan. p. 136. St. 198. W. In Heliodorum grammaticum ſoloeciſſantem. — V. 1. μνηστῆ. Flor. ed. — V. 2. „Vat. Cod. σολοικίζων. Planudeorum unus δέχεται. Scribi poſſet: οὐδὲ σολοικισμὸν τὸ στόμα μου δέχεται. at obſtat Epigr. LXXXVI. quod „vide." *Br.* Nihil prorſus mutandum. Participium σολοι-

κίζον est pro infinitivo, στόμα μου δέδεται, ὥστε σαλαικίζειν. *quasi defixus et devotus soloeciſſo.* Haec est vis verbi δεδέσθαι. *Harpocration:* καταδεδέσθαι. ἀντὶ τοῦ πεφαρμακεῦσθαι καὶ δεδέσθαι φαρμάκοις. quae etiam ap. *Suidam* leguntur. Vide *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 766. E. Hinc defixiones magicas καταδέσμους et καταδέσεις appellavit *Plato*, cujus loca indicavit *Valckenar.* in Decem Eid. Theocr. p. 41. — Plures fuerunt Heliodori, ad quos hoc diſtichon referri poſſit. Vide *Salmaſ.* ad Scr. Hiſt. Aug. T. I. p. 147. et *Reimarus* ad Dion. Caſſ. p. 1152. 34.

XLIX. Cod. Vat. p. 544. Plan. p. 137. St. 198. W. Lemma εἰς γραμματικὸν κεφαλοφόρον pertinet ad Ep. IX. Abeſt ab Ed. pr. Fl. et Ald. — V. 1. δύνατά ποτε εἶναι. Vat. Cod. Vulgo δύνατά ποτε ἄρτιες εἶναι. Unde Brunckiana lectio fluxerit, ignoramus. — V. 2. ἐργήν. Reſpicitur ad Iliadis initium, quod Grammatici pueris inter prima elementa praelegebant et interpretabantur. — Ceterum hoc diſtichon in quibusdam Codd. Παλλαδᾶ inſcribi, neque quidquam *Lucilliani* habere ingenii *H. Stephanus* monuit. Sed quae tam certae ſunt notae ingenii poëtici, ut, ſinguli verſus a quo profecti ſint, ſine errore judicare poſſis?

L. Vat. Cod. p. 533. Plan. p. 153. St. 223. W. Meniſcus cum furtum feciſſet, furto Herculis ſimile, eundem ac Hercules vitae exitum habuit. — V. 1. τὸν τοῦ Διός. Jovis templum interpretatur *Brodaeus*, quod vix verum. Caeſarem intellige, quem Romanorum adulatio Jovem appellare ſolebat. Cf. Ep. LXXX. 5. et *Ritterſh.* ad Oppian. K. I. 3. Ejus hortos Heſperidum nomine deſignat poëta. Intelliguntur fortaſſe nobiliſſimi illi horti Salluſtiani, quos inde ab Auguſti temporibus delicias imperatorum fuiſſe conſtat. Vide *Donat.* de Urbe Rom. III. 23. χρύσεα μῆλα de pomis ſimpliciter acceperim, quae poëta aurea appellavit, ut in allegoria

perſiſtat. Pulchra autem poma cum *pomis Heſperidum* comparare ſolent poëtae. Anthol. Lat. V. 184. p. 461. *Talia poma nemus protulit Heſperidum.* et in Luſibus nr. 16. *qualibus* (pomis) *Heſperidum nobilis hortus erat.* ubi vide *Burmann.* et ad *Lotichium* L. V. El. 9. p. 338. — V. 3. καὶ τί γάρ. Haec ſuſpecta fuerunt *Caſaubono*, qui in not. mſc. εἶτα δ' ἄρ' ὡς ἐάλω corrigendum propoſuit; at nihil mutandum eſſe apparet ex Ep. LV. 3.

LI. Vat. Cod. p. 533. Plan. p. 153. St. 222. W. Hiſtoria de Heliodoro, qui Saturni ſtatuam furto abſtulerat. — V. 1. τὴν γένεσιν λυποῦντα. Triſte naſcentibus Saturni ſidus. Vide ad Ep. XLI. 3. — V. 3. Quis noſtrûm ſit malevolentior, experire, et intelliges, uter utro ſit perniciosior. Κρόνος pro pernicie ſimpliciter. — V. 5. ὃς δ' ἄλλῳ. Proverbialis locutio, qua uſus eſt *Aelian.* An. VII. 11. p. 397. τεύχων ὡς ἑτέρῳ τις ἐν κακὸν ἥπατο τεύχει. — V. 6. εὑρών μοι τιμήν. Ambigue dictum. Significare poteſt: poſt gloriam victoriae, quam a te reportavi; et, a me venditus, pretium mihi afferens. — πᾶν ἀνάτελλε. ortu tuo, quodcunque volueris, portendas.

LII. Vat. Cod. p. 548. Planud. p. 153. St. 223. W. — V. 1. τύλην. στρωμνήν. *Suid. culcitram.* Multa de hoc vocabulo dedit *Pollux* X. 39. 40. ubi inter alia laudatur locus *Sophoclis* ἐν τῷ Ἰουλεῖ· ἀλλὰ καὶ λινοῤῥαφῆ τυλεῖα. Nemini interpretum ſuſpectus fuit titulus fabulae, niſi *Kubnio.* Fortaſſe fuit: ἐν τῷ Ἡφαιλεῖ. ex qua fabula ſatyrica *Pollux* quaedam laudat L. X. 110. et alii, quos vide ap. *Brunckium.* — V. 2. οὐκέτι. Antiochus culcitram furto abſtulerat.

¶. 328.] *LIII.* Vat. Cod. p. 521. Plan. p. 156. St. 228. W. In puſillam puellam, hyperbolicum. — V. 1. κώνωψ. ut aquila Ganymedem. — V. 2. Vulgo et Vat. Cod. φησὶν δέ. *Scholiaſt.* in Wechel. junxit: ἡ δὲ φησὶ, τί δέ. Sinceritas lectionis ſuſpecta fuit *Opſopoeo*, qui δὲ

ſuſpicabatur. Melius *Joſ. Scaliger* in not. mſc. ἢ' ὦ Ζεῦ πάτερ. At nec haec, nec Brunckiana lectio mihi vera videtur. Velim aliquis ex vulgata lectione exſculpat aliquid his Grotianis reſpondens:

Quid facies Superûm mihi rector? Erotion inquit,
Cum raperet parvam parvus in aſtra culex.

Sed fortaſſe non longe quaerenda eſt hujus loci emendatio. Lego minima mutatione, ſenſu optimo:

ἦ δὲ, τί, φησὶ, πάθω, Ζεῦ πάτερ, εἴ μ' ἐθέλεις;

Quid, ait, faciam, ſi me habere cupis? Vanum fuerit, tibi, deorum maximo, reſiſtere velle. Cedam igitur tuae potentiae, meque amari patiar. — Hic ſenſus verborum, in quibus jam ineſt acumen huic loco unice conveniens, et multa ſimul ridicula. Primum, quod Erotion culicem pro Jove habet; deinde, quod ſe ad amoris furta abripi exiſtimat; tandem, quod in raptoris potentia excuſationem facilitatis ſuae quaerit. — τί πάθω; hoc ipſo ſenſu, quo nos dedimus, apud elegantiſſimos ſcriptores occurrit. Hyllus ap. *Sophocl.* in Trach. v. 972. τί πάθω, τί δὲ μήσομαι; *Euripid.* Phoen. v. 906. τὸ μέλλον ἢ χρὴ πείσομαι, τί γὰρ πάθω; Ad *Charitonem* III. 3. p. 46. τί πάθω; τί γένωμαι ὁ δυστυχής; quaedam hujus generis notavit *Dorville* p. 266. ad *Ariſtophanis* Plutum v. 603. *Kuſterus.*

LIV. Cod. Vat. p. 521. Plan. p. 156. St. 228. W. — V. 2. πυῤῥῆνα vulgo. Simplici ϱ *Pollux* VI. 45. ἃς δὲ νῦν θλαστὰς, ταύτας πυρῆνας οἱ κωμικοί· καὶ θλαστὰς δὲ ἐλαίας ἐν Νήσοις ἂν εὕροις Ἀριστοφάνους. Hoc ſenſu vocem accepit *Brodaeus*, qui interpretatur: *nucem, acinum, tamquam crucem et patibulum.* Sed hoc quomodo fieri poſſit, ut ſe quisquam a nucleo ſuſpendat, equidem non video. Alio igitur ſenſu vox πυρὴν accipienda videtur. Quum veterum quidam ἀπυρήνους ἰχθῦς appellent eos, qui oſſibus carent, hinc intelligitur, πυρῆνα etiam de ſpinis

piſcium translata ſignificatione uſurpatum eſſe. *Euſtath.* ad Il. φ. p. 1329. 33. ἀπόχρηνος μόνος ἰχθύς· ἔνθα ὅρα, ὅτι πορφύρα ἐκεῖνος ὄφη κατείως τὴν ὀστράδη ἰχθυρὰν ἄκανθαν. quibus uſus eſt *Caſaubon.* ad Athen. L. II. 16. p. 117. Hoc ſenſum haberet ſatis bonum; ſed vix credibile, *Lucillium* uſum eſſe hac voce eo ſenſu, quem fortaſſe nonniſi in uno Comici loco habuit. — Reſtat igitur tertium, ut πυρὴν h. l. ſpecillum ſit, in cujus ſuperiore parte eſt quaſi nucleus ſive globulus. Hoc fortaſſe huic hiſtoriae accommodatiſſimum.

LV. Vat. Cod. p. 521. Plan. p. 156. St. 228. W. — V. 2. τριχὸς ἐκδήσας. Senſu proprio haec verba accipi vult *Lucillius*, ut incredibilis hominis macilentia ſignificetur, cum alibi paroemiace dicatur ἐκ τριχὸς κρέμασθαι, ἐπὶ τῶν σφόδρα κινδυνευόντων. de quo vide *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 156. ſq. — V. 3. ὑπὲρ αὐτῶν. ſupra illo patibulo, de quo pendebat.

LVI. Cod. Vat. p. 521. Plan. p. 156. St. 228. W. In Cajum macilentum, qui, poſt animam redditam, nihil reliquerat ſui. — V. 1. ἐκπνεύσας. *Sophocl.* Aj. 1045. ὦ τάλας, ὑφ' οὗ φονίως ἄρ' ἐξέπνευσας; — V. 2. Quod in fabulis divino fato nonnullis contigiſſe dicitur, ut eorum cadaver nusquam appareret, idem propter macilentiam evenit Cajo. *Anton. Liber.* Metam. I. p. 6. τὸ μὲν σῶμα κομίσαντες, ἔφερον ὅπως κηδεύσωσιν· ἐκ δὲ τῆς στρωμνῆς πελειὰς ἐξέπτη, καὶ τὸ σῶμα τῆς Κτησύλλης ἀφανὲς ἐγένετο. ubi *Munkerus* verbum κομίζειν de funeris curatione illuſtrat. — V. 3. καταβὰς, οἷος ὅτ' ἦζη. Vat. Cod. οἵόςπερ ὅτ' ἦζη. Plan. ὅλος *Brunckius* ex conjectura videtur inſeruiſſe ſive ſua ſive alius cujusdam, quem ignoro. Probabile eſt, hoc vocabulum ante οἷος excidiſſe. — πέρας adverbialiter ſumendum, ut τέλος, *tandem*, ne cum *Brodaeo* τέρας legendum ſuſpiceris. — V. 4. λεπτότατος eſt in Cod. Vat. Vulgo λεπτότερος. Quamvis totus et integer in Orcum

descenderit, ibi tamen omnium umbrarum tenuissima et macilentissima volitat. τῶν σκελετῶν. Larvas sibi interdum *ossea* fingebant veteres. *Ovid.* in Ib. v. 146. — *factorum veniam memor umbra tuorum, Insequar et vultus ossea forma tuos.* ubi vide *Interpp.*

LVII. Cod. Vat. p. 521. Plan. p. 157. St. 228. W. — V. 1. τῶν Ἐπικούρων ἀτόμων. Vat. Cod. ἀτόμων etiam Plan. ἄτομον emendavit *Jos. Scaliger* in not. msc. Marcus macilentus unam ex atomis, quae ejus iter impediebat, capite terebravit, et sibi per eam iter fecit. — εἰς τὸ μέσον. in eum locum, qui erat ultra illam atomum. Sic enim τὸ μέσον, ut *media* apud Latinos, ea sunt, quae intra quosdam fines continentur, licet eos proxime attingant. Si tamen codex praeberet

εἰς τὸ πέραν διέβην,

id non repudiaverim.

LVIII. Cod. Vat. p. 547. „Non exstat hoc distichon in Planudea, nec in cod. Buheriano. E Vat. „membr. descripsit Salmasius ad oram exemplaris editio„nis Wechelianae. Cf. infra Ammiani Ep. XVII.α *Br.* Ad *Ammiani* carmen hoc distichon emendavit *Salmasius* in apogr. Guyeti. Nam in Cod. legitur: αὐτὸς ἐτρύπησε τὸν πόδα τῇ βελόνῃ. quod depravatum esse, sponte apparet. βελόνη h. l. non est acus, sed spina, ἄκανθα, ut ex *Ammiani* imitatione intelligitur. Caeterum hoc distichon plane ineptam hyperbolen continet.

¶. 329.] *LIX.* Vat. Cod. p. 521. Plan. p. 157. St. 228. W. — Prima hujus distichi verba immutavit *Planudes:* εἰς σάλπιγγ' ἐνέπνευσε —, quod interpretamenti speciem habet. — Marcus cum tubam minimo spiritu inflasset, aëris tamen tractum secutus, praeceps in tubam delatus est. — V. 2. εὐθὺς ἀπ. Plan. ὀρθὸς ἀπῆλθεν. Vat. Cod.

LX. Vat. Cod. p. 522. Plan. p. 157. St. 229. W. — V. 1. ἦρεν ὁ καπνός. Fumo in altum ſublatus eſt; ut Empedocles, Aetnae flammis conſumtus, ap. *Lucian.* T. VII. p. 20. ed. Bip. ἐπεὶ γὰρ εἰς τοὺς κρατῆρας ἑαυτὸν φέρων ἐνέβαλον, ὁ καπνός με ἀπὸ τῆς Αἴτνης ἀναφέρας, δεῦρο ἀνήγαγε καὶ νῦν ἐν τῇ σελήνῃ κατοικῶ. — V. 2. ἀπῆλθεν ἔχων. participium aut abundat, aut celeritatis notionem habet. — V. 3. Cum nube in terram deſcendit, vulneribus, quae ab atomis in vacuo natantibus acceperat, opertus.

LXI. Vat. Cod. p. 522. Plan. p. 157. St. 229. W. — V. 1. πέλεν γ. ὥστε κολυμβᾶν Vat. Cod. quam elegantiſſimam lectionem temere mutavit monachus. — Cajus cum natare volebat, ſaxum ſibi aut maſſam plumbi alligabat ad pedes. — Obverſabatur *Lucillio* hiſtoria de Phileta, quam *Aelianus* narrat V. H. IX. 14. ἐπεὶ ἀνατραπῆναι ῥᾴδιος ἦν ἐκ πάσης προφάσεως, μολίβδου, φασὶ, πεποιημένα εἶχεν ἐν τοῖς ὑποδήμασι πέλματα, ἵνα μὴ ἀνατρέπηται ὑπὸ τῶν ἀνέμων. Eundem *Athenaeus* narrat XII. p. 552. B. adeo macilentum fuiſſe, ὥστε διὰ τὴν τοῦ σώματος ἰσχνότητα σφαίρας ἐκ μολύβδου πεποιημένας ἔχειν περὶ τῷ πόδε, ἵνα μὴ ὑπ' ἀνέμου ἀνατραπείη. ubi σφαίρας vix verum eſt. — V. 2. μόλιβδον. Vat. Cod.

LXII. Cod. Vat. p. 522. Plan. p. 157. St. 229. W. — In Diophantum ipſis Epicuri atomis minorem. — V. 1. Poſt ἔγραψεν comma ponendum puto: Epicurus omnem mundum ex atomis deſcripſit et quaſi compoſuit; deinde cauſa hujus opinionis additur: εἶναι τοῦτο δοκῶ λεπτότατον. Haec verborum jungendorum ratio mihi quidem videtur elegantior. — V. 4. πολύ τι. Vat. Cod.

LXIII. Vat. Cod. p. 522. Plan. p. 157. St. 229. W. Vertit *Auſon.* Ep. CXXII.:

Fauſtulus inſidens formicae, ut magno elephanto,
Decidit, et ſerrae ſerga ſupina dedit.

Mox idem ad mortem eſt multatus calcibus ejus,
Perditus ut poſſet vix retinere animam.
Vix tamen eſt fatus: quid rides, improbe Livor,
Quod cecidi? cecidit non aliter Phaethon.

Poſtremam Epigrammatis partem minus recte interpretatus eſt. Meneſtratus invidiam fati et deorum accuſat, quae ipſi, ut olim Phaëthonti, gloriam tam ſublimis equitationis ereptam voluerit. — Reſpicitur in hac hiſtoria paroemiaca locutio, *Prae formicis exilem eſſe*, quam illuſtravit *Hadr. Junius* in Adag. 196. Luſus in Priap. XXXIII. *Collatas ſibi — ſuisque membris Formicas facit altiles videri.* — V. 3. τὸ καίριον, τραῦμα ſcil. quod plene dixit *Lucian.* Imagg. §. 1. et multi alii.

¶. 330.] *LXIV.* Cod. Vat. p. 522. Plan. p. 158. St. 229. W. Latebat Eumecius quaerentem, dum manibus expānſis ſub exiguo acetabulo dormiebat. — V. 1. »Quod in Stephani editione legitur ἐξήτουν, id procul »dubio typothetae aut correctoris errori debetur. Hoc »repraeſentavit Wechelianae edit. curator, licet edd. »ceterae omnes, ut et Mſſ. recte ἐζήτουν habeant.« *Br.* Vir doct. ap. *Huetium* p. 16. τὸν μὲν ἀνεζήτουν ſuſpicabatur, improbante *Huetio*, qui recte monuit, ſic perire alluſionem ad nomen Εὐμήκιον, quo hominis brevitas per antiphraſin ſignificetur. — V. 2. ὀξυβαφῳ. Vat. Cod. *Athen.* XI. p. 494. C. ὅτι δέ ἐστι τὸ ὀξύβαφον εἶδος κύλικος μικρᾶς κεφαλιᾶς, σαφῶς παρίστησιν Ἀντιφάνης. Locus *Antiphanis* iterum laudatur L. X. p. 446. C. D. Quae ibi depravatiſſima ſunt, in altero loco emendate legi non meminerat *Caſaubonus*, qui hîc quaedam parum feliciter tentavit.

LXV. Vat. Cod. p. 522. ſq. Plan. p. 158. St. 230. W. Hiſtoria de Chaeremone, qui aura in altum ſublatus et araneae telae implicatus, tandem poſt aliquot dies per araneae filum in terram deſcendit. Hoc et alia hujus

generis Epigrammata poëtae noſtri ante oculos habuiſſe videtur *Nicarchus* in Ep. inedito:

Τὸν λεπτὸν θακεῦντα Μενέστρατον εἶκρος ὄφις
μύρμηξ ἐξελθὼν εἵλκυσεν εἰς βαγάδα.
μυῖα δ' ἐπιπτᾶσ' αὐτὸν ἀνήρπασεν, ὡς Γανυμήδην
αἰετὸς εἰς θαλάμους οὐρανίους Κρονίδαο.
πίπτε δ' ἐκ χειρῶν (Cod. δὲ χ.) μυίης, καὐδ' ὡς θίγε γαίης,
ἐκ δ' ἀράχνης ἱστοῦ τῶν βλεφάρων κρέματα.

— V. 1. ἐξ αὔρης. Praeivit quodammodo Comicus in Ranis v. 1485. Εἴ τις πτερώσας Κλεόκριτον κινοίη, Αἴροιαν αὖρα πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα. Erat enim Cineſias macilentiſſimus. *Athen.* XII. p. 551. — V. 3. ἐρρόιζητο. In Vat. Cod. ἐρυζητο. Quaedam editt. vett. ἐρροίζοιτο. Noſtrum ex Ald. 2. 3. ed. Nic. Sabienſ. in Stephanianam receptum eſt. Eſt in verbo βαιζειν et βαιζεῖσθαι magnae celeritatis ſignificatio. Hinc βοῖζος ἀκόντων, βαΐζας νηὸς et ſimilia apud poëtas. — Metus igitur erat, ne per aërem ferretur Chaeremon, niſi pedem implicuiſſet araneae telae. — Male *Brod.* ἐρρίζοιτο. *radices egiſſet in aëre.*

LXVI. Cod. Vat. p. 562. Plan. p. 159. St. 231. W. Vide ad Ep. LXIII. — V. 2. Ἄδηστος vulgo. Hac nominis forma uſus eſt *Antimachus* ap. *Strabon.* XIII. p. 880. Vide *Schellenb.* Antim. Reliqu. p. 71. ſq. — V. 3. Ridetur non ſolum brevitas hominis, ſed etiam tumor rhetoricus, quo ſe ipſum cum Bellerophonte, formicam cum Pegaſo comparat. — Verba, ἡμιθανὴς σκελετόν, non Adraſti, ſed poëtae videntur eſſe.

LXVII. Vat. Cod. p. 522. In Plan. p. 159. St. 231. W. ἄδηλον eſt. — V. 1. βηπίζων. Vat. Cod. βιπίζων *Opſopoeus ſtertendo* et *ſufflando* vertit; male. Cogitandum de puero, qui herae dormienti adſtans, tabellis motis ventulum faciebat. Conf. *Terent.* in Eunuch. III. 5. 47. Hercules ſervilem ſuam ap. Omphalen conditionem deſcri-

describens: *Mollis et hirsutum cepit mihi fascia pectus, Et manibus duris apta tabella fuit.* ap. *Propert.* IV. 9. 19. secundum palmariam emendationem *N. Heinsii.* Hoc officium amantes etiam crebro praestabant puellis, quas deperibant; ut *Ovidius* III. Amor. II. 37. et Arte Am. I. 168. — V. 2. ἐξέβαλεν. Vulgo et Vat. Cod.

LXVIII. Cod. Vat. p. 523. Plan. p. 158. St. 230. W. Chaeremon arboris folio prostratus cum Tityo comparatur. — V. 1. πεφορημένος. Vat. Cod. Notavit *Salmasius* in not. ined. *Ita ferri potest et explicari: Cum Chaeremon vento ferretur, percussus tiliae folio. Sed vulgatam lectionem non mutamus.* — V. 3. Τιτυῷ. *Homer.* Od. λ. 575. Τιτυὸν — κείμενον ἐν δαπέδῳ· ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα. *Virgil.* Aen. VI. 595. *Tityon terrae omniparentis alumnum Cernere erat; per tota novem cui jugera corpus Porrigitur.* ubi vide Intrpp. — ἢ παλικάμπῃ. Vulgo „ἢ Πιτυοκάμπτης et Πιτυοκάμπτης idem est, quo cognomine „insignitus Sinnis Corinthius, de quo Plutarchus in „Thesei Vita. Apollodor. L. III. extremo et alii multi.“ *Br. H. Stephanus* invenit, nescio in quo libro, ἢ πάλι καμπῇ. idemque notaverat Anonym. Bibl. Bodlej. Nihil hic juvat Vat. Cod. qui etiam παλικάμπῃ legit. In *Brunck.* lectionem inciderat *Salmasius* in not. ined. et *Huetius* p. 16. qui tamen nimis acutus *Lucillium* alludere putat ad πιτυκάμπην, exiguum animalculum in pinubus succrescens. Fabulam de Scirone, qui, postquam multos *arborea cruce* (*Propert.* III. 21. 37.) obtruncaverat, ipse tandem eadem ratione per Theseum periit, docte nuper illustravit cl. *Boettiger in den Vasengemählden* I. Fasc. II. p. 138. sqq. qui Πιτυοκάμπτου nomen de glorioso et summa quaeque de se promittentibus usurpatum esse docet. *Huetii* in hoc versu emendationem probavit adsensu suo *Toupius* in Emend. in Suid. P. III. p. 361. ubi quam profert loci Lucianei ex Prometheo §. 7. emendationem, ea composita est ex conjecturis

J. J. Weſtenii et *T. Hemſterhuſii*, quorum uterque partem veri viderat. — V. 4. *κανάβινον.* ſimplici ν dedit Ed. pr. Flor. Ald. pr. Aſcenſ. *κανάβιον.* Vat. Cod. Huc facit *Heſychius: κάναβοι. τὰ ξύλα, περὶ ἃ τὸ πρῶτον οἱ πλάσται τὸν κηρὸν τιθέασιν· ὅθεν καὶ οἱ λεπτοὶ καὶ ἄσαρκοι Κάναβοι λέγονται.* Homirus igitur ſignificantur nucleo puparum ſimiles, tenues, macilenti, et quorum oſſa nihil carnis ambit. Auctorem Scholii in ed. Wechel. in errorem induxit vitioſa lectio ap. *Polluc.* X. 189. *τὸ ξύλον, οἷς ὁ πλάκουσι τὸ σῖλον οἱ κηροπλάσται, κάναβος καλεῖται.* Lege *τὸν πηλὸν* et *πλάττουσι*, ut etiam ap. *Pollucem* emendavit *P. Leopardus* XI. 8. Cf. *Luciani* Prometh. §. 2. T. I. p. 19. Bip. Haec quamvis recte ſe habeant, fieri tamen poſſit, ut *σῶμα κανάβινον* non ſolum tenue et macilentum corpus in univerſum ſignificet, ſed tale corpus, in quo omnes et venae et nervi exſtant et eminent. Nam *κάναβος* non ſolum id, quod *Heſychius* et *Pollux* dicunt, ſed etiam exemplar ſignificat, quod intuentes pictores ſculptoresque ſimilitudinem in majori opere efficiebant. Hoc docet *Suidas* in *κίνναβος* (ubi *κάναβος* legendum eſſe vidit *T. H.*) *τὸ εἴδωλον, πρὸς ὃ οἱ πλάσται καὶ οἱ ζωγράφοι βλέποντες διατίθενται πλάττοντες καὶ γράφοντες. Ἀριστοφάνης καὶ ἄλλοι πολλοί.* In his *εἰδώλοις* nihil praeter venas et muſculos expreſſos ſive adumbratos fuiſſe, ut in pictura lineari fieri ſolet, apparet ex loco *Ariſtotelis* Hiſt. Anim. L. III. 5. quem *D. Heinſius* ad *Heſychium* T. II. p. 134. melius quam *Scaliger*, ſed minime tamen accurate interpretatus eſt: *αἱ μὲν γὰρ φλέβες, ὥσπερ ἐν τοῖς γραφομένοις κανάβοις, τὸ τοῦ σώματος ἔχουσι σχῆμα παντὸς οὕτως, ὥστ' ἐν τοῖς σφόδρα λελεπτυσμένοις πάντα τὸν ὄγκον φαίνεσθαι πλήρη φλεβίων.* ubi *κάναβοι* non ſunt *homines macilenti et exhauſti*, ſed figura humana pictura lineari adumbrata ad ſculptoris pictorisve uſum.

¶. 331.] *LXIX.* Cod. Vat. p. 542. *Lucillio* hoc carmen vindicat, quod in Plan. p. 159. St. 231. W.

ἄδηλον est. Nihil timendum esse Cajo, et pusillo et meticuloso, ne militibus adscribatur; pygmaeos enim Romanis ad bellum inutiles esse. — V. 1. ἀτελέβους. minima locustarum species sine pennis, secundum *Plinium* XXIX. 5. Sunt qui significari putent locustam, cui alae jam nasci et extuberare incipiant; de qua re vide *Swammerdam* Bibl. Nat. p. 213. Attelabis ad solem exsiccatis vescebantur Nasamones, teste *Herodoto* IV. 172. p. 357. — ἢ κυνομυίας. Majus muscae genus ἡ κυνόμυια, de qua *Aelian.* H. A. IV. 51. τὸν μόσκα ὅμοιον φῦναι τῇ καλουμένῃ κυνομυίᾳ, βομβεῖν δὲ τοῦ οἴστρου μᾶλλον, ἔχειν δὲ ἔλαττον τὸ κέντρον. Vide quae collegit *Bochartus* in Hieroz. T. II. p. 551. — V. 2. μυίας. Vat. Cod. Flor. pr. Ald. 1. 2. 3. Nicol. Sab. — μόας Stephan. cum Ascens. Verius hoc, cum muscarum jam facta sit mentio, et mox *ranae* commemorentur. — ψυλλῶν ἱππικόν. contra pulicum equestres copias. — V. 3. εἴ τις καταλέξῃ. Vat. Cod. — V. 5. „Vulgo legitur ἀτρέμας ἦσο. Haec verba in nullo „Planudeorum codd. nec in Florent. edit. nec in Aldina „pr. leguntur. Ad oram codicis Jani Lascaris suppleta „lacuna ἄτρεμος ἴσθι, quod recepi. Minus bene in exem„plari quod habeo Aldinae pr. vir doctus, quem Bea„tum Rhenanum fuisse conjicio, scripsit ἀτρέμας ἴσθι.“ *Br.* In membr. Vat. legitur ἄλλο τι παίζει, quae verba sic interpretatur *Salmasius* in not. inedit. *Omnino ita legendum. Si ducitur exercitus virorum et lectae virtutis hominum, tu quidem debes ludere et securus esse; non enim quisquam dux te cum illis militem scribendum curaverit.* — V. 6. ῥωμαίοις δ' οὐδείς. Vat. Cod.

LXX. Vat. Cod. p. 540. sq. Plan. p. 133. St. 193. W. De agro Menophanis tam exiguo, ut Menophanes, cum fame periret, locum in agro non inveniret, ubi se suspenderet, nec ubi sepeliri posset. Confer in Anthol. Lat. L. III. 56. p. 493. et *Martial.* XI. Ep. 18. ex quo haec pauca transscribimus:

Fines mus populatur et colono
Tanquam ſus Calydonius timetur;
Et ſublata volantis ungue Procnes
In nido ſeges eſt hirundinino;
Et cum ſtet ſine falce mensulaque,
Non eſt dimidio locus Priapo.

— V. 6. οὐκ ἀτόμων. Menippus in *Luciani* Icarom. §. 18. T. VII. p. 18. in terram de luna deſpiciens, et, quantillum de tam exiguo globulo vel ditiſſimo cuique relinquatur, cogitans, σχεδὸν γὰρ, ait, ὁ πολυπλεθρότατος αὐτῶν μίαν τῶν Ἐπικουρείων ἀτόμων ἐοίκει μοι γεωργεῖν.

LXXI. Cod. Vat. p. 521. Plan. p. 159. St. 232. W. In Timomachum longiſſimae ſtaturae hominem. Nihil hoc Epigramma habere, quod lectorem moretur, pronuntiavit *Opſopoeus*, quem tamen poſtremum verſum non intellexiſſe, ex ejus interpretatione apparet. Verba, πέντ' ἐπὶ πέντε πόδας, neque decem pedes, ut *Brodaeus* interpretatur, nec viginti quinque pedes, ut *Opſopoeus*, ſignificant; quis enim inde ſenſus emergat? ſed hoc ait *Lucillius:* ſi quando ſurgere et erectus ſtare vellet Timomachus, ſervi tegulas detegebant, ita ut foramen fieret, quinque in quovis latere pedes patens. Non ſolum longitudinem hominis, ſed etiam amplitudinem et obeſitatem corporis ſignificat. — V. 1. πεντόργυιος, domus triginta aut quinquaginta pedes alta. Alii enim τὴν ὀργυιὰν ſex, alii decem pedes longam faciunt. — V. 2. εἴκοσι. Vat. Cod.

LXXII. Cod. Vat. p. 562. Plan. p. 164. St. 238. W. Poëtas laudat, qui auditores coena excipiant; contra eos, qui tantum recitent, imprecationibus infectatur. — V. 1. ποιητὴς πανάριστος. *Theocrit.* XVI. 21. οὗτος ἀοιδῶν λῷστος, ὃς ἐξ ἐμεῦ εἴσεται οὐδέν. Color, ut in verſibus *Zenonis*, qui ipſi ex Heſiodeis expreſſi ſunt, ap. *Diogen. Laërt.* VII. 25. κεῖνος μὲν πανάριστος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.

Ceterum hunc morem coena ſibi auditores conducendi lepide perſtrinxit *Catullus* Carm. XLIV. et *Martialis* L. III. 50.:

Haec tibi, non alia eſt ad coenam cauſa vocandi,
Verſiculos recites ut, Ligurine, tuos.
Depoſui ſoleas, affertur protinus ingens
Inter lactucas oxygarumque liber.
Alter perlegitur dum fercula prima morantur.
Tertius eſt, nec adhuc menſa ſecunda venit.
Et quartum recitas et quintum denique librum.
Putidus eſt, ſuties ſi mihi ponis aprum.
Quod ſi non ſcombris ſcelerata poëmata dones:
Coenabis ſolus jam, Ligurine, domi.

Conf. L. III. Ep. 45. in eundem Ligurinum, et *Perſium* Sat. I. 30. ſqq. — V. 3. κίμπει. Vat. Cod. — V. 4. ἰδίαν. Vat. Cod. In ſe ipſum convertat hanc recitandi et auditores enecandi rabiem. Formula imprecandi, ut εἰς ἐχθρῶν κεφαλὰς ὁ ἀλεξίκακος τρέψειε ap. *Lucian.* Qu. Hiſt. ſcrib. §. 19. T. IV. p. 181. Bip. et εἰς κεφαλήν μοι, et ſimilia ap. Comicum. Vide *Kuſter.* ad Plutum v. 526.

¶. 332.] *LXXIII.* Cod. Vat. p. 527. *Lucillii* nomen adſcriptum habet. In Planud. p. 165. St. 239. W. eſt ἄδηλον. In Heliodorum, peſſimum verſificatorem, qui in mala coena malos verſus recitaverat. — V. 2. τρία. i. e. κύπελλα. tria pocula peſſimi vini, quod etiam ὠμοβοσκύτερον (quaſi crudum dicas vinum, nec dum ſatis coctum et mitigatum) fuiſſe ait, quam carnes illas bovillas, quas *Lucillio* appoſuerat. — Ceterum fuiſſe, qui θρία legerent, monuit Scholiaſtes in Wechel. eamque lectionem probavit *Opſopoeus*, nec repudiavit *Brodaeus.* Quid ſit θρίον, docet *Scholiaſt. Ariſtoph.* Eqq. v. 951. Verbum κεφάλας melius ad vulgatam lectionem quadrat. — V. 3. Epigrammatum, quae recitas, tanquam fluctibus me ſubmergis, nihil ejusmodi meritum. κατακλύζειν

ſenſu *obruendi*, praeſertim ubi de affectibus agitur, paſſim occurrit. Vide *Markland.* ad *Max. Tyr.* XXXIII. 5. p. 143. ed. R. ἐπικλύζεις ἐμὲ τοσούτοις κακοῖς. *Lucian.* Pſeudol. 25. T. VIII. p. 80. δέδοικα, μὴ ἡ γυνὴ – τὴν γλῶττάν ὑμῖν ἐκείνην ἐπιστήσῃ καὶ καταπλύσῃ καὶ ἐμὲ καὶ ὑμᾶς. *Liban.* T. IV. p. 134. 14. ed. R. *Lucillius* in Ep. inedit. Ἑλλήνων ἐπέκλυσε (Cod. ἐπέλυε) πόλιν ποτε, δέσποτα Καῖσαρ, Εἰςελθὼν φάσι Ναύπλιον Ἡγέλοχος. — Si fortaſſe bovinas carnes edens idem peccavi, quod olim Ulyſſis ſocii, quibus *potior patria fuit interdicta voluptas*, (*Horat.* I. Epiſt. VI. 64.) ſemel perire malo, quam lenta hac morte confici. Verba, βούλομ' ἅπαξ πρὸς κῦμα χανεῖν, ducta ſunt ex Odyſſ. μ. 348. ubi Eurylochus ſocios exhortans, ut Solis boves mactent, εἰ δὲ, inquit, χολωσάμενός τι βοῶν ἀρδοκαμιράων Νὴ' ἰθέλῃ ὀλέσαι – βούλομ' ἅπαξ πρὸς κῦμα χανὼν ἀπὸ θυμὸν ἀλέσσαι, Ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι. ad quem locum veteres paſſim reſpexerunt. Iis, quae notavimus in Exercitt. Crit. T. I. p. 55., adde *Liban.* T. IV. p. 143. 15. πότερον ἧττον εἰς συμφορὰν εἰςάπαξ ἀποθανεῖν, ἢ πολλάκις ἐγγὺς εἶναι τοῦ θανάτου. *Plutarch.* in Vit. Caeſ. p. 734. E. εἰπών, ὡς βέλτίον ἐστὶν ἅπαξ ἀποθανεῖν ἢ καὶ προσδοκᾶν. et *Vellejum* II. 57. p. 264. ubi vide *Ruhnkenium.* — V. 6. ἔνδεν μαχεάν. Vat. Cod.

LXXIV. Vat. Cod. p. 527. Plan. p. 163. St. 237. W. *Lucillius* Heliodorum ad poëticum certamen provocat, ut appareat, uter alterum nugis proferendis antecellat. Similis eſt provocatio ap. *Horatium* I. Serm. IV. 14. *Criſpinus minimo me provocat: accipe, ſi vis, Accipe jam tabulas; detur nobis locus, hora, Cuſtodes: videamus, uter plus ſcribere poſſit.* — V. 2. ταῦτα πρὸς. Vat. Cod. — V. 3. ἄσσον ἴθ'. Reſpicitur verſus Homericus ex Il. ξ. 143. ἄσσον ἴθ', ὡς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείρατ' ἵκηαι. quem lepidiſſime ad urbem Aſſon transtulit *Nicoſtratus* ap. *Strabon.* XIII. p. 610. Verſus notiſſimi dimidiam tantummodo partem pronuntiat noſter, ut in talibus fieri ſolet.

Non igitur opus eſt conjectura *Caſauboni*, ὡς κεν θάσσον ὅλοιο σύ. — V. 4. μακροφ. ipſo me Heliodoro longe nugaciorem reperies. Ἡλιοδωρότερον, κατὰ τὸν Ἡλιοδώρου τρόπον, καὶ ὅτι μᾶλλον φλυαροῦντα.

LXXV. Vat. Cod. p. 548. Plan. p. 164. St. 238. W. Hiſtoria de Marco poëta, qui propter epigramma, quod compoſuerat, monoſtichum, cenotaphium exſtruxerat. — V. 2. ἀκοδόμησε. Vulgo. — V. 5. εἶδον. Cippus loquitur, qui ullum ſe unquam Maximum noviſſe negat. — ἐς δ' ἐπίδειξιν. Oſtentandi ingenii cauſa Marcus me exſtruxit, ut viatores lugere juberem. In ficto argumento verſabatur Marci ingenium, cum illum verſum componeret, id quod in ἐπιδείξεσιν ſolemne eſt. — V. 6. λέγει. Vulgo, male. λέγω habent membranae.

LXXVI. Cod. Vat. p. 526. Plan. p. 163. St. 237. W. Potamonem poëtam, qui auditores verſibus enecabat, et Hermogenem chirurgum graviſſimis humani generis peſtibus annumerat *Lucillius*. — V. 1. Vulgo hic verſus ſic legitur et diſtinguitur: οὔτ' ἐπὶ Δευκαλίωνος, ὕδωρ ὅτε πάντ' ἐγενήθη. quo admiſſo, nullus hujus verſus nexus eſt cum verbo ἔκτεινεν, nec juſta antitheſis efficitur. Nullum tamen interpretum ad hunc locum offendiſſe video, Cum *Brunckii* lectione, cujus auctorem et auctoritatem pariter ignoramus, egregie conſpirat verſio ſummi *Grotii*:

Non Phaëthon, uſſit qui flammis omnia, non quae
Omnia merſerunt Deucalionis aquae.

πάντ' ἐγενήθη eſt etiam in Vat. membr. — Ceterum mihi in verbis prioris hemiſtichii articulus, deſiderari videtur. An igitur ſcriptum fuit:

οὔτε τὸ Δευκαλίωνος ὕδωρ — —

— V. 3. ἔκτεινεν. *Horat.* Epiſt. ad Piſon. v. 474. *Indoctum doctumque fugat recitator acerbus; Quem vero*

arripuit, tenet occidizque legendo. — V. 5. κατὰ pro καιά. Vat. Cod.

333.] *LXXVII.* Cod. Vat. p. 526. Plan. ibid. Umbras et manes *Lucillius* monet, ut ſibi ab Eutychide poëta, jam ad inferos deſcenſuro, caveant. — V. 2. Εὐτυχίδας. Vat. Cod. ἔχων φόδας. cum magno carminum apparatu. — V. 4. νόμων. Cantus notationem, quae fit notis muſicis, intellige. De Caſſio verſificatore foecundiſſimo *Horat.* I. Sermon. X. 62. – *Etruſci Quale fuit Caſſi rapido ferventius amni Ingenium: capſis quem fama eſt eſſe libriſque Ambuſtum propriis.* — V. 5. ὁ χάρων. nunc demum mortui eſſe videmini, nunc demum peſtis et pernicies ad vos acceſſit. Sic nomine Charontis translata ratione uſus eſt *Cercides* jambographus ap. *Athen.* I. VIII. p. 347. E. λεβητοχάρων, de homine guloſo, ni fallor, qui lebetibus perniciem affert, ut ille ap. *Horatium* I. Epiſt. XV. 31. – *pernicies et tempeſtas barathrumque macelli*, qui *Quicquid quaeſierat, ventri donabat avaro.* — V. 5. κατέλθῃ. Sic in Planudea. male. Cod. Vat. κατέλθει. Scribendum κατέλθοι. Subauditur ἄν.[a] *Br.* In ſequ. verſu haereo. Quamvis enim bene dicatur κατὰ γῆς et κατὰ χθονὸς εἶναι de iis, qui ſub terra abditi jacent, (vide *Valckenar.* ad *Herodot.* p. 312.) dubito tamen, an γῆν κατέχειν ſignificet *infernas ſedes tenere*, ut *Brodaeus* interpretatur. *Euripides* quidem Electr. v. 203. longe diverſo ſenſu dixit: ὅς που γᾶν ἄλλαν κατέχει μέλεος ἀλαίνων. et in Helen. v. 1222. ποδαπὸς δ' ὅδ' ἀνὴρ, καὶ πόθεν κατέσχε γῆν. et in multis aliis locis apud quosvis ſcriptores. Quare minima mutatione legerim:

– ἐπεὶ Χ' ΑΙΔΗΝ Εὐτυχίδης κατέχει.

poſtquam Eutychides etiam in Orco verſatur. Color eſt, ut in Ep. *Juliani Aegypt.* LX. de Archilochi ad inferos deſcenſu: πῶς οὐκ ἂν προλίποι σκοτίων πυλεῶνας ἀνιόλων Νεκρὸς ἅπας, φεύγων τάφρος ἐπεσβολίης;

LXXVIII. Cod. Vat. p. 527. Plan. p. 163. St. 238. W. In Marcum verſificatorem, qui elegos in filii obitum recitans auditorem fere enecaverat. — V. 1. κόπτου. Vide ad Ep. XLV. 4. Alio ſenſu recitantes et loquaces κόπτειν dicuntur auditores, ut *Anaxipp.* ap. *Athen.* IX. p. 404. B. ἐμὲ καταυδῦσις, οὐχ ὃ θέειν μέλλομεν. cui ſimilia dedit *Pierſon.* ad Moer. p. 74. Loquacis mulieris vir ap. *Liban.* T. IV. p. 141. 20. μεθ' ἡμέραν κόπτομαι, νυκτὸς διαφθείρομαι. — V. 2. παρά σοι. Vat. Cod. et margo ed. Wechel. Vulgo παρὰ σοῦ. — V. 3. πάλιν deeſt in membr. Vat. — V. 4. στίχινος θάνατος. *verſibus occiſum quippe, cruente, tuis* vertit *Grotius.* Pro σφαζόμενον membranae σταζόμενον offerunt; quod quis fortaſſe in στιζόμενον mutari velit. Sed vulgatum reliquis verbis videtur accommodatius. — V. 6. „Veriſimilis eſt Sca„ligeri emendatio ad Sueton. T. I. p. 638. ed. Burm. „reponentis καταλείξαντας: ſed alterius, quod ibi protu„lit, diſtichi ſenſum non affecutus eſt.“ *Br.* Eandem conjecturam *Joſ. Scaligeri* reperio in ejus not. mſc. et de Em. Tempor. p. 479. Nititur narratione *Suetonii* in C. Caeſ. Caligul. c. XXI. *Edidit – in Gallia Lugduni miſcellos. Sed et certamen quoque graecae latinaeque facundiae, quo certamine ferunt victoribus praemia victos contuliſſe, eorundem et laudes componere coactos. Eos autem, qui maxime displicuiſſent, ſcripta ſua ſpongia linguave delere juſſos, niſi ferulis objurgari, aut flumine proximo mergi maluiſſent.* Eodem reſpexiſſe videtur *Juvenal.* Sat. I. 44. *Palleat, ut nudis preſſit qui calcibus anguem, Aut Lugdunenſem rhetor dicturus ad aram.* — *Huetius*, qui hanc *Scaligeri* conjecturam profert p. 17., acutam cenſet, veram eſſe negat. Nam πάθοιεν eſſe optantis ſeu imprecantis; nec calamos lambere fuiſſe receptum in morem. Vulgatam ſic interpretatur: Quae utinam ii paterentur, qui uſum librorum et calamorum hominibus ostenderunt. — Sed ſic jejune hoc carmen

terminatur, cum imprecatio exſpectationi minime reſpondeat. At, Scaligerana lectione admiſſa, etiam *πάθοιεν* legendum foret; quo facto, illa facilitas, qua illa ſe tantopere commendabat, perit. *Grotius* vertit:

Namque tuo patior pro funere talia, ferrent
Qualia, qui calamos ſcriptaque tosa vorant.

LXXIX. Cod. Vat. p. 527. Plan. p. 163. St. 238. W. Calliſtratum verſificatorem rogat, ut inducias ſecum faciat, neque aſſidue recitando quovis hoſte ſit infeſtior. — V. 1. *οὐχ οὕτω κακοεργόν.* Parodiam verſus Aratei nemo non obſervavit, in Phaenom. v. 131. aeneae aetatis homines *πρῶτοι κακοεργὸν ἐχαλκεύσαντο σίδηρον.* Ferrum *καινὸν φυτὸν* appellat *Callimachus* ap. *Schol. Apoll. Rhod.* II. 375. — V. 6: *εἰς ἀνοχὰς γάρ.* Haec diligenti lectori vereor ut ſincere ſcripta videri poſſint. *ἡμερίων mortalium* interpretantur, nullo ſenſu. Rectius ab *ἡμέρα*, *ἡμέριος* deduxeris; ſed nec de hac forma quidquam conſtat. Quamvis vel ſic dierum ad inducias conceſſorum deſideratur numerus. Mihi in mentem venit:

εἰς ἀνοχὰς γὰρ
καὶ Πρίαμος κλυτόπας εὐμαρίης ἔτυχε.

εὐμαρίην Heſychius interpretatur *ἡσυχίαν*, quae ſignificatio huic loco accommodata eſt. Poteſt etiam vulgari ſenſu ſic accipi: Etiam Priamus facilem ſibi invenit hoſtem (Achillem) ad inducias ipſi concedendas.

LXXX. Cod. Vat. p. 526. *Lucillio* tribuit, quod *ἄδηλον* eſt in Plan. p. 164. St. 239. W. Ridet poëta eos, qui juvenes poëtas ſenioribus propter unam aetatis rationem poſthabent. — V. 2. *ἥρεσκε.* omnes vett. edd. ante *Stephanum.* — *κἂν εἴκῃ.* quamvis Homerum ingenio referat. — Vulgo *εἴκοι* legitur. — V. 3. *Πριάμου.* Pro quovis grandaevo *Priami* nomen paſſim occurrit. *Martial.* II. 64. *Peleos et Priami transit, vel Neſtoris aetas.*

V. 59. *Jam cras iſtud habet Priami vel Neſtoris annos.* De vetula in Luſib. nr. LVIII. *Quae forſan potuiſſet eſſe nutrix Tithoni, Priamique Neſtorisque.* Iidem junguntur nr. LXXVIII. — ἔχει habet Flor. pr. — V. 4. οὐ δύναται ἄλφα γράφειν. Similis eſt paroemiaca locutio ap. Francogallos de imperito: *il ne ſait pas faire la panſe d'un A.* — ¶. 334.] V. 5. οὕτω. Vulgo. — ἔχων. Vat. Cod. Quod ſi verum eſt, laus poëſeos ad ſenes hernioſos transit, quos communis opinio tanquam ſtolidos ridet. Cf. *Martial.* XII. 85. et quae notavimus ad *Luciani* Ep. XVIII.

LXXXI. Cod. Vat. p. 534. Plan. p. 151. St. 220. W. In Apollophanem hiſtrionem, qui egeſtate coactus apparatum ſcenicum vendidit. — V. 2. βόπαλον. *Pollux* IV. 117. βόπαλα καὶ λεοντῆ καὶ παντευχία τραγικῆς ἀνδρείας σκευῆς. — V. 3. τὰ φόβητρα. ſerpentes puta, quos Furiae manibus geſtabant. Idem vocabulum, ſicut μορμολυκεῖον, de quovis *terriculamento* uſurpabatur; ut in *Aeſchin.* Axiocho c. VIII. καὶ νηπίων ὡς ἀληθῶς φόβητρα. Philopatris inter *Lucianea* §. 9. T. IX. p. 247. καὶ εἴτις παρθένον καρατομήσειε, ταὐτὸ γένοιτο φόβητρον τοῖς πολλοῖς. *Schol.* in *Euripid.* Phoeniſſ. 1266. μίσητρον τὸ ἐμποιοῦν μῖσος, τὸ φόβητρον τὸ φόβου ποιητικόν. *Theophylactus* Ep. LXXIII. τὰ δὲ φόβητρα, ἃ ἡμῖν ἐπανατείνεσθε, μορμολυκεῖα παίδων εἶεν. — Ποσειδῶνος τριόδοντα. Vat. Cod. quod reponendum. — V. 4. ὅπλον. Non *haſta*, ut *Brodaeus* interpretatur, ſed *ſcutum* Minervae, quo nihil illuſtrius, ſecundum *Homer.* Il. β. 446. Vide inprimis *Cuperi* Obſſ. I. 7. p. 43. — V. 5. Eſt parodia verſus Homerici Il. δ. 1. οἱ δὲ θεοὶ πᾶς ζῆνι καθήμενοι ἠγορόωντο. — Dii apparatu ſuo privantur, ut Apollophanes paullum cibi et vini comparare poſſit.

LXXXII. Cod. Vat. p. 541. Plan. p. 162. St. Lepidum hoc Epigr. pantomimum ridet, qui Nioben, Capaneum et Canacen ſaltaverat. Expreſſit hoc carmen *Auſonius* LXXXIII.:

Deceptae felix casus se miscuit arti.
Histrio saltavit qui Capanea, ruit.
Idem qui Nioben saltavit, saxeus, ut tum
Spectator veram crediderit Nioben.
In Canace visus multo felicior ipsa,
Quod non hic gladio viscera dissecuit.

Graecum exemplar elegantius longe et lepidius. — V. 3. ὡς λίθος. Haec fortasse expressit *Palladas* Ep. LVII. Δάφνην καὶ Νιόβην ὠρχήσατο Δάφνις ὁ σιμός· Ὡς ξύλινος Δάφνην, ὡς λίθινος Νιόβην. — V. 4. ἐξαπίνης ἔπεσες. Capaneus enim, in moenia Thebana ascensurus, fulmine percussus est et — εἰς γῆν ἔμπυρος πίπτει νεκρός. *Euripid.* Phoen. 1193. Pantomimus autem non eo quo debebat tempore, sed ἐξαπίνης collapsus est; nisi forte hoc vocabulum ineptos hominis motus significat, qui cum decore cadere nesciebat. Ceterum in ἔπεσες ambiguitatem frustra quaerebat *Brodaeus*, quia histriones dicuntur πίπτειν, cum explodantur et ejiciuntur. — V. 5. Quod Canacen saltans vivus excessisti, id fecisti contra fabulae fidem, et omnibus spectatoribus displicuit, qui tam ineptum hominem morte quam vita digniorem existimabant scil. *Canacen Aeolus propter incestum cum fratre Macareo commissum ense transverberavit*, secundum *Hyginum* Fab. CCXXXVIII. Cum tamen h. l. Canace ipsa ensem habuisse dicatur, apparet, pantomimorum poëtas secutos esse aliam narrationem, secundum quam Aeolus filiae ensem miserat, quo se confoderet. *Ovid.* Heroid. XI. 3. *Dextra tenet calamum, strictum tenet altera ferrum, Et jacet in gremio charta soluta meo.* et v. 94. *Aeolus hunc ensem mittit tibi: tradidit ensem: Et jubet ex merito scire, quid iste velit.*

LXXXIII. Vat. Cod. p. 541. Plan. p. 162. St. 235. W. Etiam hoc in ineptum pantomimum, Aristonem, scriptum est. — V. 1. ἐκ ποίων. Similiter infra CXI. de pa-

vigio: Ἐκ ποίων ἔταμες, Διονύσιε, τὰ ξύλα ταῦτα Λατομιῶν; ποίων τὸ σκάφος ἐστὶ μόλων; — Respicitur ad proverbialem locutionem, cujus auctor *Homer.* Od. τ. 163. οὐ γὰρ ἀπὸ δρυὸς ἐσσι παλαιφάτου οὐδ' ἀπὸ πέτρης. ubi vide *Clarkium.* *Diodor. Zon.* Ep. V. κοκύσαι γὰρ ἔλεξαν Ἀμῖν ὡς πρέσβεμα ματέρες ἐντὶ δρύες. — Poëtam lignei ingenii sic alloquitur nescio quis in Anthol. Lat. T. I. p. 610. CLXVII. *Praesciſſae ſilicis cautibus edite, Silveſtri juvenis durior arbuto.* Etiam *Callimacho* ξύλινον νοῦν tribuit *Apollonius Gramm.* infra p. 358. — V. 5. καὶ σύ τι Λητοῖ. Niobe enim Latonae se praeferens in saxum mutata est. Ejusmodi jactantiae culpam Aristonem contraxisse, lepide suspicatur *Lucillius*, quia aliter intelligi non possit, quomodo ille tam plane lapideus factus sit.

LXXXIV. Cod. Vat. p. 528. Plan. p. 169. St. 246. W. Expositum hoc Epigramma *Erasmus* in Adagiis III. Cent. I. 15. qui comparat *Martial.* VI. 19.:

Non de vi, neque caede, nec veneno,
Sed lis est mihi de tribus capellis.
Vicini queror has abesse furto.
Hoc judex fibi poſtulat probari.
Tu Cannas, Mithridaticumque bellum,
Et perjuria Punici furoris,
Et Sullas, Mariosque, Muciosque
Magna voce ſonas manuque tota.
Jam dic, Poſtume, de tribus capellis.

Conf. *Deſider. Heraldum* Anim. ad Martial. p. 121. sq. — V. 1. ἀπολώλεκα. furto perdidi. — ὧν χάριν. hanc causam ut ageres, mercedem tibi pepigi. — ¶. 335.] V. 3. *Scholiaſtes* in ed. Wechel. et post eum *Heraldus* comparavit *Lucianum* in Rhetor. Praec. §. 18. T. VII. p. 238. κἂν περὶ ὑβριστοῦ τινος ἢ μοιχοῦ λέγῃς Ἀθήνησι, τὰ ἐν Ἰνδοῖς, καὶ τὰ ἐν Ἐκβατάνοις λεγέσθω· ἐπὶ πᾶσι δὲ ὁ Μαραθὼν καὶ ὁ Κυναίγειρος, ὧν οὐκ ἄν τι ἄνευ γένοιτο. καὶ ἀεὶ ὁ Ἄθως πλησίον, καὶ ὁ Ἑλλήσ-

παντος περιενέσθω, καὶ ὁ ἥλιος ὑπὸ τῶν Περσικῶν βελῶν σκεπέσθω, καὶ Ξέρξης φευγέτω, καὶ ὁ Λεωνίδας θαυμαζέσθω, καὶ τὰ Ὀθρυάδου γράμματα ἀναγινωσκέσθω, καὶ ἡ Σαλαμὶς καὶ τὸ Ἀρτεμίσιον καὶ αἱ Πλαταιαὶ, πολλὰ ταῦτα καὶ πυκνά. In hoc enim locorum communium gyro eloquentia ſophiſtarum et minutorum oratorum agitabatur. — V. 4. ἀπάγειν ſenſu forenſi eſt *deferre, accuſare.* Vide *Budaeum* in Comm. Gr. L. p. 290. οἱ ἀπὸ Θερμοπ. ſunt trecenti illi Spartani, qui ad Thermopylas fortiter pugnantes occubuerunt. κλίπτας pro appoſitione habendum eſt, ὡς κλίπτας; ne cum *Heraldo* πέρσας corrigendum ſuſpiceris. — V. 7. Dicis ſaltem cauſa mei memineris. νόμου χάριν. ut ap. *Lucian.* Ep. XIV. — V. 8. ἀλλὰ λέγει. De origine hujus paroemiae non conſtat.

LXXXV. Cod. Vat. p. 528. Plan. p. 169. St. 246. W. In Marcum rhetorem, quem Pluto hac lege in Orcum recipit, ut declamando poenam addat Ixioni, Tityo aliisque, qui apud inferos puniuntur. — V. 2. Κέρβερος. Maledicum tibi finge et latrantem rhetorem. Hoc ſenſu procul dubio is, quem in Pſeudologiſta perſtringit *Lucianus* §. 29. T. VIII. p. 85., adverſarium Κέρβερον ἐν τοῖς λόγοις εἶναι dixerat. Mox nihil facetius, quam Melitonis, poëtae, cum Tityo et Ixione conjunctio. Graviſſimis igitur cruciatibus dignum cenſebat *Lucillius* Melitonem, quem tragoediarum ſcriptorem fuiſſe apparet ex Ep. CXI. — V. 4. „Inepte in Planudea legitur μελέτω. „Vat. Cod. μελέτῳ. Verum eſt μελέτα.“ *Br.* Eadem emendatio eſt in not. *Brodaei*, et ap. Anonym. Bodlej. nec aliud quidquam voluit *Huetius* p. 18. ubi μελετῷ vitioſe excuſum eſt, qualia multa in illis notis peſſime depravata ſunt. Sic autem haec verba interpretatur doctiſſimus Praeſul: Declama apud Ixionem, Melitonem et Tityum, ut hoc ſupplicio torqueantur, quo pejus non habeo. — V. 6. Ῥοῦφος. Oblique et quaſi aliud agens Rufum grammaticum notat. — κολοσίζει. Flor. pr. Ald. I.

et Asc. In ἀλθὼν σολοικίζῃ est enallage satis ap. poëtas frequens pro ἴαλθῃ σολοικίζων. Hunc Rufum aliunde cognitum non habemus.

LXXXVI. Vat. Cod. p. 529. Planud. p. 170. St. 247. W. In Flaccum rhetorem soloeciſſantem. Cf. Ep. *Ammiani* VII. — V. 1. μηδὲ λαλῶν. Ex *Brodaei* nota huc transferamus, quae ad rem faciant: *Quinctil.* Inſt. Orat. I. 5. 36. de ſoloecismo agens: *In geſtu quoque nonnulli putant idem vitium ineſſe, cum aliud voce, aliud nutu, vel manu demonſtratur.* Hiſtrionem τῇ χειρὶ σολοικίζοντα de concertatione abegit *Philoſtratus* Vit. Soph. I. 25. p. 542. De vitiis pantomimorum agens *Lucianus* de Saltat. §. 80. πολλοὶ γὰρ αὐτῶν ὑπ' ἀμαθίας καὶ σολοικίας δεινὰς ἐν τῇ ὀρχήσει ἐπιδείκνυνται, οἱ μὲν ἄλογα κινούμενα κ. τ. λ. Verbum σολοικίζειν, et ſoloeciſmi notionem ſophiſtae et poëtae ſequioris aevi ad omnem incongruentiam transtulerunt; ut *Plutarch.* T. II. p. 45. E. non debet auditor quidem in declamante quodvis vel minimum peccatum notare, αὐτὸς δὲ ἀνεύθυνος ἀσχημονεῖν καὶ πολλὰ σολοικίζειν περὶ τὴν ἀκρόασιν. Id. T. II. p. 520. B. Οἱ τοίνυν πολυπράγμονες, οὐ στίχων, οὐδὲ ποιημάτων, ἀλλὰ βίων ἀστοχήματα καὶ σολοικισμοὺς ἀναλεγόμενοι καὶ συνάγοντες, ἀμουσότατον καὶ ἀτερπέστατον χαρῶν γραμματοφυλακεῖον τὴν ἑαυτῶν μνήμην περιφέρουσιν. Quaedam voluptatum genera σολοικισμὸν ἐκάλει *Nigrinus* ap. *Lucian.* §. 31. T. I. p. 53. Bip. *Hieronym.* adv. Helvid. c. VIII. *Apud Chriſtianos ſoloeciſmus eſt magnus et vitium, turpe quid narrare vel facere.* Ridicule *Martial.* XI. 20. *Quaeris, cur nolim te ducere, Galla? diſerta es. Saepe ſoloeciſmum mentula noſtra facit.* — V. 4. Ego eum videns, non poſſum eloqui, quae velim, ſed barbara et ſoloeca loquor. τὸ στόμα μου δίδεται, ut Ep. XLVIII. οὐδὲ σολοικίζον τὸ στόμα μου δίδεται. — Ceterum notandum anacoluthon hujus verſiculi, quod *H. Stephanus Lucillium* de induſtria hoc loco commiſiſſe cenſebat,

ut ostenderet, se, quoties Flacci meminerit, soloecismos vitare non posse.

LXXXVII. Cod. Vat. p. 528. *Lucillio* inscribitur; in Plan. p. 170. St. 248. W. *Ammiano* tribuitur. Critonem rhetorem poëta ridet, qui, quod voculas quasdam Atticis et Demosthenis inprimis usurpatas ubique inferciret, rhetorem se putaret et Atticum. Conf. *Cereal.* Ep. II. *Ammiani* Ep. XXII. Insanam Atticistarum cacozeliam perstringit *Lucian.* in Lexiph. §. 21. T. V. p. 198. sqq. et in Rhetor. Praecept. §. 16. T. VII. p. 235. ἔπειτα πεντεκαιδεκά που, ἢ οὐ πλείω γε τῶν εἴκοσιν Ἀττικὰ ἐνόματα ἐκλέξας ποθὲν, καὶ ταῦτα ἀκριβῶς ἐκμελετήσας, πρόχειρα ἐπ' ἄκρης τῆς γλώττης ἔχε, τὸ ἄττα, καὶ κἄτα, καὶ μᾶν, καὶ ἀμφίπτη, καὶ λῆστε, καὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ ἐν ἅπαντι λόγῳ, καθάπερ τι ἡδύσμα, ἐπίπαττε αὐτῶν. Similia de iis, qui philosophiam profitebantur, conqueritur *Themistius* Orat. XXI. p. 252. sq. — V. 1. τρὶς παρ' ἕκαστα. tertio quoque verbo judices appellandi. Male haec verba *Opsopoeus* accepit. — V. 3. ταύτη. Vat. Cod. — V. 4. σκοψάμενος. Vulgo et in Vat. Cod. Nec aliter voluisse *Brunckium* existimo. Criton bonae ejusmodi vocularum copiae providerat, προϋσκόψατο; verbum simplex pro composito. *Casaubonus* tamen in not. msc. λεξάμενος emendabat. — V. 6. Majora etiam illis prioribus in posterum pollicetur, nempe formas quasdam poëticas, ut φάθι et μὼν, et comicum vocabulum γρό.

¶. 336.] *LXXXVIII.* Vat. Cod. p. 539. Planud. p. 143. St. 207. W. *Luciano* tribuit carmen, quod membranae *Lucillio* vindicant. — In Telesillam, oris foetore, quicquid unquam fuit foetidum, superantem. Ejusdem argumenti est Ep. *Martialis* VI. 93.:

Tam male Thaïs olet, quam non fullonis avari
Testa vetus, media sed modo fracta via.

Non

Non ab amore recens hircus, non ora leonis,
Non detracta cani Transtiberina cutis.
Pullus abortivo nec cum putrefcit in ovo,
Amphora corrupto nec vitiata garo.
Virus ut hoc alio fallax permutet odore,
Depofita quoties balnea veſte petit:
Pſilothro viret, aut acida latet oblita creta,
Aut tegitur pingui terque quaterque faba.
Cum bene ſe tutam per fraudes millé putavit,
Omnia cum fecit, Thaïda Thais olet.

— V. 1. Χίμαιρα. quae ignem ſpiraſſe dicitur in Il. VI. 180. — V. 2. ταύρων. tauros intellige, quos Iaſon ſubjugavit, — θοὴν φλόγα φυσιόωντας Ἐκ στομάτων, ap. *Apollon. Rhod.* III. 1303. — V. 3. εὔμπασ' οὐχ Ἀρ. Vulgo. Noſtrum eſt in membr. Vat. — Lemnium illud malum, τὸ Λήμνιον κακὸν, eſt malus odor, quem Venus irata mulieribus illius inſulae inſpiraverat, ſecundum *Apollodor.* I. 9. 17. Aliam cauſam affert ex *Myrtilo Schol. Apollonii Rhod.* L. I. v. 614. et *Antigon. Caryſt.* c. CXXX. p. 179. ſq. ubi vide *Bekmann.* et *Meziriac.* ad Ovid. Epiſt. T. II. p. 41. — V. 3. τὰ περισσά. τὰ λείψανα. ciborum, quos Harpyiae attigerant, reliquiae, quibus nemo, quamvis famelicus, veſci audebat: τοῖόν οἱ ἀπέπνεε λείψανα δαιτός. *Apollon. Rhod.* L. II. 193. — V. 4. πούς. Ex Philoctetis vulnere *taeter* afflabat *odor*, *quem cum Achivi ferre non poſſent, juſſu Agamemnonis regis in Lemno expoſitus eſt. Hygin.* Fab. CII. Ad hunc viperae morſum referendi ſunt verſus Aeſchylei ap. *Plutarchum* T. II. p. 1087. F. qui, demtis iis, quae *Plutarchus* interpoſuit, ſic ſcribendi videntur:

ὁ γὰρ δράκων ἐνήκισε
δεινὴν ὀδόντων ἔκφυσιν, ποδὸς λαβών.

Aliter haec tractavit *Valckenarius* in Diatr. p. 128. A. — ἀποδηκόμενος. Tragico ornatu *Sophocl.* Phil. v. 7. νέαν

καταστάζοντα διαβόρῳ πόδα. *Euripides* in tragoedia ejusdem nominis ap. *Ariſtot.* Poët. 12. φαγέδαινά γ', ἥ μου σάρκα θοινᾶται ποδός.

LXXXIX. Vat. Cod. p. 539. *Lucillio* vindicat lepidum hoc diſtichon, quod in Plan. p. 143. St. 207. W. ἄδηλον eſt. — ἀλλὰ δι' αὐτῆς. Vulgo et in Vat. Anonymus Bibl. Bodlej. jungebat: διοσμησαμένους αὐτῆς. *Caſaubonus* autem in not. mſc. καὶ αὐτῆς emendabat. Simili hyperbole in male olentem *Martial.* VII. 94. *Unguentum fuerat, quod onyx modo parva gerebat, Olfecit poſtquam Papilus, ecce garum eſt.*

XC. Cod. Vat. p. 541. Plan. p. 135. St. 195. W. In Heliodoram vetulam diu lavantem. — V. 2. μὴ καταλυομένην. adhuc meretriciae arti vacantem, vertit *Brodaeus;* quod vix verum, quamvis καταλύεσθαι hoc ſenſu uſurpetur. (vide ad Ep. X. 1.) Hoc loco vetulam centum annorum miratur poëta, quod vitâ nondum *defungatur*, κατελύετο. Conf. notata ad *Serapionis* Ep. IV. p. 291. — V. 3. ὡς ὁ παλαιός. Paulo argutiùs hoc carmen convertit *Grotius:*

Jam quid agas video: calidis juveneſcere lymphis
Speras. Eveniet, credo, ſed ut Peliae.

ἑψομένη νεάσαι. *Diodor. Sic.* IV. 52. p. 295. Medeam narrat λέγειν, ὡς ἀναγκαῖον ἐν λέβητι καθεψῆσαι τὸ σῶμα τοῦ Πελίου. προσηνῶς δὲ τῶν παρθένων δεξαμένων τὸν λόγον etc. quae verba nuper acute tentavit, ubi totam de Pelia fabulam docte explicuit, *Boettiger in den Vaſengem.* I. 2. p. 171. Mihi vocula fugitiva, quam praecedens ſyllaba abſorpſit, revocata ſcribendum videtur: αὖ προσηνῶς δέ —. De Jaſone narrat *Scholiaſt. Euripid.* Medeae init. ex *Simonide*, ὡς ἡ Μήδεια ἀνεψήσασα αὐτὸν νέον ἐποίησε.

XCI. Cod. Vat. p. 534. Plan. p. 153. St. 223. W. — Ἑψομένη vulgo legitur.

XCII. Cod. Vat. p. 534. Plan. p. 153. St. 224. W. In tonſorem carnificem. Ejusdem argumenti eſt Ep. *Martialis* XI. 84.:

Qui nondum Stygias deſcendere quaerit ad undas,
Tonſorem fugiat, ſi ſapit, Antiochum.
Alba minus ſaevis lacerantur brachia culcris,
Cum furit ad Phrygios enthea turba modos.
Mitior implicitas Alcon ſecat enterocelas,
Fractaque fabrili dedolat oſſa manu.
Tondeat hic inopes Cynicos, et Stoica menta,
Collaque pulverea nudet equina juba.
Hic miſerum Scythica ſub rupe Promethea radat:
Carnificem nudo pectore poſcet avem.
Ad matrem fugiet Pentheus, ad Maenadas Orpheus:
Antiochi tantum barbara tela ſonent.
Haec quaecunque meo numeratis ſtigmata mento,
In veruli pyctae qualia fronte ſedent,
Non iracundis fecit gravis unguibus uxor:
Antiochi ferrum eſt et ſcelerata manus.
Unus de cunctis animalibus hircus habet cor:
Barbatus vivit, ne ferat Antiochum.

— V. 1. Ἄφες. Verſus Homericus ex Il. ε. 455. — παύεο τέμνων. deſine tandem, non tondere, ſed ſecare. Male *Opſopoeus* ulceroſum putabat loqui; quo admiſſo omnis hujus carminis venuſtas perit. — V. 2. τεμεῖς. ex membr. Vat. pro vulg. τάμῃς. — V. 3. In capite, quod tibi tondendum tradideram, nullus locus eſt, quem vulnerare poſſis. Transi ſaltem ad carnoſiores corporis partes; has tibi ſecandas permitto. — τὰ κάτωθεν τῶν γονάτων. ſuras puta. — V. 5. Nunc quidem hic locus, taberna ſcilicet tonſoria, muſcis et culicibus abundat, qui ad ſanguinem, quem fundis, guſtandum conveniunt; mox autem, ubi me totum dilaniaveris, vultures et corvos ad cadaver advolantes videbis.

¶. 337.] *XCIII.* Cod. Vat. p. 537. Plan. p. 146. St. 211. W. *Leonidae* tribuit, cujus praecedens eſt diſtichon in Plan. et in Vat. Cod. In caput de pictoribus relatum eſt a monacho; fortaſſe recte; nec minus tamen apte de poëta explicaveris. In poëtam certe ſimiliter luſit *Martial.* V. 53.:

Colchida quid ſcribis? quid ſcribis, amice, Thyeſtem?
Quid tibi vel Nioben, Baſſe, vel Andromachen?
Materia eſt, mihi crede, tuis aptiſſima chartis
Deucalion, vel, ſi non placet hic, Phaëthon.

— V. 2. τίς. ἕκαστος αὐτῶν τίνος τιμῆς ἄξιός ἐστιν.

XCIV. Vat. Cod. p. 537. Plan. p. 146. St. 212. W. De Eutycho, malo pictore, qui ne filios quidem ſibi ſimiles potuit gignere. — V. 2. οὐδ' ἀπό. Vat. Cod. quod verum videtur. Ne *per liberos* quidem ipſi contigit, ut ſimilitudo ineſſet in ejus operibus. Hunc uſum praepoſitionis ἀπὸ illuſtravit *Zeunius* ad *Viger.* de Idiotiſm. p. 564.

XCV. Cod. Vat. p. 542. Plan. p. 151. St. 219. W. De equo nullis machinis movendo. — V. 1. Θεσσαλόν. Equi Theſſali reliquis omnibus praeſtantiores; ſecundum proverbium, Ἵπποι Θεσσαλικοὶ, Λακεδαιμόνιαι δὲ γυναῖκες, ap. *Athen.* VII. p. 278. E. *Theocrit.* Eid. XVIII. 30. κάπῃ κυπάρισσος, ἢ ἅρματι Θεσσαλὸς ἵππος — κόσμος. — V. 2. φάρμακα Θεσσαλίης. ne efficaciſſima quidem venena. Reſpicitur autem, quod *Dorvillius* praeclare monuit in Miſcell. Obſſ. Tom. I. p. 7., ad ſuperſtitionem illorum temporum, quibus homines ſibi perſuadebant, aurigas in curuli certamine equos veneficiis et incitare et retardare poſſe. *Arnobius* c. Gentes I. p. 30. *Quis enim hoc neſciat*, (magos) *aut imminentia ſtudere praenoſcere, aut in curriculis equos debilitare, incitare, tardare.* — V. 6. Si me audis, hordeum, quo hunc equum alis, ptiſanae, liberis tuis porrigendae, impendes, et ligneum illum

nihilque a ſtatua diverſum caballum deorum alicui dedicabis.

XCVI. Cod. Vat. p. 546. Παλλαδᾶ, cujus ingenio dignius, quam *Lucillii*, cui tribuitur in Plan. p. 151. St. 219. W. — V. 1. οὐρέν. Vat. Cod. Non equum, ſed caudam equinam, unde equus macie confectus pendebat.

XCVII. Cod. Vat. p. 562. Plan. p. 186. St. 271. W. Ap. *Stob.* Tit. X. p. 125. Gesn. 71. Grot. Stultos eſſe, qui in congerendis divitiis laborent, poſt breve tempus haeredibus tradendis. *Horat.* I. Epiſt. V. 13. *Parcus ob haeredis curam, nimiumque ſeverus Aſſidet inſano.* Vide ad *Lucian.* Ep. XXVIII. 2. — V. 1. ἀλάφου. Secundum *Heſiodum* ap. *Plutarchum* T. II. p. 415. C. quem multi imitati ſunt, quos laudat *Daviſius* ad *Ciceron.* Tuſc. Qu. III. 28. et *Rubnk.* in Epiſt. Crit. p. 112. ſq. — V. 5. μὴ σὺ μὲν — ὀλέσσῃς. Plan. Stob. et Vat. Cod. Hoc cur mutatum ſit, non video. Seq. verſu χρήσοντα membr. vitioſe; vulgo χρήσωντα, quod verum. — In fine ἀπένας ex membranis receptum eſt pro ἀνέδην.

¶. 338.] *XCVIII.* Cod. Vat. p. 531. Plan. p. 183. St. 267. W. *Stob.* Tit. X. p. 127. 23. Gesn. 75. Grot. — V. 1. γλίχωνι. Vat. Cod. Pulegium, γλήχωνα, *Dioscorides* commendat L. III. 31. ad ſtomachi vitia tollenda. Hoc remedio non opus habebat Crito, ſordide avarus, qui dichalci olfactu haud aliter afficiebatur, quam alii pulegio. Simul indicatur, ſtomachi infirmitatem in Critone fami potiſſimum tribuendam fuiſſe. *Galenus* enim, τοὺς βουλιμιῶντας, ait, ἐν ταῖς ὁδοῖς ἀναπτησόμενοι ὄξει ἢ γλήχωνι. Omnino autem haec herba languidorum aut gravi ſomno oppreſſorum adhibebatur naribus. Vide *Bernard.* ad *Theoph. Non.* CXLVI. p. 456. — Ceterum a ſenſu hujus diſtichi aberravit *Brodaeus*; verum vidit *Salmaſius* in Homon. H. I. p. 40. C.

XCIX. Cod. Vat. p. 532. Plan. p. 184. St. 268. W. Ap. *Stob.* Tit. X. p. 127. Gesn. 75. Grot. — V. 2. ἔγραψε. Vat. Cod. Avarus ap. *Liban.* T. IV. p. 638. R. τίς οὖν ἐστὶ κύριος τῶν ἡμῶν, ἀποθανόντος; ἐγὼ καὶ τότε κελεύσω γὰρ συγκατορύττειν. — V. 3. δ' om. Vat. Cod. — Mox μισθοῦ est in editis quos vidi omnibus. μισθὸν emendavit *Jos. Scaliger* in not. mſc. — V. 6. λυσιτελῇ. Vat. Cod. — ἐξετάθη. *animam reddidit.* Hoc ſenſu *M. Antonin.* XI. 18. p. 331. ἀκαριαῖος ὁ ἀνθρώπινος βίος, καὶ μετ' ὀλίγον πάντες ἐξετάθημεν. quem verbi uſum, noſtro quoque loco laudato, illuſtravit *J. Toup.* ad *Longin.* p. 367. — Simile quid *Horatius* narrat II. Serm. III. 142. ſqq. — V. 7. κεῖτο δέ γ' οὐδέν. Vulgo. κεῖτο δὲ οὐδέν. Vat. Cod. Deleto inutili fulcro, corrigo:

κεῖτο δ' οὐδὲν ἔχων — —

Ad ſenſum plurimum facit *Antiphan.* Ep. IV. τοιαύτην πλουτοῦσαν ἔχων μεγάλην διαθήκην. Ἐκ πολλῶν ὀβολὸν μοῦνον ἀνεγκάμενος. — V. 8. „Deeſt hic verſus in omnibus codd. „et in duabus primis edd. additus ab Aldo in ſecunda, „ubi legitur ἀσπασίου." *Br.* ἀσπασίως emendavit *Brodaeus.* — ἥρπασαν. *avidus haec auferet heres. Horat.* III. Serm. III. 151. *Cuncta manus avidas fugient heredis, amico Quae dederis animo.* Id. IV. Carm. VII. 19.

C. Vat. Cod. p. 532. Plan. p. 184. St. 268. W. Ap. *Stob.* Tit. X. p. 127. Gesn. 75. Grot. — V. 1. τὸ omittit Vat. Cod. et abeſſe poteſt articulus. — ὁ κνιπός. *Suidas*: κνίψ. ζωύφιον. ἡ γενικὴ τοῦ κνιπὸς, μεταπίπτει εἰς εὖθεῖαν, καὶ σημαίνει τὸν ὀλίγα δαπανῶντα. Attici praefigebant literam ſibilantem σκνιπός. μικρολόγος. *Heſych.* τοὺς κίμβικας καὶ σκνιφοὺς conjunxit *Schol. Ariſtoph.* Plut. 591. ubi vide *Hemſterh.* p. 190. ſq. et qui recenſum dedit vocabulorum, quibus parcum notabant Graeci, *Caſaub.* ad *Theophr.* Char. X. p. 124. ed. *Fiſch.*

CI. Bis exſtat in membr. Vat. p. 546. et p. 568. Utroque loco *Lucillii* nomen adſcriptum. In Plan. p. 184.

St. 269. W. et inde in *Stob.* Flor. X. p. 125. Gesn. 71. Grot. *Palladae* tribuitur. — V. 2. κληρονόμοις πλούσιε. Anthol. Lat. T. II. p. 3. VIII. *Qui dum vita data eſt, ſemper vivebat avarus, Heredi parcus, invidus ipſe ſibi. Juvenal.* XIV. 136. *cum ſit manifeſta phreneſis, Ut locuples moriaris, egentis vivere fato.*

CII. Cod. Vat. p. 547. ſq. Planud. ubi ſuperius. *Stob.* X. p. 126. Gesn. 73. Grot. Avarum poëta conſolatur, cui divitiae furto ereptae erant. — V. 1. θρασύμαχε. Plurimae edd. Edit. Ald. pr. θαρσ. — V. 3. δανείσας. Vat. Cod. — τοκίσας τόκον. uſuram ex uſuris captans. In characteriſmo parci *Theophr.* c. X. 3. δεινὸς δὲ καὶ ὑπερημερείαν πρᾶξαι καὶ τόκον τόκου. Conf. *Spanhem.* ad *Ariſtoph.* Nub. 1155. p. 293. — Euclio ap. *Plautum* in Aulul. IV. 9. 14. cum auri ollam ſibi furto ablatam videret, *Ego me defraudavi*, ait, *Animumque genimque meum*; *nunc eo alii laetificantur. Plutarch.* de Avaro T. II. p. 525. E. σὺ δὲ τοσαῦτα πράγματα συνέχεις (fort. ἔχεις) καὶ ταράττεις καὶ στροβεῖς σεαυτὸν, κοχλίου βίον ζῶν διὰ τὴν μικρολογίαν, καὶ τὰ δυσχερῆ πάντα ὑπομένεις οὐδὲν εὖ πάσχων. — V. 4. πλέον. Vat. Cod. — V. 5. τὸ πίνειν. Omnes edd. et codd. in hac lectione conſpirant, quae ne *Grotio* quidem ſuſpecta fuit. Vertit enim:

Sed ſi pocla, bibis quae nunc, quaeque ante bibiſti,
Confers, invenies nil periiſſe tibi.

Joſ. tamen *Scaliger* in not. mſc. recte emendavit πεινῶν. *Brunckius* ubi hanc lectionem invenerit, non indicavit.

¶. 339.] *CIII.* Vat. Cod. p. 542. Plan. p. 185. St. 270. W. Ap. *Stob.* T. X. p. 126. Gesn. 73. Grot.

CIV. Vat. Cod. p. 562. Plan. p. 186. St. 271. W. Ap. *Stob.* l. c. Avari cum muſculo colloquium.

CV. Cod. Vat. p. 538. Plan. p. 161. St. 233. W. — V. 1. πραγματικός. Pragmatici Ciceroni ſunt, qui oratoribus leges et jura ſuggerunt. Orat. I. 5. Illis tempo-

ribus, quibus *Lucillius* ſcribebat, pragmatici vocabantur, qui rerum gerendarum formulas tenerent, quamvis alioqui imperiti juris. Vide *Deſid. Herald.* ad *Martial.* XII. 73. p. 233. quem exſcripſit *Grangaeus* ad *Juvenal.* VII. 123. *Bacchii* Hiſtor. Jur. Rom. II. 2. 10. p. 226. Ejusmodi homo formularius cum Rufo pictore certamen inibat, uter eorum celerius ſimilitudinem expreſſurus eſſet. Hic Phaedrum *imaginem* picturum eſſe judicans, minime dubitabat, quin ipſe artis pictoriae imperitum facili negotio ſuperaturus eſſet. Sed pragmaticus callide eluſit pictorem. Dum hic colores parabat, ille ſcripſit εἰκονικὴν ἀποχήν. Jam de his verbis audiamus *Brodaeum*: „Apocha chirographum ſignificat, quod confeſſionem vulgo „dicimus. Cum enim debitor ſuam fidem liberat, et de „receptis chirographum a creditore accipit, id apocha „dicitur, ἀπὸ τοῦ ἀπέχειν. Inde ἀποχὴ receptionem quo„que ſignificat, qua ratione vice verſa antapocham quo„que dicimus. Sunt autem pictoribus *iconicae* imagines, „ICtis *imaginaria* venditio, dominium atque alia, ad ima„ginem vel ſimilitudinem introducta, quae ſimul Lucil„lius intuens, εἰκονικὴν dixit. Harmenopulus: εἰκονική ἐστι „πρᾶσις ἡ ἐσχηματισμένη καὶ οὐ καλῶς γενομένη. Latet et„iam in ancipiti voce ἔγραψε ſal, quae et pingere et ſcri„bere notat.“ Hactenus ille. Rufus itaque ſe ſuperatum vidit, cum ille non *imaginem* quidem, at *imaginariam* apocham feciſſet. Fraudulentum fuiſſe hominem, poëta ſignificare videtur. Nam apocha locum non habet, niſi pecunia ſoluta et numerata. *Ulpian.* ad Leg. *Si accepto latum.* 19. D. de acceptil. *Inter acceptilationem et apocham hoc intereſt, quod acceptilatione omnimoda liberatio contingit, licet pecunia ſoluta non ſit: apocha non alias, quam ſi pecunia ſoluta ſit.*

CVI. Cod. Vat. p. 539. *Lucillio* tribuitur. In ed. pr. Planud. nullum lemma adſcriptum. In Ald. I. ἄδηλον. In Lectt. Aldinis autem τοῦ αὐτοῦ, i. e. *Lucillii*, cujus

carmen praeceſſit, corrigitur. *Planudes* (p. 161. St. 234. W.) retulit hoc diſtichon in caput εἰς νομικούς, quod lemma in Vat. Cod. appingitur praecedenti epigrammati. Hinc monachi error. Craterum lectum fuiſſe nihil indicat; ſcriptor fuit, abſurdus et obſcurus, qui talia ſcriberet, qualia homines integrae mentis chartae non committunt. — V. 1. οὐχ' ὅλοχλ. vitioſe Vat. Cod. — Satis lepida carminis converſio.

CVII. Cod. Vat. p. 534. Plan. p. 187. St. 272. W. Ap. *Stob.* T. XXXVIII. p. 221, 16. Gesn. 153. Grot. — ἰτάκη. τήκεσθαι de invidis ſolemne. Ep. in Stat. Athl. XXVII. p. 23. τὴν φθονερὴν τήκων δυσμενέων κραδίην. Ep. ἐλέσπ. CCCCXXIX. Ὁ φθόνος ἐστὶ κάκιστος· ἔχει δέ τι καλὸν ἐν αὐτῷ. Τήκει γὰρ φθονερῶν ὄμματα καὶ κραδίην. *Horat.* I. Serm. I. 108. *Quodque aliena capella gerat distentius uber, Tabeſcit. Macerat invidia. Lucret.* III. 74.

CVIII. Cod. Vat. p. 543. Plan. p. 161. St. 234. W. Marcus in vincula conjectus, propter pigritiam carcerem relinquere noluit, ſed caedem, quam non fecerat, ſe patraſſe dixit.

¶. 340.] *CIX.* Cod. Vat. p. 543. Planud. l. c. — V. 2. πάλιν. Vat. Cod.

CX. Cod. Vat. p. 548. Plan. l. c. Pantaenetus, pigerrimus hominum, cum febri correptus cubaret, deos precatus eſt, ne ipſum reſuscitarent. Quod votum cum exitum non haberet, deorum ſurditatem graviter incuſavit. — V. 3. ἐν δ' ἑαυτῷ. Vett. edd. ante *Steph.* Omiſſo ἐν Vat. Cod. δ' ἑαυτῷ. *Opſopoeus* conjecit ἐν δὲ λαῷ. quod ne graecum quidem eſt. Noſtra lectio, veteri procul dubio praeferenda, eſt in not. *Brodaei* et ap. *Stephan.* ἐν δέ οἱ αὐτῷ. tacite, ſubmiſſa voce; non tam propter deorum metum, ſed ob pigritiam.

CXI. Vat. Cod. p. 540. Plan. p. 166. St. 241. W. Navis loquitur et ſe ex ſaxis potius quam ligno conſtructam queritur; ſimul *Lucill.* Melitonem poëtam

oblique perſtringit. — V. 1. ἔτρμις. Vat. Cod. Cf. Ep. LXXXIII. — V. 2. σκάφος. H. l. non totam navem ſignificat; tum enim σκάφος εἰμὶ dediſſet *Lucillius*; ſed *navis alveum, carinam*; quo ſenſu hoc vocabulum etiam accipiendum eſt in periphraſi, σκάφη νεῶν, paſſim ap. tragicos obvia. Vide *Abreſch.* ad Aeſchyl. T. I. p. 203. *Scholiaſt. Thucyd.* I. 50. σκάφη καλεῖ τὰ κοιλώματα τῶν νεῶν, ἃ ἡμεῖς γάστρας καλοῦμεν. — V. 4. βιζοβολεῖ. Reſpicit poëta navem Phaeacum a Neptuno in lapidem mutatam. Od. XIII. 163. ἦλθ' Ἐνοσίχθων, Ὅς μιν λᾶαν ἔθηκα καὶ ἐρίζωσιν ἔνερθε. — V. 5. Vulgo ἔσεται. Quare *Brod.* ſequ. verſu vulgatam γράψει μ' in σ' mutatam voluit. ἔσομαι ex membr. Vat. receptum eſt. — V. 6. Meliton erat igitur poëta tragicus, qui Nioben docuerat. Eundem perſtrinxit Ep. LXXXV. Hunc eundem eſſe putat *Fabricius* Bibl. Gr. T. II. p. 311. ed. *Harl.* cum Melito, Socratis accuſatore, quem et tragicum et poëtam ὑπόψυχρον fuiſſe conſtat ex *Schol. Ariſtoph.* ad Ran. 1337. et *Suida* v. Μέλιτος. At primum diverſa ſunt nomina, deinde vix credibile, *Lucillium* tam remotae aetatis poëtam perſtrinxiſſe. — σαπρὸν δρᾶμα. rancidum, ineptum. Propriam vim hujus vocabuli illuſtravit *Caſaubon.* ad *Theophr.* Char. XI. p. 141. De quavis re mala et turpi uſurpari docuit *Alberti* in Obſſ. philol. p. 371. et *Wetſten.* ad N. T. I. p. 344.

CXII. Cod. Vat. p. 540. Planud. l. c. In navem Dionyſii cujusdam valde rimoſam. Similis argumenti eſt Epigramma *Nicarchi* ineditum, quod ille cum lectoribus communicabo:

Οὐ πλεῖν κλαῖ' ἀντλεῖν ἡμᾶς Εἰκανδρος ὁ Πλωτεὺς
εἰς τὴν εἰκόσορον φαίνεται ἐμβιβάσας.
οὐκ ὀλίγον γὰρ ἔνεστιν ὕδωρ ἔσω, ἀλλὰ Ποσειδῶν
ἐν ταύτῃ διαπλεῖν φαίνεται εἰς τὸ πέραν.
ναῦν πρῶτον ναῦς ὤπτω ὑδρεπικὴ, ἀλλ' ἄγε
μὴ σορὸν οὖσαν ἴδῃς τὴν πάλαι εἰκόσορον.

Sic hoc carmen in membranis ſcribitur. V. 1. ὁ πλωρεὺς depravatum eſt. Poſtremum diſtichon ſic ſcribendum videtur:

νῦν πρῶτον ναῦς ὤπτμι ὑδρωτικὴ, ἀλλὰ δέδοικα,
μὴ σορὸν οὖσαν ἴδῃς τὴν πάλαι εἰκόσορον.

— In *Lucillii* Ep. v. 3. τυῤῥηνικὸς, ἱστρικὸς, αἴγων, vulgo legitur. »Τυῤῥηνικὸν, ἱστρικόν. Sic codd. plerique. Subauditur »πέλαγος, quod eſt in praecedenti verſu. αἰγῶν πέλαγος »dici poſſet Aegaeum mare, quod ſic nominatum fuiſſe »tradiderunt grammatici quidam a crebris inſulis, quae »procul adſpicientibus videantur ſpecies αἰγῶν. At ſcri»bendum Αἴγων, quod Aegaeum mare notat; haec fuit »Salmaſii de hoc loco ſententia.« *Br. Joſ. Scaliger* in not. mſc. et ap. *Huet.* p. 16. ἀγκὼν conjecit, improbante *Huetio*. Forma *Aegon* ſatis obvia ap. Latinos poëtas, ubi tamen *Salmaſius Aegan* ſcribendum cenſebat ad *Solin.* p. 580. E. ſibi non conſtans, ut apparebit conferenti p. 125. F. Recte ei obloquitur *Barthius* ad Stat. Theb. V. 88. et *Burmann.* ad *Valer. Flacc.* I. 629. *Aegon* cum mari Tyrrheno junxit *Valerius Flaccus* IV. 714. in loco depravato:

Non alibi effuſis ceſſerunt longius undis
Litora; nec tantas quamvis Tyrrhenus et Aegon
Volvat aquas.

Lege, minima mutatione:

nec junctas quamvis Tyrrhenus et Aegon
Volvat aquas.

— V. 4. Non navis eſt, ſed fons oceani. Inepte *Lucillius* ξυλίνη addidit. — V. 5. ἔσχετω. Vulgo. Sed jam *Aldus* in Lectt. ἄρχετω notavit. — θαλασσοκρατεῖν. maris imperium exercet, qui tot maria navigio ſuo incluſa teneat.

CXIII. Cod. Vat. p. 540. Plan. p. 165. St. 240. W. — Argumentum idem, quod in praecedente. — V. 1. Διόφαντες. Vat. Cod. — ¶. 341.] V. 3. δελφ. ἀγελ. Delphini Nereïdibus ſaepe junguntur; ut ap. *Moſch.* Eid.

de Europ. v. 114. *Plin.* H. N. XXXVI. 4. 7. — V. 5. τάχα πλεύσει καί τις. Vulgo. Noſtrum eſt in Vat. membr. ut etiam ſq. ubi Planud. habet οὐδὲ γάρ ἐστιν ὕ. — Si paululum exſpectaverimus, alii in hac ipſa navi, tanquam in pelago, navigationem inſtituent.

CXIV. Cod. Vat. p. 536. Plan. p. 139. St. 202. W. In Aulum, militem ita meticuloſum, ut et armorum adſpectum fugiat, nec minimam belli mentionem ferat. — V. 1. »παραβύεται. παρακρύπτεται. Hinc apud *Heſychium* »παράβυστον. λάθρα γινόμενον. ἀπόκρυφον. *Si forte carbones* »*et laurum videris Aulus, abscondit ſe prae timore.* παρα»βύεσθαι, παρακρύπτεσθαί τι aut τινὰ eſt quod gallice dici»mus: *ſe cacher de quelque choſe ou de quelqu'un.* At »illud παραβύεσθαι, vim verbi penitius inſpicienti, ipſiſſi»mum eſt gallicum *ſe fourrer. Il ſe fourre dans un trou.* »*Il en a ſi grande peur qu'il ne ſait où ſe fourrer.* Male »interpretatus eſt Brodaeus, et haec ſignificatio a Lexi»cographis omiſſa.« *Br.* Schol. in ed. Wech. haec habent: Εἰς ἀνθρακιὰν ἐμπίπτει καὶ εἰς δαφνῶνα ἡ παραβαίνεται, ἢ παραμείβεται· ἀναγνωστέον δὲ καὶ διαβλήεσται ψοφοδεὴς στρατιώτης, μηδὲ ψόφον τῆς δάφνης φέρειν δυνάμενος, ὅταν τῇ ἀνθρακιᾷ τὰ αὐτῆς φύλλα ἐπιτεθῇ. ψόφον γὰρ ἀποτελεῖ. παραβαίνεται οὖν αὐτὰ ὁ Αὖλος, ἵνα μὴ ἀκούσῃ τὸν ψόφον. Haec, fateor, mihi minime ſatisfaciunt, quamvis etiam *Grotius* eodem ſenſu accepit verba:

Ferre nequit ſonitum laurus crepitantis in igne
Aulus et adſtricta melina veſte fugit.

Brodaeus putabat, eum foliorum murmure perterrefactum eſſe; cui interpretationi aliquid probabilitatis concilies loco *Iſidori Peluſiotae* L. V. Epiſt. DLXI. ὥσπερ οἱ ψοφοδεεῖς καὶ πρὸς μόνην τὴν ἀκοὴν τῶν δεινῶν καταπλήττονται, καὶ οὐδὲ φύλλου φέρουσι κίνησιν; ſimiles hinnuleo ap. *Horat.* I. Carm. XXIII. 5. qui, ubi *mobilibus veris inhorruit Adventus foliis, Et corde et genubus tremit.* Sed hoc admiſſo, quid voci ἄνθρακα facias? Haerebat *Caſaubonus*,

qui in not. mſc. δάφνης παραδύεται ſuſpicatur, quod nec ipſum expeditum ſenſum habet: *Furtim vel carbones lauri praeterit.* Vitium eſſe videtur in ἄνθρακα, ubi aliquid, quod ad rem militarem faciat, latere videtur. δάφνην timet imbellis homo tanquam praemium victoriae, et quia belli memoriam excitat. In ἄνθρακα ſimilem cauſam non exputo. Videant ſagaciores, an ex depravata lectione ejusmodi quid elici queat. Pronum eſſet θώρακα καὶ δάφνην corrigere; ſed huic conjecturae nihil tribuo. — V. 2. Nihil hic vidit *Brodaeus*, qui μήλινα λωμάτια ad Auli mollitiem refert. Docuit *Salmaſius* ad Scr. Hiſt. Aug. T. II. p. 563., τὸ μήλινον λῶμα veſtem eſſe militarem, ex colore militibus uſurpato, quem ruſſum, aut croceum, vel luteum interpretari licet. Reliqua idem non explicuit.— ἀποσφίγξας. Militarem veſtem cum dicitur ἀποσφίγξαι Aulus, non tam putem eum paventem et trementem collegiſſe veſtem, ut *Brodaeus* accepit, ſed potius eam condidiſſe et conſtrinxiſſe in arca ſepoſitam, ne ejus adſpectu terreretur. In verbo ἀποσφίγγειν praepoſitio vim intendendi habet, quam in ſignificatione translata potiſſimum exſerit. Derivatum ἀπόσφιγξις de conſtrictione per faſcias uſurpavit *Hippocrates.* Vide *Foeſium* p. 54. — V. 3. τὸ μάτην ἴδιον. enſem, quo ipſe nunquam utitur. — V. 5. Ipſa nomina vitat, quae ad bellum ſpectant, quique iis appellantur, tanquam male ominatos fugit. — Λυσιμάχῳ. Ludit in hoc nomine *Ariſtoph.* Lyſ. 554. et *Rufin.* Ep. IX.

CXV. Cod. Vat. p. 536. Planud. l. c. Hiſtoria de milite, qui pugnam in pariete pictam videns, ſe victum et vulneratum putavit. Comparanda declamatio *Libanii* de timido, in cujus aedibus quidam pugnam pinxerat, T. IV. p. 1021. ed. R. — V. 2. τὴν ἐπὶ ναυσί. Graecorum et Trojanorum pugnam ad naves pugnatam. Hoc argumentum crebro obvium fuiſſe in ejusmodi picturis, ex hoc loco intelligitur – ὡς ἔθος ἐστίν – nam alibi idem

commemorari non videtur. — V. 3. ἄσφυκτος. ita ut nullus arteriarum motus sentiretur. Vide *Foes.* Oecon. Hipp. p. 66. — V. 5. καί. Vulgo et in Vat. Cod. Vitium non ibi quaerens, ubi erat, *Huetius* p. 15. τετρῶσθαι legit. Rectius *Brunck.* κεί. quam lectionem divinando occupavit *Grotius*, vertens: *Vulnera nonne gero?* — V. 6. ὅτε Vat. Cod. — τοῖς τοίχοις. illis in pariete pictis hostibus.

CXVI. Cod. Vat. p. 562. Plan p. 147. St. 213. W. Hermioso cuidam *Lucillius* filiam suam, quo onere nullum gravius, pro ejus hernia offert.

¶. 342.] *CXVII.* Cod. Vat. p. 546. *Lucillio* hoc distichon tribuit, quod in Plan. p. 144. St. 210. W. *Palladae* est; et certe hoc versificatore dignius est acumen de Baccho non hedera, sed lactuca ornando in ea domo, ubi ipsi vappa erat apposita, aceto quam vino similior. Cf. Ep. *Palladae* XXII. quod in Vat. Cod. *Luciano* adscribitur. — Multa hic congerit *Brodaeus*, quae nihil ad rem faciunt.

CXVIII. Non solum in Vat. Cod. p. 494., sed etiam in Plan. p. 17. St. 28. W. *Luciano* inscribitur. Sic etiam ap. *Stob.* T. XCVI. p. 530. 44. Gesn. 411. Grot. In alio Cod. est *Palladae.* — V. 2. ἀλλ' omittit Vat. Cod.

CXIX. In Vat. Cod. p. 506. Λουκιλλίου. In Anth. Plan. p. 114. St. 165. W. Λουκιανοῦ. In Ed. pr. nullum lemma appositum; in Ald. 1. ἄδηλον. Sed error in Lect. corrigitur. Ad superbum quendam et opulentum de Fortunae vi et potentia. — V. 2. τοὺς μικρούς. Comparat *Brod. Hesiodum* Ἔ. κ. Ἡ. 5. ῥεῖα μὲν γὰρ ῥεῖαι, ῥεῖα δὲ ῥειάουτα καλέπτει. De Fortuna *Horatius* I. Carm. XXXV. 2. *praesens* (δεινὴ) *vel imo tollere de gradu Mortale corpus, vel superbos Vertere funeribus triumphos.* — V. 3. καταπαῦει et mox παρέχει Vat. Cod. — χρυσοῦ νάματα, ψήγματα. De Pactolo cogitandum. — V. 5. In eandem sententiam *Claudianus* XXXIX. 38. *Incubuit nunquam coelestis flamma salictis, Nec parvi frutices iram meruere*

Tonantis. Ingentes quercus, annosas fulminat ornos. cui loco noſtrum admovit *Barthius* p. 955. Conf. *Mitſcherlich* ad *Horat.* II. Carm. X. 9. p. 446. qui poëtam in ſimilitudine vocum δρύας et θρόον luſiſſe putat.

CXX. In Vat. Cod. p. 365. adſcriptum: Λουκιλλίου, οἱ δὲ Μενεκράτους Σαμίου. Praecedit diſtichon *Menecratis* in membr. et in Plan. p. 21. St. 33. W. — V. 2. πολλῶν. Plan. et Vat. Cod. — ἐτέων δεκάδας. *Philodem.* Ep. XVIII. δεῦρ' ἴτε τῆς ἐτέων λῃθόμενοι δεκάδος. *Agath.* Ep. XX. τῶν ἐτέων ἡ δεκὰς οὐκ ὀλίγη. In talibus enim δεκὰς ſimpliciter pro *numero* ponitur, quod monuit *Markland.* ad Suppl. 219.

CXXI. Cod. Vat p. 561. Plan. p. 20. St. 32. W. ubi ἄδηλον. Matrimonii incommoda quaedam recenſentur. — V. 1. ἄχεις. Hle ap. *Horatium* I. Epiſt. I. 87. *Lectus genialis in aula eſt? Nil ait eſſe prius, melius nil coelibe vita. Si non eſt, jurat bene ſolis eſſe maritis.* — V. 2. τῶν ἀγαθῶν ἀγαθά. Vat. Cod. quod non ſpernendum. — V. 4. κακά. De malis et incommodis matrimonii grave eſt dictum Metelli Numidici in orat. ap. *Gellium* N. A. I. 6. *Si ſine uxore, Quirites, poſſemus eſſe, omnes ea moleſtia careremus: ſed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis ſatis commode, nec ſine illis ullo modo vivi poſſit, ſaluti perpetuae potius, quam brevi voluptati conſulendum.* Cum quibus confer, quae ex Hippolyti perſona in mulieres declamavit *Euripides* Hipp. 616. ſqq. — V. 5. ἔξεις. Ex hac me ſententia non expedio. Nihil lucis affert *Grotii* verſio:

At ſobolis cauſa: Fueris nummatus, habebis
Et ſobolem, ſi non, eſt gravis et ſoboles.

Obſcuritas eſt in verbis ἔξεις τέκνα, quae ſequentibus, πτωχὸς οὐδὲ τὰ τέκνα φιλεῖ, oppoſita, ſenſum idoneum non habent. Nam ſi explicueris vocem τέκνα ſenſu emphatico de liberis, qui patrem, ut liberos par eſt, et ament et colant, antitheſeos lex jubet legi:

πτωχὸν οὐδὲ τὰ τέκνα φιλεῖ.

quod tamen minus aptum contextui. Non male Anonym. Bibl. Bodl. emendavit:

στίξεις, Νουμήνιε, τέκνα.

quae et facilis eſt emendatio, et ſenſui accommodatiſſima. — V. 6. τὰ om. Vat. Cod.

¶. 343.] *CXXII.* Vat. Cod. p. 562. Plan. p. 144. St. 209. W. In eos, qui amicitiam ſimulant, inimicis longe pejores. Conf. *Lucian.* Ep. XXXIV. — V. 1. μή μ' ἀδικεῖ τό. Vulgo. Noſtrum ex membranis receptum eſt.

CXXIII. In Vat. Cod. p. 544. hoc diſtichon ſequenti annexum eſt, nullo ſpatio relicto. In Plan. p. 60. St. 86. W. proximum habet locum a ſequ. ſed ſeparatim cum lemmate: τοῦ αὐτοῦ εἰς τοὺς ἀεὶ νοσοῦντας. Falſa videtur inſcriptio. Mortalium ſortem conqueritur *Lucillius*, quod mortem nunquam non timentes vivant. Non igitur eos lugendos eſſe, qui vita defuncti ſint, ſed eos, qui, dum vivant, mortem metuant.

CXXIV. Cod. Vat. p. 544. Εἰς Μάγνον ἰατροσοφιστήν. Plan. l. c. In Magnum medicum, quem *Fabricius* eundem putat cum eo, qui ſub IV. ſeculi exitum vixit. *Leſſingius* autem de Epigr. T. I. p. 301. Magnum Antonini medicum intelligit. Vid. in Notitia poët. *Lucillius*. — V. 1. Μάγνος. Vat. Cod. quod reſtituendum.

Finis Partis ſecundae Voluminis ſecundi.

Errata.

P. 29. 10. L. *vitrici* pro *avi*.
P. 41. 16. L. *veluti* pro *vetuli*.
P. 42. 21. L. *eâ* pro *ea*.
P. 56. 4. ante *In* inſere: *Plan.* p. 79. *St.* 115. *W.*
P. 117. 9. L. *paraſitus* pro *paraſita*.
P. 125. 1. a fin. adde ante *Haec*. *Sive*: Κῆρα καλεῖς μεγάλην.
P. 154. 6. L. *ignavum* pro *ignarum*.
P. 389. 5. L. *quanto* pro *quantu*.

005659417